J. H. M. P.

A S Plumbe

PHARMACOPOEIA PRACTICA:

SIVE

Præſcriptorum Syndrome,

IN QUA

Tres PRÆSCRIPTORUM ferè Chiliades, Morbis omnibus tam internis quam externis accommodatorum, in Claſſes digeruntur:

Quæ excerpuntur,

I. Ex Variis Authoribus.
II. Ex Pharmacopœïâ LONDINENSI.
III. Ex Pharmacopœïâ BATÆANA.
IV. Ex Pharmacopœïâ FULLERI.
V. Ex Præſcriptis Vulgari in uſu apud celeberrimum ac nuperum JOHANNEM RADCLIFFIUM, M. D.

Quibus acceſſerunt

SCHOLIA ac OBSERVATIONES,

Quæ Remediorum energias explicant: Unà cum *INDICE* Rerum locupletiſſimo.

Operâ EDVARDI STROTHER, M. D.

LONDINI:

Impenſis CAROLI RIVINGTON, ad Inſigne Bibliorum ac Coronæ in Cœmeterio D. Pauli, MDCCXIX.

ERRATA.

PAG. 2. lin. 9. leg. ʒ. l. 28. del. m. p. 7. l. 7. l. *colicas diuturnas.* p. 10. l. 17. l. *quumprimum.* p. 11. l. 12. l. *nominatæ.* p. 28. l. 14. l. *post alterantia.* p. 35. l. 31. l. isthinc. p. 38. l. 8. l. ipsos. p. 39. l. 37. d. tum. l. 38. d. eam. p. 110. l. 2. l. *ut per opiata.* l. 5. l. reperiantur. p. 43. l. 28. l. quumprimum. p. 45. l. 32. l. *se denuo* p. 47. l. 3. d. ij. p. 49. l. 34. l. *acutorum.* p. 51. l. 14. l. *immutare.* p. 55. l. 12. l. *illum.* p. 58. l. 13. l. *propinare.* l. *aromatica, stomachica.* p. 70. l. 12. d. hi. p. 76. l. 11. l. *haud temerè.* p. 94. l. 16. l. *amolita.* p. 96. l. 26. l. *climati.* p. 116. l. 15. l. *quæ.* l. 13. l. *est cur fluxus.* 164. l. 14. l. *Errhina.* p. 168. l. ult. l. *secta.* p. 173. l. 9. l. *pedis.* l. 20. l. *qui.* p. 178. l. 7. l. *ad partes, quæ.* p. 195. l. 10. l. *impactos.* p. 213. l. 24. d. *hi.* p. 214. l. 6. l. *maximè.* l. 17. l. *quamplurimos.* p. 216 l. 26. l. *infestantes tollimus.* p. 217. l. 32. l. *detecta.* p. 232. l. 39. pro w l. *ων.* p. 239. l. 39. l. *Tolutan.* p. 255. l. 38. l. *Pitcairniumque asserere.* p. 358. l. 5. l. *propulsis.* p. 261. l. 34. l. *admistis.* p. 264. l. 20. l. *propinabit.* p. 271. l. 10. pro *ejus* l. *Lymphæ.* p. 277. l. 36. l. *nullum secernunt.* p. 279. l. 31. l. *asservatos.* p. 233. l. 31. l. *quod.* p. 284. l. 17. l. *subtrahit haustus hic.* p. 287. l. 15 l. *sufferciuntur.* p. 288. l. 53. l. *congruant.* p. 330. l. 5. l. *occubituros.* p. 335. l. 38. l. *Sovo.* p. 371. l. 24. leg. *sapiat.* l. 26. d. *iri.* p. 390. l. 3. l. *ei.* p. 392. l. 37. l. *illatura.* p. 394. l. 12. l. *tendant, quin paralyses.* p. 400. l. 13. l. *exploraverunt.* p. 404 l. 5. d. *ante vel.* p. 414. l. 4. l. *plethora generalis ac individua.* p. 432. l. 2. l. *innatantes.* p. 435. l. 18. l. *voto cederet.* p. 440. l. 4. l. *lapidi* l. *Scirrhus* pro *Schirrhus,* &c. *passim ante iri legatur Supinum in* um.





PRÆFATIO
AD
LECTORES.



NOBIS, Lectores benevoli, nonnulla, tam de hocce inſtituto noſtro, quàm de malevolâ ac deviâ quorundam politéiâ, perſtringere animus eſt; ut Tirones, medicinæ ſyrtes effugiant; & ut humano generi uſui ſint.

Quantumvis remediorum ac præſcriptorum turbam huic libello inſeruimus; fore tamen ambigimus, quinimò formidamus, ne quidpiam ſit periculi, ut Tirones de præſcriptorum delectu etiamnum in ſententias ancipites diſtrahantur: Quiſquis autem inſtituti noſtri rationes conficere volet, reſciſcat ipſe, oportet; nos opuſculum hocce non eò typis mandâſſe, ut præſcriptorum cumulum tantummodo in lucem proferremus, verum ut eorundem genium & energias unicè illuſtraremus; Nam ea Pharmacopœiis noſtris Britannicis præſcriptorum perquam elegantium αὐτάρκεια ineſt, quæ morbis cunctis abigendis ſatis erit. Quocirca ut brevi vobis ſcribendi rationes exhibeamus; nuſquam comptas medicamentorum claſſes adhuc comperimus, neque quiſquam ea, pro eorum principiis, uſpiam hactenus probè

ordinavit; hinc provenit, ut nosmet ad inceptum hocce, Tironum gratiâ, accinxerimus; cavendo interim, ut monita praxi utilia subnecteremus; cuique vero, simul ac primum ipsi libet, ultrà progredi integrum sit: Quòd authores usque adhuc medicamenta in classes non probè digesserint, ex hoc patet, quòd simplicia subinde in Cephalicorum *censum ascribantur, quæ illa ipsa inter* Hysterica, Stomachica, Pectoralia, *imo* Arthritica *denuo recensentur. Quid est, cur medicamentorum classes ab organis, non autem operandi modulo petuntur? Methodus hæc adeò certè rudis & cæca est, ut hoc Tironum animos maximè suspensos teneat; ut pro ipsis etiam nodos stringat; quâ de causâ, nempè, fieret, ut remedium capiti proficuum, utero etiam vel vitio vel commodo verteretur: Ubi vero paulisper causæ attentiùs immorati sunt; hoc facilè in mentes eorum incidit, quòd illud de uno & eodem nomine organo vel morbo huic atque illi subsidio veniat: Quòd* Cortex *v.* g. peruvianus *sit simul cephalicus, hystericus, & pectoralis; quod causæ, cur iste sit adeò multiformis, sunt hujusmodi; cephalalgiæ, nempe, periodicæ propterea adest, quòd* Periodo *finem imponat; asthmati hysterico manus etiam præbet auxiliares, ex eo, quod paroxysmis seu exacerbationibus,* Periodo *ortis, coronidem addat; quòd hæmoptysi præsertim exhinc opem ferat, quoniam temperiei febrili periodicæ præstò est; quamobrem ubicunque medicamenta organo cuivis accommodari feruntur, haud secus certè membro huic auxilio sunt, quàm quià causam morbi, huic in-*

sidentis

ſidentis organo, præcidunt: Non igitur pro organis, ſed cauſis ordinandæ ſunt medicamentorum claſſes: Qui ſecus enim faxit, ea ipſa medicamenta necnon eorundem energias etiam atque etiam repetat, ac recenſeat, neceſſe erit: Nos itaque eorum ordines ex operandi modulo & principiis, ex quibus componuntur, prorsùs deſignavimus, & anxiè in curam hanc incubuimus, ut nec vires nec monita ad nauſeam uſque, imò vel paulum modò, inculcarentur.

Medicamenta in totidem quidem membra diſpertivimus, quot Tironum animos abundè ſatiabunt; ex quibus plura iſtis minùs deſiderari conſtabit: Quando autem medicamenta quædam in attenuantium cenſum hic aſcripta ſunt, quæ alias etiam adhæc proprietates ſibi adſciſcunt; iſta tum ex qualitate potiori meritò nomen adipiſcuntur ſuum: Quoties itaque chalybs præſcriptum, ex attenuantibus conflatum, ingreditur; quantumvis chalybs ſtypticitate polleat, ſanguis in gyrum pro attenuantium more nihilo ſeciùs flectetur: Hinc licet fibras propter ſtypticitatem conſtringat, corruget, roborétve chalybs, offas tamen denuò tantoperè tenuabit, ut attenuans jure etiamnum nuncupetur: Quod enim ad particulas ipſius ſtypticas attinet, cùm eæ certò certius ſub idem tempus inſuper agant; neceſſe erit, medicamentum hoc propterea mixtum *audiat: Quantum autem ad proprietates medicamentorum ſingularium* individuas, *eæ alibi fuſius exhibendæ ſunt: Tantum enim abeſt, ut citra medicamentorum proprietates ſingulas, probè notas, morbis medeamur, præſtat morborum ſigna quam*

remedia nescire; nam materia medica Mystis Apollineis pluris est, quàm vel ipsa morborum diagnosis; quoniam remediis perperam introsumptis, misellis perniciem indubitanter comparamus; cum nonnulli eò pervenerint peritiæ, ut licet morbi species ipsis delitescat, ii tamen sine magno labore, causarum signis detectis, morbos, herculeos dictos, penitùs eradicare queunt: Nos certè haud præterit, quam magnum paradoxon vobiscum communicavimus: Ast nimis volumus, hâc de re nobiscum disceptarent ij, qui in contrarias eunt partes. Advertendum igitur est, quod medicamenta vires suas vel in sanguine, *vel* fibris, *vel* superfluis *impendant: Sanguis, spiritus, & reliqua fluida vel funduntur vel congelantur; vel particulæ eorundem acriores obtunduntur; vel demum iis adjicimus quid, vel ab iis aliquid subtrahitur.* Fibræ *vel contrahuntur ac indurantur, vel relaxantur ac emolliuntur; vel absumptæ in statum pristinum restituuntur, vel tandem aliquid eis adjectum abraditur.* Superflua *quæ hominibus insunt corpora eximenda sunt;* Calculi *v. g.* Lumbrici, & Extranea *meatus emollientibus ac lubricantibus, stimulantibus; amaris aliisque anthelminticis; vel tandem mechanismo auferuntur. Nemo, remediorum energiis ipsi patefactis, aliud actu facilius reperiet, quam ut, causis, sede ac vehementiâ morbi probè cognitis, necnon utrum sit iste primarius, secundarius, sympathicus, criticus, an symptomaticus, illum, nisi si maximum naturæ facessat negotium, vel radices egerit altiores, sine labore depellat.*

Multa, imo perplurima, de medicamentorum

proprietatibus adhuc memoranda supersunt, quæ simul curiosa & utilia sunt; quando autem libri hujus molem ista quam maximè adaugerent; ea igitur in aliud differemus tempus: Penus reliquus omnem in re medicâ obscuritatem tollet, neque ulla dubitandi causa vel ansa posthàc supererit: Nisi quæ ex facili possit enodari: Cùm desiderata verò longior magis clara facturus est dies; Tirones flagitamus, ut hujus opusculi gratiam paulisper nobis faciant, dum experimenta iterum atque sæpius exegimus: Deinde cogitata nostra ipsis impertire nobis erit volupe.

Si penes Medicorum quenquam arcana adsint, ii ista uni ex classibus hìc numeratis certè possunt adjicere; & ideo vires eorum longè expeditius nunc, quam adhuc enarrare valebunt; nam remedii classe probè notâ, ipsius energia istis ultrà delitescere nequit: Quando igitur haud pote est, ut remedia specifica, Arcana *nuncupata, non his aliquà classibus ascribantur, Tirones id propter medicinam posthàc non ex accidenti, sed rectà ratione exercebunt.*

Cùm scholia simul & observationes præscriptis subnectuntur, ubi medicamentorum, ad classem istam attinentium, vires non satis in scholiis enarrantur, inopia ista in observationibus abundè compensatur; nam id, quod de alio sentimus, de aliis proferre fas erit. Quantum ad eximii viri Radcliffii, *in* Corollariis, *præscripta, licet incompta, trita, nugatoria, incongrua, & ab instituto longè aliena ab aliis dedecorentur, alii tamen illa meritò non contemptui habent.*

Nolumus Lectores fidem nostram ex eo suspectam

ctam habeant, quòd contradictoria proferre videamur; quanquam enim paginâ vicesimâ asseruerimus, quòd acida vomitionem ab antimonialibus excitatam compescant, deindè paulò infrà, ex Barchuysen, *ea ipsa vomitionem magis proritare adverterimus; notandum tamen est acidi pauxillum luctam cum antimonio inire, cum ejusdem plurimum, antimonii sulphura adeo congelare, obtundere & hebetare certum sit, ut ultrà stimulare nequeant. Uti fusiùs in* Prælectionibus *explicabimus.*

Istud incessit cacoethes, ut scribendi nullus sit finis; cum alii autem prius libros componant, quàm experientiâ propriâ edocti sint, in eis jure merito auram captandi popularem suspicio residet; neque authoribus his fidem omninò tribuamus, cùm Thesibus ac Theoriis commentitiis aut fabulis probabilibus nulla adjungenda sit fides: Alii verò longo rerum usu instructi, quæ ipsimet experti sunt, in lucem proferunt: In iis igitur animi magnitudinem inflectamus, in horum verò delictis paululùm cæcutiamus: Nam ii nil certi medicinæ adjiciunt; hi verò mentes medicorum vacillantes stabiliunt: Ii horis succisivis volvendi sunt: Hi verò quotidie seriò legantur & pervolvantur.

Ea est quorundam sciolorum aut inscitia aut pervicacia, ut toti sint in formulis, non remedii specie, variandis; perperam autem famæ consuletis vestræ, quoties vel inanibus istis, imò ineptis, fastûs punctulis vel versutiâ nitimini; cum hæc flagitium indecorum, ille ineptiam insulsam & absurdam sapiat: Fastus itaque hujusmodi

jusmodi à vobis procul amoveatur; estote simul urbani & cauti, palumborum simplicitatem, simul ac colubrorum astutiam æmulamini. Siquando autem cum viris hujusmodi abjectis inimicitias egeritis, vobis certare istis non operæ videtur pretium; nam ubi fides istis unquam adjicitur, ad famam vestram nictu, nutu, imo vel obtutu breviùs ac tutiùs, quam jurgiis itur; quando enim ii dicta vel intellectu haud consequuntur, vel ea saltem insidiosè carpunt; certamen, quod jure inire debent, metus vel inscitia dirimit; sycophantæ hujusmodi, dummodò nobilium animis præsunt, ad certamen provocandi sunt, bellum istis, oblatâ facultate, inferte strenuum: Consuetudini enim ob lucrum malefaciunt; veritatem existimationi mactant: Ut quisquam autem de causâ decretoriè statueret, & à tramite recto non deflecteret unquam; veritas & existimatio simul adsint, oportet: Cæterùm, uti quod profertur auditorum indoli accommodandum est, ac sicut ii nobis pro existimationis, quam in nos collocârunt, non veritatis modulo, fidem adhibent: Ita veritas non rarò consiliis iniquis deditur, ac proinde comes necnon politioris disciplinæ rudes allucinationi facilè obnoxii evadunt. Exhinc proveniet, ut novi quotannis & insueti morbi à protervis hujusmodi sciolis in medio esse ferantur; ut medendi intentiones identidem pro viri hujus famosioris, si placet, ingenio varientur, ac, pro eo ut delirat is, plectantur ægroti; ut portenti aliquid naturam corripuisse simuletur; ut natura sibimet tantummodò, non verò turbæ se revelet; ut, infimi subsellii ministri ad vel horum primas tenentium

nentium imperium ingratiis accedant, oporteat. Quanta nunc pericula faciundo fit strages! quot neci per necessitudinis simulationem prius occubituri sunt, quàm veram expiscentur methodum? Ast apage falsas hujusmodi honoris umbras! Istiusmodi multitudinis venentur plausus; medicinam, vel ad artium viliorum pretium usque, minuant; methodi pro ipsorum arbitrio vel inolescant vel exolescant, per bonæ voluntatis medicos liceat; siquidem autem natura usque sibi constat, neque delirat unquam; fieri non potest, ut illa non uniformiter agat; ut non idem cras ac nudiustertiùs ageret, quod hodie fecerit; ex quo palam est, morbos istos, novos *dictos, non aliud esse, atque symptomatum quàm maximè vulgarium congeries alias atque alias; cum ea verò à causis fixis initium faciant, causis istis utique methodus unicè aptanda erit: Quanquam igitur ista in infinitum ferè variarent, quod inter medicamenta* composita *apertè fieri demonstravimus; medici tamen sagaciores nequaquam omnino confunduntur; quin uti causarum signa pathognomonica facilè perspecta habent, ita veras methodos statim conspicantur, ut remedia idonea actutùm seligant: Non igitur hi, quando ex signis apodicticis indicationes suas omninò petunt, ut ex professo ii, alienis sapiunt periculis.*

Judicium quod circa evacuantia jampridem [a] *amplexi sumus,* [b] *hìc de integro emisimus; olim enim catharsi leni subindè instituendæ, in* variolis, *emenso inflammationis stadio, graphicè con-*

[a] Critic. Febrium *p.* 140, *ad* 143. *Ed.* 1. *p.* 142, *ad* 145. *Ed.* 2. [b] *P.* 90, 91.

suluimus

suluimus; quam sententiam medici celebriores non ita pridem etiam acceperunt, & dilucidè illustrârunt [c]. *Ut autem praxis hæc istis malè cesserit, non videmus; quanquam ij ab authore, quinimo Professore, paulò acerbiùs reprehendantur, quòd neque tot insignia, cladem profitentia, unquam ante suffixa fuerint, quam ut methodus hæc invaluerit: Quì enim fieri potest, ut praxis rationi ac experientiæ maximè consentanea infaustò istis cesserit? Nam fieri non potest, ut tanti viri catharsin institerint, quum venæ sectio, epispastica,* Ἐμεσία, *vel aliæ evacuationes ostensæ fuerunt: Methodus equidem hæc adeo firmo stabit talo, ut debitè instituta quamplurimùm proderit: Hisce igitur medicis, praxi huic indulgentibus, propterea congratulamur; quòd, cum candore agendo, famæ suæ consuluerint.*

Nondum opusculum hocce ferè aggressus sum, quum catarrho contumacissimo, phthisin minitante, adeò fui inquietatus, ut noctes per menses aliquot insomnes fermè traduxerim; nil itaque mirum est, prælo, bibliopolâ vehementer instante, interim in librum insudante, si mendæ tot mihi, præ valetudine adversâ, exciderint; quot excidissent, ac si prælo non interfuissem; quamobrem Lectores obsecro benevolos, ut sphalmata graviora dictum in modum calamo prius emendare, quam librum pervolvere dignentur; de levioribus autem, quæso, ista æquo ferant animo.

His prælibatis properandum est ad Proœmium.

---

c Freind *Comment.*

De

DE
EVACUANTIBUS,
PARS PRIMA.

Proœmium.



E evacuationibus etiam quædam præfari nobis animus eſt, ut quæ ſumus infrà dicturi meliuſculè capiantur; quocirca,

1. Evacuationes in univerſalés, particulares & locales diſtribuuntur. *Univerſales* eæ ſunt, quæ humores multivarios ex quâvis corporis parte, vel remotiſſimâ, revocant, præcipuè verò ex parte, cui medicamentum evacuans inſidet; hinc erit, quòd emetica humores à ventriculo & viſceribus circumpoſitis præcipuè, at adhæc vel à teſtibus ipſiſmet derivent; quod emetica fortiora, ſæpius iterata, Hernias Αφροδιτοκήλας, *humorales* per improperium dictas, ſenſim defodiant: Emetica igitur & Cathartica ſunt evacuantia univerſalia, ex eo quod præter ventriculum & canalem inteſtinalem, etiam alias partes longè diſſitas comprimant & plectant. *Particulares* eæ ſunt, quæ humores à partibus quibus adhibentur, eliminant, ut & à partibus conterminis revellunt; ea ſunt Ptarmica, Apophlegmatiſmi & ſimilia. *Locales* eæ nuncupantur, quæ humores extra vaſa effluos, exhauriunt & educunt, quæque vel medicamentorum vel inſtrumentorum ope conficiuntur.

2. Ordo Evacuationes inſtituendi hic eſt, ut primùm univerſales præcedant, ut particulares ac locales deindè ponè ſubeant.

3. Evacuationes univerſales non morbis, qui ſunt minùs loco-meabiles, proſunt.

4. Humorum eliminandorum quantitatem ex humorum, motuum, ac virium modulo, conjunctim vel ſeorſim, plerunque metimur.

5. Evacuationum ſpecies ex ſymptomatum congerie, non medentis delirio, petuntur.

6. Medicamenta, evacuantia humoris exhauriendi qualitatibus omninò repugnent.

Pharma-



Pharmacopœia Practica.

Cap. I.

EMETICA.

Fortiora.



℞ Essent. Antimon. Emetic. ʒß. ad ℥j. in vehiculo.

℞ Nitri Antimoniat. ℈j. ad ʒj. in vehiculo quovis.

℞ Tartar. Emetic. gr. ij. v. x. in vehiculo.

℞ Regal. Antimon. gr. ij. iij. in ſubſtantiâ; ad ℥ij. iij. in infuſo.

℞ Vitri Antimon. gr. i. iij. in ſubſtantiâ; ad ℥ij. iij. in infuſo.

℞ Sapæ vomitoriæ gutt. v. vin. liliorum convallium ℥j. m. f. Emeticum.

℞ Sulphur. Antimon. gr. vj. Crem. Tart. ℈ß. ſyr. flor. Pæon. conſerv. ejuſd. ā ʒj. m. f. Bolus vomitorius.

℞ Tartar. Emetic. gr. i. ß. Tart. Vitriolat. gr. iij. Pulv. Rad. Jalapp. gr. vj. m. f. pulvis.

℞ Mercur. vitæ gr. iij. ad vj. in pulpâ pomi.

℞ Vin. Emetic. ℥jß. oxymell. Scillit. ℥j. m. f. potio.

℞ Fol. Asar. recent. N°. ix. vin. alb. ℥iiij. infundantur per horas sex; exprimatur liquor, pro haustu Emetico.

℞ Turpet. mineral. gr. ij. ad vj. Conf. Lujul. q. s. m. f. Bolus Emeticus.

℞ Tinctur. Emetic. Boylean. gr. 5. 6. Conserv. Borag. ℥j. m. f. Bolus (fit hunc in modum, ℞ Antimon. crud. Sp. Sal. ā. ℥ij. ponantur in Retortam vitream, in balneo arenæ destillentur, ad siccitatem; filtretur liquor; qui est *tinctura hæc Emetica.*)

Quidam vel *mercurium* ipsum *sublimatum* in substantiâ exhibere, alii in aquâ fontanâ solutum propinare audent; ii verò omnes temeritatis eximiæ jure merito arguuntur.

Leniora.

℞ Sal. Vitriol. ℈j. ʒß. Syr. Croc. ʒj. Aq. Cinnamon. ℥jß. m. f. Potio Emetica.

℞ Pulv. Radic. Hypocacuan. ℈j. ʒß. ʒj. Syr. Balsam. q. s. m. f. Bolus Emeticus.

Pulveris hujus Indici apud medicos hodiernos adeò increbuit usus, cunctisque eorum intentionibus tam plenè satisfacit, ut jam quibusvis aliis longè antecellere dicatur, palmamque cæteris adeo præripuit ut, aliis neglectis, solus ferè adhibeatur.

℞ Tinctur. Rad. Hypocacuan. cum Vin. Hispanico fact. ℥j. ij. vel q. s. m. f. Potio Emetica.

℞ Rad. Raphan. ℥ß. Sem. Atriplic. ʒvj. Fic. concisor. N°. ij. Contus. coq. in aquâ ad ℥iv. colaturæ add. oxymel. Scillitic. ℥ij. m. f. haustus Emeticus.

℞ Succ. Cort. median. Sambuc. recenter express. ℥j. Syr. violar. ℥ß m. f. Potio Emetica.

℞ Oxymel. Scillitic. ℥iij. Aq. Raphan. C. ℥ij. m. f. Potio Emetica.

℞ Vin. Scillitic. ℥ij. oxymel. Scillit. ℥jß. m. f. haustus.

SCHOLIA.

Lectores benevolos minutiis quisquiliisve, in hocce libello, haud interturbare volo; methodum enimvero pr

pro meâ parte, perſpicuam admodum rectæque rationi consonam, quâ ipſis innoteſcat quænam medicamenta, quæque cautelæ inter uſum eorum, adhibenda ſunt, breviter ipſis deſcribere mihi animus eſt; ut tyrones, quorum gratiâ ſcribo, clarè, tanquam in ſpeculo, perſpiciant, *quid* in morbis, totius in medicinæ ambitu, agendum, & *quo modo* in eis procedendum ſit.

Emetica ergo quæcunque, per impetum, abdominis muſculis impreſſum, ut & ventriculi compreſſionem conſtrictionemque, vaſa adeo elidunt, & proindè fluidá complexa in vaſcula ſuccedanea & connexa æquè promovent protruduntque, ut ſanguinis in gyrum rotatio non inde mediocriter evehatur; hinc fit, ut in motu ipſius teſtudineo hoſce in fines conducant, viz. ut vaſorum elaſticitas redintegretur, ut motûs circularis vigor reſtauretur, ut ſtagnationes, in arteriis evaneſcentibus frequentiores, præcaveantur, & denique ut præſentaneæ amoveantur.

Pleuritide decumbentibus perſæpe evenire ſolet, ut pars inflammata pure ſcateat, in apoſtema abeat; quòd ſi pus Bronchias verſus prorumperet, eaſque multum inferciret, ægroti, dictum factum, in ſuffocationis periculum venirent; quod ut præcaveatur, medici munus eſt, miſturam aliquam leniter Emeticam in promptu habere, quâ confeſtim devoratâ, puris è Bronchiis exantlatio maturiùs inde provocetur; cujus portiunculâ reſidua poſtmodum per bechica facile amandari, &, uti aliis apoſtematibus ſolenne eſt, deinceps ulcus per medicamenta balſamica, abſque multo negotio, ſanari poteſt. Alibi verò vobis demonſtrare conabor, quî pulmonum ulcera plerunque inſanabilia habeantur, cum tamen organi iſtius apoſtemata, imo vel *Vomicas*, brevi tempore curari viderimus.

Uſu comparatum eſt, *venena* felicitèr eò expelli, quò intromitti norunt practici; hinc ſiqui medicamenta quævis *deleteria* deglutiverint, Emeticum, juſtâ doſi exhibitum, particulas è ventriculo venenoſas in totum evocabit; hanc ergo ob cauſam Ἐμεσία eatenus protrahatur, quoad *nauſea, dolor, morſuſque* ventriculi, ut & *veneni* aſſumpti *odor ſaporque* naturalis, penitùs evaneſcant, uti *Sennertus, Mercurialis,* & *Sylvius* rite

obſervaverint; poſtea aliquanto *antidota* exhibeantur *ſpecifica*, de quibus fuſius in proprio loco differemus.

In morbis chronicis, ventriculus ſaburræ viſcidæ alteriúſve ſarcinâ opprimitur, vaſa totius habitûs laxantur, ſanguis ſegniter admodum in orbem pellitur (ſi minus in curſu ſuo alicubi interpelletur) viſcerumque canaliculi variis obſtructionibus referciuntur; tali in ſtatu, Emetico propinato, ventriculus, inteſtina, pulmones, hepar, cæteráque viſcera omnia tantopere quatiuntur; ut ſecretiones, deinceps, naturæ exemplar, exactè imitentur; vaſa capillaria enim ex hoc deobſtruuntur, liquoribus ferè ſtagnantibus motus reconciliatur; & hinc fluida adeò attenuantur, ut faciliùs & expeditiùs, à volatilibus, aliiſque medicamentis reſerantibus poſtea ſumendis, defodiantur impedimenta.

Lienteriæ Vomitoria prodeſſe mihi uſu compertum eſt; quoniam uti ſaburram mucoſam inteſtina oblinentem evacuant; eandemque, vaſorum lacteorum orificia co-operientem, excutiunt, hìc enim tantummodo de fluidis vitioſe affectis ſermo eſt, ita remedia aperientia coagulum reſiduum facilè fundent; poſthæc chylus vaſa chylifera intrabit, ægrotique hunc in modum priſtinam valetudinem recolligent; obſtructiones autem hujuſmodi maturè reſiſtantur, quoniam ſecus, experto credite, atrophias hydropéſve confeſtim introducunt.

Ubi ventriculus Aquæ onere tantum non obruitur, uti ferè ſubmerſis uſu venit; methodus expeditior, illis ſublevandi, alia non invenitur, quam ut Emeticum lene ægrotis propinetur, & ij per calces ſuſpendantur; his ita confectis, non ventriculus duntaxat quin etiam bronchiæ ſarcinam ſibi ſat moleſtam, extrudent; poſthæc, remedia cardiaca, & reficientia introſumantur ad ſpiritus refocillandos, & ad circulationis ferè extinctæ curſum renovandum; porro frictiones uſurpentur univerſales; cum hæc fecerint, nihilo vero minus ægroti mortem oppetant, officio functi ſunt medici.

Cerebrum materiâ lentâ & ſubſiſtente, oppleri, omnes, in morbis ſoporoſis, iiſque affinibus, viz. lethargis, comatibus, apoplexiis, paralyſibus aliiſque id genus, unanimiter conveniunt; his in morbis, Emetica vaſa concutiunt, ſanguinem impetu quodam circum-

rotari

rotari cogunt, impedimentum quodcunque amoliuntur; & ita remediis motum invigorantibus, posteà administrandis, viam sternunt; cujusmodi sunt salia volatilia, stimulantiaque cujusvis speciei, epispastica viz. &c. Danda tamen est opera, ne ægroti, quibus talia adhibentur, repletione prius obruantur universali; quoniam in hoc rerum statu, vis impellens, sanguini impressa, vasa disrumperet; adeoque ægrotantes infaustò diruerentur.

Impetus qui aliis visceribus virtute Emeticorum imprimitur, pulmonibus itidem usque communicatur; ubicunque igitur bronchiarum parietes pituitâ glutinosâ, ipsis firmiter adhærescente, obducuntur; quæque bechicis, vulgò hunc in finem assumptis, haud abundè satis excutitur; Emetico facile, cum eventu prospero, exantlari potest; quoniam vasa, viscera, pulmonesque ab hujusmodi conatu, jugiter emunguntur; *Sydenhamius*, Æsculapius nostras, hâc, ut opinor, de causâ, equitationi in phthisi (asthmaticâ?) jampridem consuluit: ita enim quovis equi succussu organum hocce valide quatitur, & materia, usquequaque glandularum orificiis agglutinata, exhinc facile dimittitur; hoc dudum practicis adeo indubitanter innotuit; ut pariter gonorrhœâ virulentâ mulctatis, Emetico forti, ex *turpeto minerali mercurióve præcipitato viridi*, propinato, liquamen corruptum aliquandiu copiosius rapidiúsque jugiter indè effluere solenne sit.

In febribus intermittentibus non solum saburra in ventriculo hospitans, illinc facili marte per Emetica elutriatur; quin etiam particulæ sanguinis viscidæ inde comminuuntur, attenuantur, perque vasa capillaria propelluntur; & inde corticis peruviani administrationi via sternitur; quoad exhibendi *occasionem*, detur Emeticum horâ unâ vel alterâ ante paroxysmi accessionem; quoniam impetus, quem imprimit, commotióque, quam in humoribus ciet, paroxysmum proximè sequentem prohibere valent; saltem eum cito finire cogunt. Exploratum habemus, Emetica febres intermittentes absque corticis peruviani ope sæpius profugâsse; præsertim ubi materia morbifica haud multum abundare deprehensa fuerit; hinc paroxysmo septimo vel octavo

Febres hæ rarò ſuperſunt, ni altius radices egerint; tum abſque Emetico præmiſſo, haud auferri poſſunt.

In ſcorbuto vel malo hypochondriaco, ubi ſanguis ut & ventriculi inteſtinorumque canalis ſaburrâ biliosâ, limosâ, acidâve ſcaturiunt; utriuſque penus ab Emetico plenè exhaurietur, hoc vero notandum eſt, quod quandoquidem Emeticum ſanguinis acidi limoſique circuitum accelerare patet; idcirco bilioſis haud adeo prodeſt; quoniam globulos ſanguineos nimium comminuit, ſanguiníque jam nimis accelerato calcaria addit; hinc fit, ut temperamenta, *acida* dicta, Emetica fortiora ſat bene ferant, cum bilioſa & calida, talia poſtulent, qualia ventriculi parietes bilioſo humore ſolummodo expedient.

Alicubi obſervavi Emetica abdomen inter vomendum, multum comprimere; & proinde quicquid uterus, intra ſe, complectitur, æquo tantoque conatu, ac ſi manibus fieret, exprimitur; hinc fit, ut ſi ſecundina diutius, quam par ſit, retineretur, eò feliciter tum exhibentur, quò iſta efficaciter elidatur; idem porro de *fœtu* mortuo perhibendum eſt, cujus retentio intempeſtiva febres puerperas, peſtes ſororum dictas, alioſque id genus morbos periculoſos certiſſime introducere valeat; hoc autem artificio os uteri internum muſculorum coarctationi infantiſque ponderi, eorum ſcilicet viribus unitis, facile cedet; infanſque mortuus exinde eventu felici deturbabitur.

Humores admodum acres in ventriculi inteſtinorúmve cavitatibus hoſpitantes, ipſorumque parietibus firmiter adhærentes, ſenſationes permoleſtas ſæpius ſuſcitâſſe novimus; quibus ita, in partibus membranoſis nervoſiſque, productis, ut vel ipſemet contactus ſpaſmos inducere valeat; in convulſiones, epilepſias, aliáque id genus νοσήματα facili marte conjiciuntur ægroti; rebus ſic ſe habentibus, uti *opiata* ſpirituum tumultum motumque turbulentum frequenter amovere experti ſumus, ita Emetica etiam, materiam acrem ſæpius abſtuliſſe comperimus; quibus cauſis conjunctis & proximis ita feliciter expeditis, ſymptomata omnia deinceps ſponte cedent. Quid tum poſthæc reliquum eſt, niſi ut in uſu anti-acrium ſimulque opiatorum diutius perſi-

ſtant ægrotantes, quibus, quæ velint conſequantur?

Uti ſuprà materiam qualemcunque è communi ventriculi inteſtinorumque canali evacuabilem eſſe ſuggeſſi, ita ſaburra cujuſvis ſpeciei, ructus, nauſeas, flatus, borborygmóſve excitans, per Emetica opportunè exantlari poteſt (modo ſcitè tamen exhibeantur próque re natâ repetantur;) hinc *colica* diuturnæ & inveteraſcentes, medelâ earum multifariàm at incaſſum molitâ, Emeticis ſæpius cedere novimus; quoniam hoc modo, eorum ſc. efficaciâ & impetu, glandulæ muco ſuo morbido orbantur; quæ catharticorum energiæ cedere recuſabant; inde eſt, quod humor noxius penitùs excutiatur, exprimatur; quem nodum, cum attigerint medici, quod reliquum eſt, catharticis lenibus, remediiſque carminantibus facile compleri poteſt; ſymptoma hocce mulieribus obſtructionibus laborantibus viriſque hypochondriacis non infrequens eſt.

Aſcite laborantibus vaſa lymphatica, ſaltem venæ, in vaſa ſuccedanea, arterias ſc. non rectà ſanguinem propellunt; hinc hydatides vel in immenſum quandoque expanſæ, frequentiùs occurrunt; quæ quotidie augeſcentes vaſcula teneriora adeo diſtendunt, ut tandem ea diffringant; indéque liquor qualiſcunque in cavitates non poteſt non effundi; uti ruptura hæcce haud facile reſarcitur, ita confirmatus tandem naſcitur aſcites, qui reverà à medicamentis catharticis haud multum emolumenti recipit; ejuſmodi enim remedia inteſtinorum glandulas irritando, arteriolaſque emulgendo, humores exinde ſolummodo exhauriunt; hinc ridiculum ſane eſt aſſeverare, maſſam depravatam, in cavitate ſubſiſtentem, per ea poſſe exantlari; ſæpiùs equidem, Emetica, cathartica, diaphoretica, diuretica quibuſdam hydropicis apprimè profuiſſe compertum eſt; hoc vero præſertim fit, ex eo quod vaſorum liquores pene ſtagnantes, in motum denuò cieantur; unde fit, ut glandulas ventriculi, inteſtinorum, cutis, renúmve ſubeant fluida, eaſque irritent & emulgeant; imo vero quandam novi mulierem hydropicam, mole prægrandem, quæ, à lapſu, confeſtim exinde urinæ affatim excrevit, imo quæ congios ſeptem intra horas 24 æquavit; deliquia huic (infortunio?) ſuccedentia, à vino

Hiſpanico,

Hiſpanico, Gelatinâ C. C. cum confectione alcherm. ſimul miſtis maximoperè allevabantur; & ita morbo, per annum integrum, liberabatur; procul omni dubio ſerum hoc in caſu, propriè non extra vaſa effundebatur, quin potiùs in cyſti quadam continebatur; cujus ramus aliquis renes verſus reſpiciebat: & uti Ganglion à percuſſione validâ, quâ humores intra tendines ſubſiſtentes in vaſa remeare coguntur, ſæpius ſubſidere vidimus; ita compreſſio hæcce, à caſu, fortuita, obſtructionem eam tantoperè amovit; ut cataractis demum indè reſeratis, fieri aliter non potuit, quin evacuatio iſthæc, ſemel inchoata, in curſu ſuo ad tempus perſeveraverit. Dominam aliam inſignem, aſcite laborantem, novi, quæ jugiter, à partu, ſeroſi humoris quantitatem ſat copioſam ex utero ejicere ſolebat, ex quâ abdominis tumor multùm ſubſedit; hodiè verò, cum propter ætatem paulo provectiorem, ultra imprægnari deſierit, morbus hicce magnoperè increbuit: cujus phænomeni cauſam ſi paululum indagemus, nobis, uteri ſtructuram diligenter perquirentibus, facile patebit: iter enim ex omni parte, niſi quâ *tubæ* illi inſeruntur *fallopianæ*, pro aquarum exitu uſque adeo intercluſum reperiemus, ut nuſquam niſi per eas, in uterum vaginámque, humor iſte exire, evacuari, poterit. Hinc hydropes inter initia vel augmenta Emetico facile eludi queunt, ex eo quod obſtructiones omnino recentes remedii impetu facillimè reſerentur; quæ tamen, cùm radices egerint altiores, minimè removeri poſſint: brevi igitur, in aſcite confirmato, paludem in abdominis cavitate ſubſiſtentem nec Emetica nec cathartica exhaurire valent: inter initia quidem obſtructiones, in arteriis evaneſcentibus productæ, denuo per Emetica in motum concitari queunt, horumque vaſorum *rixis*, à tenſione nimiâ inducta, hunc in modum præcavetur; cæterum ſi progreſſu temporis firmatus ſit morbus, hoc eſt, ſi vaſa diſrupta ſint, ſerumque exhinc in abdominis cavitatem expuatur, Emetica exinde liquorem nunquam depromere queunt; omnimodâ enim compreſſione, ut vobis videbitur, uſurpatâ, vaſa omnino nuſquam liquores hoſce de integro recipient.

Ubicunque vomitioni proclives ſunt ægroti, naturâ monſtrante viam, eam promovere ſtudeamus; hinc in cholerâ morbo, ubi humorum bilioſorum acriumque copia adeſt, vomitionem, aquâ pulli, ſero lactis, aquâ hordei ſimilibuſque leniter pergere faciamus; ventriculo hunc in modum luculenter lavato; decocto albo, hauſtibus attemperantibus cum & laudano opiato miſtis utamur, uſque dum ceſſaverit evacuatio: hoc autem, eâ duntaxat lege, intelligendum eſt, ut ſi maturiùs acceſſamur; quoniam ſi evacuatio hæc eo uſque duraverit, donec ſpiritus pene fuerint extincti; nil ulterius agendum reſtat, niſi ut cardiaca cum opiatis ſimul exhibeantur; his nimirum de cauſis, ut ſpiritus refocillentur & ut irritatio pacetur.

In deliriis citra febrim, melancholiâ ſcilicet, & quibuſdam aliis deſipientiis, Emetica multum, etiam repetita, proſunt; primùm quoniam fomitem è ventriculo exhauriunt; deinde quia motum ſanguinis progreſſivum magnoperè intendunt; nam in deliriis hiſce melancholicis fomitem utplurimum & primitùs in ſtomacho inteſtiniſque tenuibus hoſpitari compertum eſt; qui vaſa lactea intrando, maſſam ſanguineam omniáque ſecreta corrumpendo, ſuccos nutritios primum congelat, deinde ſubſiſtere cogit; his ita ſe habentibus, aceſcunt ſtagnando liquores, adeoque viſcera quam maximè lancinant; & ſymptomata varia pro organi functioniſque modulo inducunt. Exempli gratiâ, *ventriculum*, a dyſpepſiâ, diarrhœâ, vomitione colicoque dolore, lædi percipiemus; *pulmones*, ab aſthmatibus, tuſſibus, expiratione vel inſpiratione læſis, multum incommodari noſcemus; *cor*, pulſu variato, ſe ægrotare manifeſtabit; *lienem*, à dolore gravativo in hypochondrio ſiniſtro aliiſque ſignis, obicem ſanguinis motui circulari poni demonſtrantibus, laborare facile augurabimur; *cerebrum* denique, à deliriis, convulſionibus, paralyſibus aliiſque id genus ſymptomatibus, motum vel ſenſum ferientibus, affici patebit: in maniâ verò præcipuè conducunt, ex eo quod ſpiritus (præſertim ubi frequentius, uti ſolenne eſt, repetantur) apprimè deprimunt & exhauriunt; ideoque morbi hujus ſanatio utplurimum vel medicis quibus *Μανιοδοχεῖα* curæ ſunt,

ſunt, vel etiam empiricis ſolis, conſultò permittitur.

Bilem in corporis habitu ſcaturientem tutò feliciterque evacuare licet; inde eſt, quod Emeticum aſſumptum (lene autem ſit) veſicæ felleæ penum exprimat; unde portio quæ ſupereſt, perexigua, haud ita multo poſt facillimè *κάτω* eximi poterit; ſi igitur cephalalgiâ binoſâ quiſquam ægrotet, quamvis tum ſanguis paulo rapidius circumgyretur, vel etiam fibræ perinde ac membranæ corrugentur, tamen Emetica hoc in caſu magno ſunt uſui, ex eo quod cauſâ morbi mediatâ priùs amotâ, proxima deinceps facili marte auferetur.

Eruptiones nuſquam apparent, niſi ubi circulationi, in vaſis minutulis, particulæ lentæ impedimento ſunt; quippe ſanguine ex ordine moto, vaſcula minora, quæ recipiunt fluida, ex æquo remeare ſinunt; nec tum tubercula puſtulæve naſcentur ulla; quamprimum vero arteriæ minores officio ſuo, ſanguinis nimirum ad extrema pulſioni, deſint; tum ſanguis reliquus, à retro premens, cutim immane quantum inflabit, & efflore-ſcentiæ, eruptiones, puſtulæve, pro humoris peccantis more, in apricum proferentur. Quandoquidem igitur Emetica gyrum ſanguinis invigorant, lentorémque omnimodum attenuant, ſanguis exinde placide circumagetur, ſimiliumque ſymptomatum curationis fundamenta jacientur; hiſce deinde præmiſſis, aquæ benedictæ compoſitæ uſu ad tempus, proculdubio, evaneſcent; modo ſubinde catharticum exhibeatur lene; & modo unguentum ex mercurio præcipitato albo cum unguento pomato miſto unà mane & veſpere puſtulis illinantur; ſic enim puſtulas faciei, vel peſſimi moris, diſparere novimus.

Vomitiones criticæ, ſinantur, imo promoveantur; quoniam dum criticæ perſtent, quod noxium, corpori inutile, totoque genere, præter naturam eſt, expellitur; ventriculo demum, abundè ſatis exhauſto, opiata exhibeantur.

Quicquid ſuprà, de ſecundinarum expulſione protulimus, id omne de partu difficili verum eſſe pronunciamus; Emetica ergo hâc de cauſâ in eo magnopere conducunt; eâ tamen lege, ut poſtura infantis exitui idonea

idonea ſit, ſcilicet modo caput pedéſve meatui orificioque ſe primum in conſpectum prodant.

Emeticis aſſuefacti, vomitionibus diuturnis vexati, ea facillimè perferre valent; ideóque quandocunque in hujuſmodi ægrotis indicantur; ſine ullâ dubitatione exhiberi poſſunt.

Profluvia ventris ab Emeticis maximè adjuvantur; *Riverius* ut & *Nich. Piſo* in inteſtinorum difficultate, ſeu Dyſenteriâ, Emeticis conſulunt, modo ventriculus canaliſque inteſtinalis humorum ſaburrâ oppleantur; & modernus iſte Helvetius, Pariſienſis, radicis *ipocacuanha* uſum (*biquiuli* ab Indis nominati) in dyſenteriarum curâ feliciter introduxit; qui humores à parte affectâ efficaciter adeo revellit, ut deinceps, ſanguinis miſſione jugiter præmiſsâ, facile curari poſſit; huncque in modum, ni inteſtina graviter afficiantur; (ſcilicet, ni adſint tormina horrenda, ni carunculæ, cum ſanguinis jacturâ maximâ, excernantur, & denique ni febris admodum æſtuet) quam expeditiſſimè ſanetur.

Qui victu lauto indeque muco acri ventriculum onerârunt, à frigore ſuſcepto, tuſſi vehementi ſæpiùs vexantur; hujuſmodi catarrhi phthiſes utplurimum minantur, præcipuè vero ſi juvenibus eveniant. Emeticum maturiùs aliquantulum in his requiritur, ut fomes è ventriculo exhauriatur, evocetur (V^æ. S^ne. prius ſæpius pro re natâ celebratâ,) deinde cathartica, cum opiatis miſta, noctu (horâ nimirùm decubitûs) per vices aliquot adhibita, perinde ac pectoralia uno eodemque momento propinata, curam perfectè abſolvent.

Eximius ille practicus *Baglivius*, in febribus ſyncopalibus, ſingultuoſis, vertiginoſiſque Emetica collaudat; hiſce in caſibus anxietudines, inquietudines, agitationeſque queruntur ægroti; veruntamen, niſi hujuſmodi ſymptomata ab humoribus intra ventriculum hoſpitantibus originem ducant, quippe phænomena prænominata ſunt admodum ambigua, falli haud arduum erit.

Tournefortius, inſignis botanicus, in temperamentis humidis pinguibuſve, Emetica deprædicat; quandoquidem iſtiuſmodi pituitâ maximè abundant; Emetica non quantitatem tantummodò evacuant, quin etiam alliotí-

corum

corum vices gerunt, quippè quæ motum circularem, torpidum admodum, de integro invigorant.

Quandocunque pus in phthificorum bronchiis, citra vero expectorationem, respiratione difficili tum inde stipatam, fluctuare liquet; Emeticum lene, puris expectorationem provocando, suffocationes ab ejusdem retentione productas iri, multum adjuvat: danda tamen est opera, ne vomitionis nixu hæmoptöen inferamus: unde consulatis, quæ dicuntur supra de pleuritide.

Quibuscunque pustularum inflammationúmve maturationem retardare animus est; aliud necesse non est, quam ut Emeticum propinetur; hinc in bubonibus, in pustulis variolarum maturescentibus, ni à gravi quovis symptomate, suffocatione, cæterisve id genus requirantur, cautè admodum evitentur Emetica.

Mihi quidem videtur paroxysmos accessionésque arthritica, non modò à victu malæ indolis magnoperè intendi, quin sæpius etiam hinc revertere; exindè est, ut eis opimi opibusque beati, quam quibus res est augusta domi, graviùs & asperiùs vexentur; quoniam humores quos divites quiete cumulant, pauperes motu exhalant; hinc in proverbium cessit, arthritidem otio primordii sui acceptum referre; hincque est quod practicus ille felix Joh. Jac. Waldschmidius, eò Emetica in arthriticis repetitim administrari vellet, quò repletio, à victu otióque inducta, plurimùm exhauriretur. Ridiculum sanè est, ut circumforanei adeo de medicamentis suis, si diis placeat, specificis garrire audeant, ut arthritidem iiscum ex integro depellere polliceantur! quandoquidem nec Emetica, nec cathartica nec amara nec quævis alia ejusmodi specifica nobis hucúsque patefacta, & vel nimium deprædicata, hunc in finem, hilum, quod sciam, unquàm profecerunt: ast, ut verum fateamur, quandoquidem accessiones arthriticæ eam ad morbos chronicos, quam sudores critici ad febres, habeant rationem; ita pleróśque morbos diuturnos vel sanat arthritis, vel saltem eis nullo antevertit negotio: siquis reverà viri expertissimi Dni. Dris. G. *Musgravii* tractatûs *de arthritide* consulat, assertioni huic nostræ fidem longè faciliùs adhibebit.

Hippo-

Hippocrates, medicorum princeps, Emetica in symptomatibus sequentibus indicari rectè affirmavit, ait enim, [a] *Non febricitanti appetitus dejectus & oris ventriculi morsus & tenebricosa vertigo, & os amarescens, sursum purgante opus esse indicant. Aphor.* 17. *Sect.* 4. Ejusmodi enim symptomata saburram aliquam in ventriculo latitare planè denotant; gulæque canalis expeditior longè est via, quâ ista faciliùs evocetur; unicóque Emetico plus tum, quam cathartico quolibetcunque, vel decies iterato, efficiemus: Idem *Hippocrates, Aphor.* 6. *Sect.* 4. inquit, [b] *Graciles & facilè vomentes sursum purgandi, vitantes hyemem*; & *Aphor.* 18. *Sect.* 4. [c] *Supra septum transversum dolores sursum purgante opus esse indicant.* Effata hujus authoris divini summatim igitur recapitulemur; symptomata, ventriculum laborare denotantia, purgatione, eáque *ἄνω* factâ, evacuari requirunt; manifestò verò canalem huncce hisce laborare evincitur, quandoquidem hæc sunt organi hujus *idiopathicè* laborantis signa pathognomonica.

Quicunque facilè vomunt, Emetica jejunè devorent; quippe ventriculus contentis vacuus per medicamenti acrimoniam ocyùs vellicatur; humoresque inde confestim abluuntur. Qui verò, è contra, non sine labore vomunt, Emetica non priùs devorent, quàm lautè aliquantulum pransi fuerint; propterea quod edulia Emetici aciem obtundant, & obvolvant; hinc posthæc ventriculus sarcinam suam nullo negotio evomere observabitur.

Febricitantium ventriculi, ex usu fructuum horæorum frequentiori, humorum crudorum copiâ impensè onerantur; ventriculosque istiusmodi ægrotorum, hâc de causâ laborantium, (ut patet à vomitione, nauseâ, ructibus, distensione, anxietudine, similibusque) Emetico exonerare apprimè convenit; quoniam sic in poterum vomitibus, diarrhœis, aliisque ejusmodi, humo-

[a] Ἀπυρέτῳ ἐόντι, ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.
[b] Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.
[c] Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα ὁκόσα καθάρσιος δέονται, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

rum putrilaginem denotantibus, maturiùs occurritur; quibus ſic ſe habentibus, ſpirituum oppreſſio tunc paſſim obvia felicitèr evitari queat; quippe palàm eſt, chylum illicò cum ſanguine confundi, hinc fit, ut vel febris *ardens*, (Καῦσος dicta,) vel *maligna* (Κρυώδης) inde introducantur; hincque phrenitides, hæmorrhagias, convulſiones, deliria hectica, vel ſimilia, certò certiùs ſubſecutura, præveniri reperimus; quoniam febribus vexatos vel ſpirituum oppreſſione vel eorum penuriâ jugiter emori pronunciamus.

Herodotus æquè ac *Mercurialis* ad valetudinem firmam perennandam, Emeticum, in menſes ſingulos, propinari volunt: Fatemur equidem, quòd regioni noſtræ conſilium hocce penitùs accommodari experiamur; ex eo quòd ingluvies, apud nos paulò uſitatior, id obnixè efflagitet: Hinc practico quodam feliciſſimo per quadriennium familiariſſimè uſus ſum, qui vel â minimâ liquorum intemperantiâ, miſturâ, ex aquâ tepidâ cum olei pauxillo, ſarcinam extemplò remeare coegit; vitámque exindè, ad annum octogeſimum uſque adeò ſanam protraxit, ut ſenectute reverà viridi jure merito continuò potiri diceretur.

Juxta tritum illud adagium, *nil prodeſt, quod, non lædere poſſit, idem:* Hinc quandoquidem de commodis ab Emeticorum uſu hactenùs verba fecerimus; reliquum eſt, ut paulò accuratiùs damna ab iis, ſubinde illata, etiam advertamus: Plethorici igitur eâ de causâ Emetica proſpero eventu haud omninò ferunt; quòd, cùm iſtiuſmodi vaſa humoribus ſcaturiant vitioſis, impetum ab Emetico impreſſum haud adeò impunè tolerent, quin vel ſanguinis effuſiones horrendæ, vel obſtructiones obſtinatæ exindè fatalitèr eveniant: Hinc fit, ut in hæmoptöe raròaut nunquàm in uſum vocentur; quoniam vas jamdudum apertum penitùs diſrumperetur; & idcircò ſanguis in totum effunderetur: Si excipias tamen, ubi ægroti præ bronchiarum oppletione (à ſanguine, in eas extravaſato, introductâ) in vitæ diſcrimen adducuntur; hoc enim in caſu, Emeticum lene, citra tamen ulterioris vaſis diſruptionis periculum, apprimè conducere poterit; quale nimirùm in empyemate jamjam rupturo medici uſurpant; ſit ſc. oxymel,

ſit

ſit aqua cardui, ſit infuſum thea (*ſinglo*) vel ſimilia; quorum tamen in uſu diutiùs, quam par eſt, nullatenus perſiſtendum eſt; quumprimùm enim bronchiæ deplentur, deinceps ab ulteriori Emetici uſu deſiſtendum eſt.

In linguæ paralyſi *Foreſtus P. j. p.* 428. Emetica vituperat; cujus cauſam non ſubjungit; aſt, ſi conjectare liceat, ſententia noſtra hæc eſt; obſtructio in paris quinti ramo per concuſſionem adeò validam altiùs longè infigitur, ſaltem nervus in dilacerationis diſcrimen adducitur; ſi nervus idcirco dilaceretur, paralyſis indè orta, nunquam deinceps auferri poteſt; remque ſic ſe habere ideò ſuſpicamur, quia quandoquidèm lingua, inter vomendum, magnoperè elongatur, ab eâque obſtructione unà relaxatur; ab elongatione ulteriori vel ad dilacerationem uſque protenditur; vel enim Emeticum nervo humores irrecuperabilitèr impingit, vel illum immane quantum relaxat, imo ſæpe ſæpiùs dilacerat.

Imbecillis infantuliſve raròpropinentur; ii enim, cum vel ſpirituum inopiâ infauſtâ laborent, vel nervis potiantur fragilibus, facilè à conatu tanto diruerentur.

Gravitèr vulneratis, duplici de causâ, obſunt Emetica, primùm quoniam ſanguinis maſſam paulò rapidiùs circumagitant, deinde quippè unitioni impedimento ſunt; utì enim vulnera, quamdiù membrum vulneratum continuò movetur, perſanari nequeunt, ita pariter Emetica, ſanguinem in vaſa validiùs impingentia, unionem omninò diſgregant.

In *vomitu ſymptomatico*, ſic ſe res habet, humores, in ventriculi plicis hoſpitantes, fibras ejus membranaceas admodùm irritant; nervi porrò ſæpiùs contracti, ac convulſivos ventriculi partiumque propinquarum motus producentes, vomitionem cient; quæ ideò *ſymptomatica* appellatur, quia ægrotantes nil indè commodi percipiunt: Emetico hìc propinato, humores iſti ejicientur, cauſa adeò evelletur, ut remedia deinceps alterantia faciliùs prodeſſe valeant: Utplurimùm tamen parùm proficiunt; quoniam humores potiùs aliò derivari debent, *antiſpaſis* enim moliminibus, à naturâ alienis, apprimè accommodatur; deinceps miſturas anti-emeticas, ex *ſyrupo limonum*, *ſale abſinthii*, *opióque*, cum aquis quibuſdam deſtillatis, maritatis, propinare conducit:

cit: In malo tamen hypochondriaco, chalybeata eò ſubindè exhibeantur, ut lentor, aciditas, humoréſve hiſce analogi, penitùs auferantur.

In herniâ inteſtinali, *enterocele* dictâ, ubi inteſtinum *ileon* in ſcrotum deſcendit, ex eo nimirùm, quòd peritonæi duplicatura aliquantulùm relaxetur; uti neceſſe eſt, ii à motu omnimodo abſtineant, ita etiam Emetica tum ſedulo evitentur; quoniam cùm motum abdominis compreſſivum, quo inteſtina in ſcrotum deciderant, admodùm adaugeant; gangrænam, inflammationi ſuccedeaneam, mortémque indè inferremus, & acceleraremus; undè manifeſtò liquet Emetica haud eſſe in enterocele proficua: Quamvis igitur authores nonnulli eorum, hoc in caſu, uſui nominatim conſulere haud dubitant; nequaquàm tamen iis aſſentiri poſſumus; à poſturâ enim ſupinâ & reclinatâ, natibus capite elatioribus, teguláque calefactâ ſoleis diutiùs admotâ eam reponi felici eventu jamdudùm novimus: Poſturam tamen unam, citra topica (ex herbis diſcutientibus, cum lino neto, lactéque conflatis, coctiſque) ſæpè huic oneri omnino imparem fuiſſe comperimus.

Pulmones, utpotè laxi & teneri valdè, medicamenta validiora, propter impetum nimis violentum eis exindè impreſſum, haud facilè ferunt; hinc fit, ut commotio, quâ ſanguis circuire cogitur, vaſcula dilaceret, hæmoptöéſque ſimùl ac ulcera ibidem inferat; quæ, propter motum, quo gaudent pulmones, perpetuum, raró aut nunquàm ferruminantur. In morbis etiam eorundem inflammatoriis maximoperè obſunt, quoniam quieti, iſto tempore perquàm neceſſariæ, admodùm opponuntur; quamobrem Emetica in pleuritide propinare praxis malè inſtituta eſt; quandoquidem dolores pleuræ exindè magnoperè & intendi comperimus, & ſymptomata deindè fatalia utplurimùm inferri obſervavimus; ex eo quòd particulæ lentæ in vaſorum conicorum vertices validiùs exinde impellantur, hinc eſt, quòd *Rulandus* minus ignoſcendus ſit; qui etiam à tyronibus nec imitandus, nec à ſenioribus propugnandus eſt; ſi tamen excipiamus pleuritides male judicatas, & in empyemata ſtatim migraturas, uti fuſiùs jam ſuprà demonſtravimus.

Emetica,

Emetica, quidem in utero gerentibus quandoque oſtenduntur; ut ut cautè admodùm hâc in re procedendùm eſt, quoniam quotidianus docet uſus, abortum certò certiùs indè promoveri; hinc *abundans*, hoc in caſu, *cautela non nocet.*

Emeticorum uſum in ſanguinis vomitu tyronibus interdicere ſupervacaneum eſſe ducimus; quippe in eo, ſequentia, V. Sne. pro re natâ præmiſsâ, primùm ſolummodo conveniunt; *Bolus* ſc. *armena, terra ſigillata, terra lemnia, ſanguis draconis, ſaccharum ſaturni, ſpiritus aceti, ſpiritus vitrioli, conſervæ roſarum, cynoſbati* & ſimilia, in hauſtus, electuaria, pilulâſve redacta, exhibeantur; deinde lenientia ſaburram è ventriculo putridam (vaſe imprimis clauſo) elutriare valent; quòd ſi vomitus hicce ab humoribus, magnâ ex parte cauſticis vaſâque erodentibus, ortum ducat, tum porrò lactea, aquæ martiatæ, pulveres teſtacei & iſtiuſmodi attemperantia ſedulò ſimùl exhibeantur.

Uti Emetico ventriculi tunicas dilacerare periculoſum eſt, ita, pari ratione, ſcirrho polypóve pyloro adnaſcentibus, ab Emetico propinato quoſdam vitam cum morte commutâſſe novimus; hâc nimirum de causâ, quoniam ulcuſculum, inde natum, nunquam deinceps ſanari poterat: Præſtantius igitur quandoque eſt, ut medicè vivant quàm miſerè moriantur ægroti.

Qandoquidem hyſtericæ jure merito imbecilles habeantur, idcirco Emetica, hoc in caſu, quidam evitare conſulunt; quòd ſi in ejuſmodi morbo manifeſtò indicentur, etiamſi multùm invaluerit morbus, Emeticum lene, experientiâ duce, propinare licet.

Uſus ſolus docet, quinam Emetica ægrè tolerant; ſi igitur à morbo indicentur, laborantibus tamen, ob ſpirituum inopiam, contra-indicentur; tum ab eis omnino temperare ſatiùs ducimus; quorſum enim, ut morbum auferamus, ægrotos trucidabimus?

Etiamſi motum antiperiſtalticum moderni quidam obnixè renuant, nihilo vero minus, veluti ventriculus, inter vomendum, validè ſatis (uti ſanioribus videtur medicis) à muſculis abdominalibus comprimitur; indeque fit, ut liquores, in eo contenti, manifeſtò exprimantur; ſic haud ineptè affirmamus, fibras ventriculi

nervoſas adeò vehementer exinde corrugari, ut motus earum periſtalticus inde non ſolùm reſiſtatur, verùm etiam jure merito inverti cenſeatur. Quandocunque igitur alvi obſtructio, ex motûs periſtaltici ſegnitie, obvenit, Emetica maximè obeſſe obſervantur; hunc enim in modum paſſionem iliacam, quæ non aliud eſt quàm colica paulò obſtinatior, introduceremus; hoc igitur in caſu, enemate fortiori (eò injecto, ut fæces primùm amoveantur,) præmiſſo, Emeticum deinceps multùm prodeſſe advertitur.

Humores in Anginâ, in Laryngem, Pharyngem, muſculoſque, iſtis in locis, inſertos, decumbentes, deglutitionis reſpirationiſque in eis læſorum cauſa ſunt; & quantò plus tumor inde augeſcit, tantò magis in periculum veniunt ægroti; Emetica igitur Anginæ propterea valdè obſunt, quòd ſanguinis motus progreſſivus exindè multum intendatur; ac ita obſtructioni jam ortæ impedimentum validius ſuperaddendo, ſuffocationi porrò anſam præberemus.

Oculorum morbis nocent Emetica, quoniam humores, jam ſubſiſtentes, copioſiùs ibidem accumularentur, quam organum adeo delicatum ferre quiret; hinc ſuffuſiones, ſanguinis in eos effuſiones, hypopya & hujuſmodi incommoda certò certius ſuccederent.

Cùm Emetica in phthiſi hi laudent, illi vituperent: controverſiam hanc paucis verbis illuſtrare conabimur. Phthiſes enimvero aliæ hæreditariæ, aliæ vero accidentales ſunt; ægroti, parentibus infirmis admodum orti, temperamento itidem plerumque delicato morbiſque parentalibus, quicquid alii contra ſentiant, obnoxio gaudent; ſi igitur phthiſi decumbentes, hâc de causâ, gravi & immani certè, laborent, Emetica adeo non proſunt, ut ejuſmodi ægrotis maximoperè obſint; quoniam cùm pulmones eorum ab humorum acrimoniâ valde erodantur, & tantùm non conſumantur, Emeticorum efficaciam fatalem haud facilè effugiunt; ubi vero temperamenta adſunt ſaniora (ſanguinis balſamici copiâ, fibriſque firmis & rigidis gaudentia,) ubi ea ab aëris injuriâ oritur, & ubi ventriculus viſcidâ repletur ſaburrâ; quùm equidem res ſic ſe habet, tuſſiſq; tum quoſdam corripit; Emeticum ejuſmodi catarrho tantopere

toperè opitulatur, ut V. Sne. præmiſsâ, facilè deinceps ſanari queat: Cavete tamen, ne hæc de phthiſi confirmatâ dicta intelligatis; quoniam uti ſæpius in organis inflammatis ſuprà Emetica obeſſe obſervavimus, ità nec hìc incommodis ejuſmodi remediis conſulere audemus.

Febri hecticæ vel temperamento iſtiuſmodi obnoxii Emetica ægrè ferunt; nàm ſi ſanguinem jam nimium excandeſcentem, ulteriùs vehementiúſque agitaremus, præ additamento gravi malorum cumulum augeremus; exinde enim ſanguinis acrimoniam eveheremus, ſpiritúſque penitùs exhauriremus.

Etiamſi *Hippocrates*, uti ſuprà obſervavimus, ſurſum graciles purgari jubet; hoc tamen haud perinde intelligi debet, ac ſi diceret, graciles idcircò ſurſum purgandi ſunt, quòd graciles ſint; hoc ridiculum ſanè vel ipſis tyronibus, ni fallamur, videbitur; vult igitur ejuſmodi homines Emetica cum tolerantiâ tantummodo perferre; *occaſio* verò & *tolerantia* nullam habent inter ſe cognationem; niſi igitur gracilium ventriculi muco aliâve humorum copiâ redundent, Emetica, pro ſuarum virium modulo fibras erodentia damnum certò certius inferent.

Ii, quorum pectus male conformatur, Emetica hiſce de cauſis tolerare nequeunt; primùm quia hujuſmodi ſtructura nullo negotio per medicamentum paulò aſperius diſtorqueri poſſit; deinde quoniam, exiguo nimis thorace, ſanguis, ab Emetico devorato, eò in motu ſuo intenderetur, ut vaſcula delicatiora diffringerentur, utì aliquoties, alienis periculis, experti ſumus. *Tournefortius* & *Ettmullerus*, etiam hâc in re, ex omni parte, nobiſcum conveniunt.

In *Catarrho ſuffocativo*, ſanguis pulmones versùs, curſu concitato, rapitur, laboranteſque hujus copiâ tantum non obruuntur; hoc in caſu, phlebotomia idcirco iteratò celebranda eſt, quòd influxus ſanguinis copioſior inde præcaveatur, & eodem tempore efferveſcentia compeſcatur; Emetica igitur hoc in morbo periculum eà minantur, quia utrumque adaugent; quanquam ergo authores quidam, iique moderni, uſui eorum nunc conſulere audeant, hi tamen omnino non audiendi

audiendi sunt; ratio enim & experientia quotidiana praxi huic palàm adversantur.

In gravidis à primo ad tertium usque mensem, Emetica lenia, si manifestò indicentur, administrari tutò queunt; à quarto verò ad nonum usque, omnino non adhibentur: Quoniam uti præ mole infantis indies auctiori compressio quævis facilè deprehenditur, ità abortûs periculum minatur.

Joh. Jac. Waldschimidius in vomitione nimiâ, ab Emetico propinato ortâ, spiritûs vini cochlear unum dari jubet; hoc verò parùm in hujusmodi anacatharsi, ab antimonialibus excitatâ, citra salis culinaris vel alterius cujusvis acidi tantillum, valere reperietur; quippe, hoc modo, antimonii partes sulphureæ eò exinde figuntur, ut irritatio molesta, ab hujusmodi particulis orta, facilè deinceps demulceatur: Simili modo, *Wallæus method. medend. p.* 50. Particulas *Guttæ Gambæ* vel etiam *mercurii vitæ* aculeatas à crystallo martis tantopere obvolvi, ac obtundi affirmat, ut vomitio posthac omnino præcaveatur.

Dekkerus, scitè admodum, *antimoniata*, ante usum eorum filtrare jubet: Alioquin enim particulæ eorum graviores & duriores, vino intimiùs permistæ, vehementius & diutiùs, quam par est, vellicarent.

Ettmullerus liquoris assumpti solummodò, non verò antimonii quantitatem respicere vult; Vomitionem enim non magis à scrupulo antimonii, quàm granis ejusdem sex infusis, promoveri asserit; hinc fit, ut vinum Emeticum, in quo croci metallorum grana sex infunduntur, perinde vomitionem cieat, ac si scrupulus ejusdem vino inderetur.

J. Conr. Barchuysen, in Pharmacop. Synopt. rectè observat, quòd si antimoniata eò in liquore infundi vellemus, ut lenta sanguinis crasis inde comminuatur, cavendum esse, nè aut liquores hi acescant, aut acida quævis eis adjiciantur; quoniam vomitiones dehinc horrendæ subsequerentur.

Etsi Emeticum lene vomitionem, nisi pharyngem paululùm titillemus, haud omnino cieret, at instrumentum *Rumsai*, ex osse cetaceo confectum & vel in ipsum ventriculum detrusum, cum *Pechlino* magnoperè vitupe-

vituperamus; quippe quorſum ventriculi vulnus periclitaremur, quandoquidem pluma, una, rem æque abſolvet?

Iis aquam tepidam vel cardui, infuſúmve ex thea (ſi velimus ut vomant) copioſâ manu exhibeamus, quibus Emetica officinalia, experientiâ duce, detrimento ſunt; quippe hoc modo vomitionem, diutiùs, atque velimus, omnino non protrahemus.

Williſius ut & *Ettmullerus* jampridem plus uno Emetico quam cathartico, vel decies iterato, jugiter effici obſervârunt: Hoc igitur exinde, vice versâ, jure merito concludi poteſt; plus, nimirum, damni ab uno Emetico, quàm commodi â catharticis plurimis, nobis inferri patet; feriò igitur caveamus, n eEmetica priùs exhibeantur, quam palam indicentur.

Etſi tempus Emetica exhibendi opportunius, pomeridianum ſit; ſub horam, nimirùm, à prandio quartam quintamvé, at, quod hâc de re ſuprà protulimus, in memoriâ teneatis neceſſe eſt: Hinc cautelas *Mayernij cap. de Epilepſiâ* memoratas, coram vobis ſiſtere nobis animus eſt. His nimirum Emetica pleno propinentur ventriculo, qui ægrè illa ferunt; aſt jejuno, qui facilè tolerare valent.

Quandoquidem Emetica, perexiguâ doſi aſſumpta, deorſum tendunt, uti obſervat *Ettmullerus*; palàm idcirco eſt, evacuantia remedia *ſecundùm majus ac minus* ab invicem ſolummodo differre: Hinc fit, ut Emetici doſis parcior, per anum tantùm humores deturbet; quod ſi minor adhuc ejuſdem quantitas cuipiam porrigatur, præbeatúrve; vel diaphoreſin, vel diureſin, prout doſis augetur vel minuitur, promovere compertum eſt; exhinc, liquido patet, quare irritationem neceſſariò debere omni evacuationi (ſive à naturæ ſive morbi molimine ea procedat) jugiter præcedere affirmamus.

Si Emeticum propinatum minùs voto reſponderit; ne damnum inde ventriculo vel inteſtinis, uti haud infrequens eſt, inferre valeat; catharticis lenibus ex caſſiâ & iſtiuſmodi remediis, vel etiam enematibus anùm verſus confeſtim trahantur humores.

Denique ij, quorum thorax capax & amplus, ventriculus firmus, caputque bene formatum, Emetica ſolùm

lùm ferre valent: è contra verò his, quorum thorax angustior, scapulæ elatæ, ventriculi debiliores & capita minora sunt, malè cedunt; summatim igitur in symptomatibus sequentibus palam indicantur; ubi nimirum adsunt aurium tinnitus, vertigo, capitis dolor, ac nausea in *febribus*; ubi in pancreate, vesicâ felleâ aliisve visceribus ventriculo conterminis, obstructiones adsunt: Ubi revulsiones per ipsum ventriculum derivantes perficiendæ sunt; ubi denique appetitus dejectus, nauseæ, hypochondriorum tensiones gravativæ, & vomendi nixus ægrotos vexant, Emetica propinare nulli dubitamus.

Corollarium.

Haustus Emeticus.

℞ Oxymell. Scillitic. Vin. Scillitic. Syr. de Prassio ā ℥iij. m. cap^t. Cochl. ij. mane quotidie.

Potio Emetica.

℞ Vin. Scillitic. ℥ij. Aq Card. bened. ℥j. m. pro Vomitorio, (hodie) horâ quartâ vel quintâ pomeridian. sumend. superbibendo prælargos Haustus Aquæ Carduatæ.

OBSERVATIONES.

Potiones hujusmodi Emeticæ (quarum prior, ni quantitas augeatur, Emetici nomen haud meretur) ægrotis hydrope decumbentibus accommodari quibusdam idcirco videntur; quod ventriculo irritato, portio quædam misturæ statim cum sanguine confundatur, indéque haud ita multò post glandulæ renales officio usque adeo fungantur suo, ut cum *scillæ* particulis salino-volatilibus, acetum vero acido-salinis gaudere concedantur; sal *enixum* exinde resultans, sali muriatico animali haud omninò dissimile sit: Vereor tamen, ne plurimum, vel inde, sperari non poterit; quòd si Emetica hujusmodi devorata ventriculum tranent, certò fere certius per anum deturbantur; hinc concludere licet, quod, si vel κάτω vel ἄνω ferantur humores, pauxillulum misturæ supererit, quæ ad renes posthac appellere valuerit: nisi si ex quorundam sententiâ ductus quosdam nondum

lum uſque, quod ſcimus, adhuc detectos, à ventriculi fundo per omentum expanſos, rectáque ad renes veſicámve tendentes concedere velimus: At malumus, ut hypotheſis hujuſmodi omnimoda è medicinâ penitùs à vobis exulet. Verum quidem eſt, ita utplurimum fieri, ut aquæ nimirum *ſpadanæ*, julapium diateſſaron, & ejuſmodi liquores haud citius fere propinentur, quàm è veſicâ detrudantur; quinetiam multum, inter urinam pallidâm, mulieribus hyſtericis paſſim obviam, urinamque compotatorum ſtramineam, intereſſe fatemur; hyſtericarum enim urinam ex ſale quovis alcalico, ei inſtillato, extemplo ſubſidere compertum eſt, quod bibulorum urinis, experientiâ duce, haud uſuvenire ſolet: exhinc quidam ſententiam prædictam, ex virorum hypotheticorum more, pro viribus propugnârunt; quandoquidem verò liquores alii aliis vaſa longè altiùs penetrare obſervantur: Et ſiquidem effectus ij ab acie medicamenti liquidò pendere videntur, eadem acuties, quæ motum periſtalticum ciere valeat, vaſa etiam reliqua adeò vellicare poſſit, ut vel ſerum multò rapidiùs inde exprimatur; quod nec ſaturiori unquam colore imbui, nec à liquore quovis, ob ſeri copiam, alcalico, in fundum præcipitari poteſt.

Aſthmati humido Emetica multum emolumenti afferre compertum eſt, exindè quòd horum adjumento viſcera apprimè quatiantur, & quòd pituita hunc in modum pulmonum bronchiis firmiter adhærens, faciliùs inde excuti poſſit; uti illa eodem etiam artificio ventriculum muco liberare ſuo ſimùl obſervantur.

CAP.

CAP. II.

CATHARTICA.

Fortiora.


Tereb. Cypr. ʒij. Jalap. resinos. Merc. d. ā. gr. xxij. m. f. pil. nº. 24. capt. vj.

℞ Gum. ammon. ʒj. Merc. d. ℈ij. Diagryd. gr. xij. m. f. pil. nº. xvj. pro quatuor dosibus.

℞ Pulv. rad. Jalap. gr. xij. Resin. Jalap. gr. vj. Tartar. vitriolat. ℈ß. Merc. d. gr. x. Pulv. Succin. gr. vj. ol. Caryophyll. gtt. iij. Conf. flor. anthos ʒj m. f. Bolus.

℞ Merc. dulc. gr. xij. Resin. Jalap. gr. vj. Pulv. oc. Cancror. ℈ß. Tinc. Castor. q. f. m. f. Pilulæ nº. vj. deaurentur.

℞ Resin. Jalap. in Vitell. ovi solut. gr. xv. Aq. Meliss. ℥iv. Syr. de Spin. Cervin. ℥ß. Tinct. Castor. gtt. xv. Aq. Mirab. ℥ß. m. f. potio.

℞ Gutt. Gamb. Diagryd. ā gr. iij. Merc. d. ℈ß. Crem. Tartar. ℈ß. Syr. è Rhamn. Cathartic. q. f. m. f. Bolus.

℞ Troch. Alhand. M. P. Coch. min. Extract. Agaric. ā gr. viij. Merc. dulc. gr. xv. ol. Caryoph. q. f. m. f. pil. nº. vj. deaurentur.

℞ Rad. Jalap. Hermodactyl. Mechoacan. Turbith. Scammon. ā. ℥ß. rad. Hellebor. nig. & alb. ā ʒj. Sem. Cartham. ℥ij. Cinnam. ℥ß. Caryoph. ʒß. Sp. Vin. ℔j. m. digerantur. Dosis liquoris filtrati ℥ß; hanc Tincturam *G. Horstius* in arthritide magnoperè deprædicat.

℞ Fæcul. aron. gr. xv. Gutt. Gamb. gr. ix. Conf. Rosar. vitriolat. q. f. m. f. Bolus cum regimine sumendus.

℞ Extract. Rhei. ℈j Resin. Scammon. gr. iv. Troch. alhand. gr. iij. ol. Caryoph. gtt. vj. m. f. pilul. nº. vj. deaurentur.

℞ Aloës

℞ Aloës optim. gr. xv. Troch. alhand. gr. iv. Merc. dulc. gr. xvj. ol. Cinnam. gtt. ij. m. f. pilul. nº. vj. deaurentur.

℞ Resin. Scammon. Jalap. ã. gr. vj. Merc. d. gr. xij. succ. Glycyrrhiz. ℈ʃs. ol. Lign. Guaiac. q. s. m. f. pil. nº. v.

℞ M. P. Lucis maj. aloe rosat. pil. Coch. min. ã. ℈ʃs. Diagryd. pulver. Troch. Alhand. a. gr. j. m. f. pil. nº. vj. deaurentur.

℞ M. Pil. fœtidar. ℈j. Troch. Alhand. gr. vj. ol. Sabin. q. s. m. f. Pilulæ nº. iv. deaurentur.

℞ M. P. Mastichin. ℈ij. Scammon. Sulphurat. Troch. Alhand. ã. gr. iv. Extract. absinth. ℈j. Tinct. Sal. Tartar. q. s. m. f. Pilul. nº. xv. pro duabus vel tribus vicibus.

℞ M. P. Tartar. Quercet. ℈j. Resin. Jalap. gr. x. Extract. agaric. gr v. Sal. Vol. Oleos. gtt. x. ol. Caryoph. q. s. m. f. Pil. nº. vi.

℞ Gum. Sagapen. cum Acet. mund. & inspiss. gr. x. Troch. Alhand. gr. vj. Merc. dulc. gr. xv. m. f. Pil. nº. v.

℞ Extract. Catholic. gr. xij. Merc. dulc. ℈ʃs. Resin. Jalap. gr. iij. Extract. Troch. Alhand. gr. j. m. f. cum Elix. prop sine Acid. q. s. Pilul. nº. vj.

℞ Extract. Elleb. nig. Merc. dulc. à ℈ʃs. Extract. Colocynth. gr. j. c. s. q. Succ. Cydon. f. Pil.

℞ P. aloephang. ℈ʃs. Scammon. Sulphurat. gr. ij. Troch. Alhand. gr. jʃs. Tinct. Sal. Tartar. q. s. f. Pilulæ.

℞ M. P. ex duobus gr. xxv. in Aq. Theriacal. ℥ij. Solut. Syr. de Rhamno Cathartic. ℥ʃs. m. f. Potio.

Leniora.

℞ Pulp. Cass. recenter Extract. ℥ʃs. Tamarind. ʒij. Fol. Senn. à Stipitib. mundat. ℥jʃs. Crem. Tartar. ʒj. Sal. mirab. Glauber. ℥ʃs. Syr. è flor. Persicor. q. s. m. f. Electuarium molle, cujus sumatur magnitudo nucis juglandis hora decubitûs.

℞ Fol. Senn. S. S. ʒij. Summit. Centaur. min. mʃs. flor. Bellid. p. ij. flaved. aurant. Crem. Tartar. ã. ℈j. Passular. minor. exacinat. ℥jʃs. Incis. ponantur in vino,

capiat hauſtum mane, in prandio, vel cœnâ.

℞ Rhei elect. ʒij. Sal. Tartar. gr. xv. Aq. Cichor. ℥vj. ſtent in Arenâ per noctem; coletur pro uſu, vocatur *Tinctura Rhei Williſiana.*

℞ Tamarind. ℥ß. Fol. Senn. Alex. ʒij. Rhei Elect. ʒjß. coq. in Aq. font. in Colatur. ℥iij. Solv. Mann. Calabrin. Syr. è Roſ. Solutiv. ā. ℥j. m. f. Potio.

℞ M. P. aloephangin. ʒß. Pulv. Succin. gr. iij. ol. Caryophyll. gtt. ij. m. f. Pilul. no. vj.

℞ Elect. de Tamarind. cum Senn. ʒj. Rad. Jalap. gr. xij. Syr. è. Roſ. Solutiv. ʒiv. Ol. Caryoph. gtt. ij. m. f. Bolus.

℞ Aq. Hord. mundat. ℔j. Caſſ. recenter extract. ℥j. Tamarind. ℥ß. Syr. è Roſ. Solutiv. ℥ß. Aq. Cinnam. ℥iß. m. Potio gradatim haurienda.

℞ Rhei Elect. ʒiß. Cinnam. Pulv. ℈j. macerentur in Aq. Cinnam. Hord. in Colatur. ℥iij. diſſolv. Electuar. è Succ. Roſarum ℥iß. m. f. Potio cum regimine modico ſumenda.

℞ Tinctur. Rhabarbar. ℥j. Tinctur. Hier. ℥iij. Syr. è. Flor. Perſicor. vel è Succo Roſar. pallidar. ℥j. m. f. Potio.

℞ Mann. optim. ℥j Pulp. Caſſ. recenter extract. ʒiij. ſolvantur in Aq. Lact. Alexiter. ℥iij. Colatur. add. Aq. Pæon. Comp. ℥ß. m. f. Potio.

℞ Decoct. Senn. Gereon. ℥ij. Mann. Calabrin. ℥ß. Cremor. Tartar. ʒj. m. f. Potio tepidiuſcule exhibenda.

℞ Fol. Senn. S. ſtip. ʒiij. Sem. aniſ. contuſ. ʒj. Sal. Tartar. ℈j. infundantur in Aq. Card. bened. q. ſ. ſtent in loco tepido per diem, Colatur. ℥iij. add. Aq. Cinnam. ℥ß. Syr. de Pom. purgant. ℥ß. m. f. Potio.

℞ Rad. Helen. Raphan. Ruſtican. recent. Polypod. ā. ʒvj. Fol. Abſinth. Agrimon. Centaur. min. ā. m. j. Flor. Anthos. Geniſt. ā. p. iij. Cortic. Tamariſc. Fraxin. ā. ℥ß. Fol. Senn. S. Stipit. ℥j. Rad. Helleb. nig. ppt. ʒvj. Rhabarb. Elect. Agaric. albiſſimi ā. ℥ß. Sal. Tartar. ℥ß. Zedoar. Zinzib. Cinnam ā. ʒj. Paſſular. Minor. ℥iß. Inciſa & contuſa infundantur in vino. Etmullerus infuſum hoc in malo Hypochondriaco multum laudat.

℞ M

℞ M. P. Aloephangin. ℈j. Resin. Jalap. gr. iij. Gumm. Ammon. Sal. Succin. ã. gr. iv. Ol. Juniper. gtt. i. m. f. Pilul. no. vj.

℞ Extract. Rud. ℈j. Sal. Armon. Vol. gr. vj. Ol. Mac. Still. gtt. no. ij. m. f. Pil. no. vj.

℞ Rhei Elect. ʒiß. Myrobalan. Citrin. ʒß. Tamarind. ℥ß. infund. in Aq. Card. bened. q. s. expressioni add. Rhabarb. Pulv. ʒß. Syr. è Ros. ℥j. Scammon. gr. iv. m. f. Potio.

℞ Electuar. Diaprun. ℥j. dissolv. in Aq. Lact. Alex. ℥j. Cinnam. h. ℥iß. m. f. Haustus.

℞ Fol. Senn. ʒiij. Agaric. Trochiscat. ʒj. Sem. anis. ℈j. Cremor. Tartar. ℈j. decoquantur in Aq. Hord. q. s. Colaturæ add. Elect. Diaprun. ʒij. m. f. Haustus mane jejuno ventriculo sumendus.

℞ Extract. Rhabarb. gr. xvj. Resin. Scammon. gr. iv. Ol. Carvi gtt. ij. m. f. Pilulæ no. iv.

℞ Spec. Diaturbith. cum Rhabarb. ʒß. Cremor. Tartar. ℈j. Scammon. Pulv. gr. x. Aq. Cichor. ℥iß. Syr. de Cichoreo cum Rhabarb. ʒvj. m. f. Potio mane exhibenda. *Craanen* in febribus intermittentibus hanc collaudat potionem.

SCHOLIA.

Medicamenta Cathartica, modo indicationes rectè moliamur, neutiquam exhiberi reperiemus, quin humores copiâ peccantes exinde deturbandi sint; sive ejusmodi verò serosi, sive biliosi, sive salini acidive sint, hâc de re in paragraphis sequentibus fusius aliquantò differemus.

In morbis idcircò contumacibus, quibus medicamenta alterantia, diutiùs licet exhibita, parum profuerunt, Cathartica hìc subindè, pro medici arbitrio, administrata, plerunque ægrotis magno sunt usui: quamvis interdum fit, ut obstructiones in arterias evanescentes tantò impingantur, quantò humores subsistentes posthàc Catharticorum viribus, vel maturius exhibitorum, haud omnino cedere observantur: quippè isto tempore humores sunt solitò viscidiores; quia etiam tum magnoperè impinguntur; & demum quoniam arteriolæ, ob effervescentiam liquorum nimirum jam nimis eve-

ctam, qui eas distendunt, humoribusque, haud facilè tranantibus, opplent, fluida sua contenta non omnino propellere valent; quo in casu, impactio humorum quovis revera momento augescit; motus vero progressivus in horas exinde magis impeditur. Hinc fluida medicamentis attenuantibus sat abunde semper priùs comminuantur, quam Cathartica exhibeantur: plus dein unico remedio Cathartico, quàm vel decies antea repetito, efficiemus: quoniam hoc apud medicos solenne est, ut à medicamentis lenioribus prudenter incipiant, hisque incassum aliquandiu attentatis, tandem ad fortiora gradatim properent: siquidem igitur gradu solummodo alterantia à Catharticis diffidere fateamur; alterantia diutius & incassum exhibita, à fortioribus, Catharticis nimirum, obstructiones paululum obstinatiores posthac, certius exindè defodientur.

Quotidiana nobis experientia testatur, quî sæpius fieri solet, ut quæ in victu, primùm odio habuerimus, deinceps, cum eis nimirum sensim consuescamus, tandem consuetudinis istius vi, ultro requirantur; quî alioqui fit, ut errhinis, peto, coffea aliisque hujusmodi remediis & liquoribus consuetudo naturam ad amussim æmuletur? Imò vero quibusdam edulia, quæ priùs oderint, eò quandoque posthac cordi sunt, quò nihil deinceps impensius mirentur. Idiosyncrasiæ causam hactenus nemo, quod scimus, nobis satis unquam patefecit; emanationes à corpore in corpus vagantes garrire, sane ineptum est; cum hujusmodi corpuscula, fac ita esse, individuis quibusdam naturis solummodo adversari compertum sit: exhinc verò palam est, quî fit, ut remediis Catharticis assuefacti, commodius ea, quam ii, quibus medicamenta id genus desueverunt, perferre valeant.

Morbos somnolentos, paralyses aliaque hujusmodi νοσήματα copiam seri pituitosi vapidique, cerebrum inundantis, pro causâ agnoscentia, Catharticis sæpe sæpius amolimur: quod si unà stimulantia medicamenta exterius adhibeamus, cujusmodi sunt epispastica, setacea, cauteria, enemata acriora, epispastica perpetua, spiritus vini, in quo herbæ volatiles infunduntur; tum remediis attenuantibus, quâcunque formulâ, introsumptis

ptis (ſemine nimirum ſinapios, ſummitatibus lavendulæ vel roriſmarini, cortice vel ligno Guaiaci, &c.) facilius deinceps ſanantur.

Quandoquidem pſoræ, ſcabiei, impetiginis alteriuſve hujuſmodi eruptionis cauſam in ſeri ſinu latitare manifeſtum ſit; Cathartica idcirco procul omni dubio uſui ejuſmodi laborantibus erunt; quippe quæ particulas ſalinas eruptionibus hiſce anſam præbentes, foras amandabunt; quia quemadmodum ſalſedo nitro-ſalina, vel armoniacalis ſanguini eò proficua ſit, quò liquores ſecernendi, per irritationem glandulis leniter impreſſam, promptius ſecedant, & quo ſanguinis craſis debita exactius conſervetur; ſic ſi ſalſedo ſeu in acredinem evecta, ſeu copiâ peccans, glomeratim fibris adnaſcatur, eruptioneſque hujuſmodi producat, quæ ſcabierum nomine apud medicos vulgò gaudere ſolent; Cathartica tum ſerum acre deturbando, diluentia porro tepidiuſcule ſæpius introſumpta, ſalium contactum diſſociando proſunt; & quæ ſalis ſpeciem, nobis experientiâ duce patefactam, commutant, felicius deinceps voto reſpondebunt; exhinc eruptioni ulteriori facile obviam ibimus; ita ut lotiones poſthac vitriolicæ rem nullo abſolvant negotio. Eximius ille perinde philoſophus ac medicus *T. Craanen* ſalis ſaporem omnino non percipi recte obſervat, modo ſalis ſolummodo drachma magnæ aquæ fontanæ quantitati injiciatur, imo ſal iſtud ab argento in ſpiritu nitri ſoluto, aquæ inſtillato, tantummodo nobis tum patefiet: exinde concludere licet diluentia ſtatui cuivis ſalino admodum eſſe proficua; porro ego in eâ ſum ſententiâ, elephantiaſes, quæ radices altiores nondum egerint, facili marte ſanari poſſe, dummodo remedia diluentia tepidiuſcule exhiberentur; adagium enim apud chymicos tritum eſt; *ſalia non ſalire; quamdiù ſicca*; inde inferri poteſt, ſalia ni diluta, contactum ambire, dein paulo poſt coaleſcere & cohærere; quæ vero à fluidi copiâ vel calore modico diſſociata, nequaquam deinceps accumulari queant; hincque cohæſiones, eruptiones aliaque ejuſmodi poſtea efficaciter antevertuntur.

Sudores nocturni, vel à victûs copiâ vel à ſanguinis acrimoniâ exordium plerumque ſumunt; in utrovis

casu, Cathartica magno erunt usui; eo ut humorum onus foras ablegetur; si victus lautior hujusmodi sudoribus ansam præbuerit, rem jejuniis unà cum Catharticis penitius absolvemus; sin acrimonia in causâ sit, alterantia etiam specifica eò exhiberi debent, quò salia ejusmodi melius obvolvantur; quæ, jam à lecti calore fusa, glandulas inter perspirandum immane quantum irritant, sudoresque exinde fluentes copiosius, quam par est, emulgent.

Anni tempus purgandi occasiones plurimum quandoque nobis indigitat; hinc fit, ut, vere, sol calore suo blando fluida, hyeme fere subsistentia, circumgyrare cogat; ut exinde ea magnopere turgescant, & vasa sua adeo tendant, ut rixeos periculum sæpius inde subire soleant; Cathartica idcirco his emolumento erunt, quòd humores foras amandando, plenitudini sæpius exhinc nascenti, facile obviam ire poterint.

Qui valetudine gaudent inconcussâ, medicamentorum impetus vel etiam paulo vehementiores flocci pendunt; hinc fit, ut ejusmodi homines ab aeris inclementiâ raro aut nunquam se malè habeant; quæ infirmiores tamen in Catarrhos febresve confestim præcipites daret: hinc evenire solet, ut eos Cathartica paulo fortiora ne vel minimum quidem perturbent; quod si, dosis justò minor eis exhibeatur, hoc vobis ii confestim vitio vertent, & vosmet ignorantiæ strenuè exhinc argui percipietis.

Febrium intermittentium accessiones, quam citissime stadia sua percurrerent, nisi si humorum copiâ ægrorum vasa valdè scaturirent; tum enim, paroxysmo uno vel altero elapso laborantes ejusmodi pristinam valetudinem, jam amissam recuperarent; ægrotis autem hunc in modum decumbentibus haud necesse erit, omnino præscribamus: ii vero quorum corpora humorum redundantiâ sufferciuntur, haud ita facile evadunt: hi à Catharticis, affatim administratis, humorum sarcinâ prius liberentur, quàm corticem peruvianum eis exhibere moliamur: quippe si vasa humorum copiâ aliquando exinaniantur, cortex hicce deinceps exhibitus, tametsi fluidorum residuum comminueret, exinde tamen vasorum rixis, asthmata, aliaque ejusmodi, vel ab intumescentiâ

tumeſcentiâ orta, ægrotos impunè laceſſunt. Jamdudum vobis obſervavimus, Cathartica intermiſſionis die eò exhiberi quò intumeſcentia bifaria, tam à paroxyſmo nimirum quam à motu inteſtino, Cathartici causâ illata, quam efficaciſſime avertatur.

Acrimonia idcirco partes ſolidas impenſius dilaniat, quòd eâ ſanguis redundet; ulcera continuo naſcuntur à ſanguine hunc in modum depravato: quibuſcunque autem ulcera externa ſanare animus eſt; primùm per remedia Cathartica pauxillam ſalium corroſivorum portionem ſubtrahere conentur, deinde medicamenta teſtacea, cinnabarina, & ſaturnina unà cum radicibus chinæ, ſarſæque, raſuris cornu cervini, eboris, aliiſque ejuſmodi aquæ calcis ope in decocta conflatis, eò introſumantur, quò acrimonia hæcce cauſtica, ibidem dominans, obvolvatur; quo peracto, ulcera, vel cacoethea, per unguentum Baſilicon oleo Terebinthinæ diſtemperatum primum commodè detergeri & mundificari queunt; dein per linimentum arcæi cùm unguento diapompholygos miſtum incarnari poſſunt; tandemque per unguentum de minio ſeu amalgamata, ex mercurio cum plumbo conflata, ad cicatricem concinnam perduci valent; & non video, quin ſimili modo pulmonum ulcera, modo benigna ſint per ſuffitum ex cinnabari, myrrhâ, maſtichéque miſtis facillimè perſanari poſſint.

Hippocrates in Aphoriſmo 36to Sectionis 5^tæ^ purgantium, in menſibus decoloratis, uſum authoritate ſuâ munit; τὰ καταμήνια ἄχροα καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει· nec equidem ſine causâ; evacuationes enim hujuſmodi non niſi à ſanguine vitiato produci agnoſcimus; qui ob ſeri vapidi redundantiam, vaſorumque inde oppletionem, cuncta periodi impedimenta adeo ſummovet, ut in tempore opportuno arteriolæ dehiſcant uterinæ, menſeſque, cum circulo tamen in linteamentis circumcirca pallido, inde prodeant: cum vaſa ſat abundè purgantibus depleverimus, tum diuretica, unà cum chalybeatis commiſta, eò exhibenda ſunt, quò reſiduum corrigatur, expeditiuſque evacuetur; & tandem quò fibræ laxiores commodius inde firmentur.

Ubi

Ubi bilis, pituita vel quævis sanguinis temperies, sive segnior sive paulò evectior, vasa sufferciat; ibi evacuationes, præsenti sanguinis vitio idoneæ, remediis allioticis omnimodis, ut fieri assolet, præcedere debent; imprimis vero humores in ventriculo & intestinis hospitantes constanter eliminandi sunt.

Quandocunque ductus sive hepaticus sive cysticus sive communis maximopere obturatur; purgantia, per impetum, quem fibris intestinorum imprimere valent, mæandros obstructos quam efficacissimè reserabunt: hunc enim in modum mucus, ductûs choledochi parietibus, aliquâ ex parte, adnascens, admodum emulgeri potest; hisque ita confectis, quæ supersunt impedimenta, coagula nimirum cohæsionesque exinde orta, à salium volatilium fixorumve intus exhibitorum efficaciâ facillime auferri queant; hujusmodi autem sunt salia volatilia è cornu cervino, è sale armoniaco, sal volatile oleosum; salia fixa absinthii, cardui benedicti, genistæ; millepedes, centaurium, marrubium album, radices rubiæ tinctorum & similia.

Alibi salia scorbutica, si *Ballonium* sequamur, mineralia vel metallica utplurimum esse observavimus; quæ magnâ in copiâ in sanguine fluitant; eventusque inde horrendos ibidem introducunt; salia ejusmodi alcalina seu acida plerumque esse faciamus; medicamentis evacuatoriis idcirco cedent, quòd serum, quibus innatant, cedere in dies reperimus; observatu verò dignum est, quod acida haud tam facile quàm salia alterius cujusvis speciei expulsioni huic obediant; neque eorum evacuationem usque amoliri experimur, quoad præparantia, ostensa, ritè præmittantur. Sed utcunque se res habeat, siquidem humores istos salinos medicamentis stimulantibus exhauriri patet, hi igitur citius aut serius exantlandi sunt; atque redundantiâ hunc in modum primum detractâ, alterantia dein specifica posthac exhibenda sunt; sali nempe fixo alcalico, acida adversari reperiuntur; uti, è contra, alcalina acido austero acerbove, contrariari nôrunt omnes: etiam vel ipsi acido corrosivo; cum hoc delectu verò, quod chalybeata magis sulphurea acido austero, quæ eadem sulphure orbata, sal martis, nimirum, aquæ martiatæ, *acidulæ*

dictæ, unà cum pulveribus teſtaceis, ſali acido corroſivo melius accommodari comperiantur.

Aſthmata raro aut nunquam homines adoriuntur, quin utplurimum vel à ſanguine viſcoſo vel à ſeri copiâ introducantur; quæ, ſubſiſtendo, vaſa pulmonaria admodum opplent: ejuſmodi onus partim remediis purgantibus, partim verò epiſpaſticis, partim denique bechicis incidentibus maximopere levatur; quibus, nempe, humores viſcidi, juxtà, bronchiis agglutinati, atque in arteriis pulmonariis contenti, quam expeditiſſime eliminantur; organo hoc, ita particulis ſuis lentis, quà extus, quà intus, liberato; reſpiratio fit exinde multo liberior: remedia vero ejuſmodi ſunt *ſerum ſinapinum Bateanum*, *ſyrupus balſamicus*, *ſyrupus terebinthinæ*, *flores benzoini*, *ſal ſuccini*, & ſimilia; quorum uſum tamen omnino prohibemus, dummodo vel ephemera quævis adſit periodica, vel temperies febrilis laborantes infeſtet.

Tametſi ſanguinem morbo venereo laborantium particulis ſalino-corroſivis ſcatere palam ſit, nullum tamen, quod ſcimus, ſymptoma à lue introduci fertur, quin à ſcorbuto, ultra modum evecto, unum idemque vexet ægrotos; tantum igitur abeſt, ut inter ſe diffideant, ut *caries*, *exoſtoſes*, *gummata*, *tophos*, *nodos* & alia ejuſmodi, perinde à ſalibus ſcorbuticis (etiam in iis, quibus morbi venerei nulla potuit incidere ſuſpicio) atque à lue exoriri vidimus: idcirco remedia evacuantia, luis venereæ gratiâ uſurpata, ſcorbuto juxtà proſunt: neque tantopere pertimeſcendum eſt, ut ut *Liſtero Hartmannóve* contradicere videamur; quippe illi mercurialium uſum in ſcorbuto vetant, in lue vero collaudant: aſt obſervatu dignum eſt, quandam dari luis ſpeciem, cui mercurialia nihilo minus obeſſe obſervantur, quam ſcorbuto à particulis ſalino-ſulphureis orto: quandocunque igitur mercurialium uſum, hiſce in morbis, infortunia ſequuntur ulla, ea non tam regiminis incuriæ, quam medicorum inſcitiæ vitio vertamus: remediis evacuatoriis primùm exhibitis, liquorum decocta deindè, quibus *Mezerei* ſummitates quidam recentiores admiſcuerunt, poſthac adminiſtrentur; horum enim remediorum adminiculo, ſanguis magnoperè

rè vitiatus, omnium malorum radix, à cunctâ labe exhinc purgabitur; quoad symptomata verò, inde oriunda, ea ex industriâ, hoc in loco, silentio præterire malumus.

In *mensium suppressione*, Cathartica remediis reserantibus viam reverà idcirco parant, quòd primum humores lentos ex corpore foràs amandant: & quòd deindè vasa plurimum à motu intestino, Cathartici causâ illato, usque eo distendi observentur; ut aperientibus posthàc exhibitis res minimo absolvatur negotio: hic autem non de coalescentiâ loquor immedicabili.

Plerisque, accessionibus arthriticis nimium obnoxiis, *tinctura sacra* usum, nec infaustò sanè, eò præscripsimus, quò paroxysmo acerbiori proximè insecuturo, quem à ventriculi distensione & inflatione certo fere certius præsagimus, commodiùs obviam iremus: hunc quippe in modum fomes paulo abundantior usque adeo exhauriebatur, ut accessio proxime futura longe mitior exindè fiebat. Observandum etiam est, declinante arthritidis accessione, (quando nimirum membro arthritide vexato, squammæ supervenire cernuntur, inflammatione tum prius evanidâ, urinâque sedimentum unà laudabile præcipitante,) purgantia ea certiùs indicari, quà particulæ coctæ, à sanguine deciduæ, & quodammodo sejunctæ, commodius in fundum abripi poterint; quæ vel minimo secus infortunio, sive à potu sive ab aëre inducto, accessionem, aliam longe fortasse graviorem in medium denuò proferre valerent.

Purgantia in appetitu ab humore cujusvis fere speciei, dejecto, utplurimum idcirco prodesse notantur, quod saburram depravatam juxtà exonerent, atque remediis alterativis viam sternant: nollem vero vos me perinde intelligatis, ac si aut de anorexiâ, ex spirituum penuriâ natâ, sermonem haberem; (quæ sive nutrimento facile coctu, sive remediis cardiacis specificis solummodo amoveri potest;) aut de *istâ*, quæ, ab aciditate, acido esurino genuinoque dissonâ, totoque, ut aiunt, cœlo distante, ortum ducit; quoniam in statu ejusmodi præternaturali, alcalina primum exhibenda sunt, dein sursum vel deorsum saburra heterogenea posthac penitus eliminanda est.

Purgantia

Purgantia uni hydropis ſpeciei apprimè quidem & aptè ſatis accommodari compertum eſt; quippe quæ fluida hic tam copiâ quam quiete peccantia foras abigere valeant; quandoquidem vero hydropes longè ab invicem juſtâ de causâ, differre opinemur; unicæ, ni multum fallamur, ſpeciei ea tantummodo conferre reperiemus; quod paulo fuſius nunc à nobis demonſtrandum ſupereſt: in hydrope, cui nomen *aſcites*, liquores extra vaſa in abdominis cavitatem copioſius diffluere percipiuntur; nec his eſt unquam, quod ſcimus, ullus poſthac regreſſui locus: medicamenta purgantia idcirco hic cùm inutilia tum periculoſa, ut liquido patet, repeiuntur: *inutilia*, inquam, ob cauſam ſupra memoratam; *periculoſa* inſuper, ex eo quod remedia Cathartica ex voto operantia, ſanguinem eodem porrò momento vehementius fundere experti loquamur: humoribus exhinc tantopere fuſis atque adeo ultra limites ſibi conſuetos immane quantum expanſis; fieri non poteſt, quin liquores, à vaſe rupto in abdominis ſpatia longe copioſius deinceps effluant; mirandum igitur omnino non eſt abdomen exinde tanto tendi, quanto illud liquamina ſua haud diutius, experto credite, continere poſſit, quin protinus impedimentis cunctis ità tandem amotis, deinde ea, cataractarum more, omnino profilire cernantur. *Hydropi epiploico*, remedia Cathartica nequaquam conferre certum eſt,

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas.

Ut primum enim vaſa rumpuntur lymphatica, liquoreſque gelatinoſi exinde in omenti cellulas effunduntur; ne medicamenta purgantia, neu alia quævis cujuſvis ſpeciei iſthic deinceps unquam evocare queunt. Hæc tam in ovarii hydrope, quam in iſto, intra peritonæi duplicaturam contento, veriſſima ſunt: heu idcirco miſeros! quibus vel ipſi medici longanimitatem ſolam, pro remedio, atque adeò pro aſylo, commendatam habent.

Aſt manifeſto vobis, cum de paracenteſi in proprio capitulo verba faciamus, demonſtrare conabimur; ægrotos, hydropibus ejuſmodi laborantes, ſolummodo

exinde

exinde exonerari posse; sub hydropum initiis quidem, dummodo maturiùs aliquantulum exhauriantur humores, eorum residua minimo deinceps negotio emendari, in circulum cogi queunt; sin vas aliquod, ex infortunio, rumpatur; non prius firma eis redibit valetudo, quam remedia porro styptica eò diutius intus sumantur, quò vasculum illud de integro reconsolidetur.

Quandocunque alvus vel subsistat, vel segniùs, quam par est, officio fungatur suo; remedia tum Cathartica, stimulando, irritando, vellicando, motum peristalticum, solito inertiorem, non mediocriter inde concitare jugiter observantur: hunc in modum, ubi febres, colicis doloribus idcirco stipantur, quòd à fæcibus induratis, intestinorum plicis firmiter adhærentibus, frequentius inducantur; Cathartica ibi lenia, admodum erunt proficua; verumtamen, si adhæsio isthæc sit causa doloris unica, lenioribus istis remediis oleosa medicamenta eò præmittantur, quò irritationi huic, arte creatæ, promptius aliquantulo cedant: infrà vero luculenter vobis ostendemus, quî remedia Cathartica doloribus quibusdam colicis damnum inferre observantur.

Foresto §. 22. *Obs.* 44. *in Scholio*, Cathartica in intestinorum difficultate, vulgo dysenteriâ, male jamdudum audiérunt, inquit enim, *Non debent ad partem læsam excrementa trahi,——quia stultum est vacuationem supra vacuationem moliri*; hinc fit, ut hunc in modum afflictis, emetica præmagnis præconiis ipse ibidem efferat; humores enim aliò derivare, quam per partes morbo cruciatas amandare mallet; quandoquidem partes tum læsæ humorum sarcinâ nimis valdè obruerentur.

Ecce *Foresti* argumentum! tametsi emetica (& recentiores hic præ cæteris cunctis radicem *ipocacuanæ* laudibus efferunt) dysenteriis ob causas modo nominatas multum prodesse libenter ipsi assentiamur: tamen, si rem penitius trutinemus, Cathartica solummodo lenia, & ea quæ mucum intestinorum tunicis hærentem tantum abradunt, in morbo hocce idcirco usurpantur; quòd ne commotio quævis vel minima exinde cieatur, neu motus intestinorum circumvolutans vel vix conci-

tatior

tatior inde excitetur; quibus ideo aliud non agimus quam chirurgi in ulceribus suis, gossipio nimirum saniem leniter abstergendo, jugiter agunt. Exemplum igitur hoc in intestinorum juxta ac externis ulceribus pares gerere vices constanter observamus. Scite admodum eam ob rem *Sydenhamius* nostras rheum in dysenteriis, venæ sectione præmissâ, prius exhibet, quam opiata propinantur; nos etiam hoc tempore idem semper faustoque administramus; quæ deinceps exhibentur, cujusmodi sunt testacea, balsamica, obvolventia, styptica, certius posthac effectus suos reverà sortientur.

Vertigines à muco in ventriculi plicis hospitante sæpenumerò originem ducunt suam; humores enim morâ suâ ibidem diutinâ fiunt admodum acres, & sæpius in bullas intumescere solent; huncque in modum sensationem perquam molestam tunicæ ventriculi membranaceæ haud rarò impertiunt; qui nervis dein opticis itidem communicati, vertiginem introducere observantur: quæ cum irritatione istâ in ventriculo productâ aliquam quidem habere rationem mihi videtur; mucus autem hujusmodi juxta emeticis atque Catharticis quam expeditissime eliminari potest.

Asthma illud quod à *Waldschimidio* stomachale vulgò appellatur, à nihilo magis quam à ventriculi flatibus pendere pro certo habemus; qui diaphragma tendendo, repellendo, illud adeo sursum premunt, ut vel thoracis amplitudinem exinde valde minuant; quandoquidem vero causa hæc sit potius, pulmonum respectu, sympathica uti loqui amant medici quam secundaria; idcirco in hujus curâ, non eò collimemus, quò læsioni solummodo imaginariæ obviam eamus; ventriculo enim affatim exantlato, asthma dein fere sponte cessare observatur; demptâ enim causâ morbi proximâ, & ipse morbus sæpiùs è vestigio cessat; si pulmones quidem, alternatim etiam laborare percipiamus; quandoquidem ægroti tum multum pituitæ interdum expuere cernuntur, unde & titillatio & tussis tunc evenire solent; symptomatibus hisce per bechica idonea temporiùs porrò occurramus.

Cathartica in febre syncopali *Baglivius* multum laudat, quod tamen cum grano salis intelligi reverà debet; verum quidem est; si materiem morbidam, membranas irritantem, nauseam inducentem, anxietudinesque excitantem, ventriculum onerare sciamus; ea medicamenta Cathartica, quæ febris natura ferre valet, ab hospite hujusmodi, naturæ perquam molesto, sat idonee ægrotos ista expedire possunt; ubi vero deliquia, à spirituum inopiâ laborantibus inducta, febrique mali moris cum diris etiam symptomatibus comitata, supervenire cernuntur; facinus magis temerarium nemo omnium mortalium unquam perpetrare poterit quam spiritus prius nimio plus debellatos, Catharticis omnino profligare.

Nos experientiâ, iteratò repetitâ, freti, Cathartica in infantulis, accessionibus convulsivis correptis, commendata vobis habemus; sæpenumero enim remedia, vulgo antispasmodica nuncupata, vel parum usque profecisse comperimus, donec Catharticum priùs lene, teneræ huic ætati aptè accommodatum, repetitim exhibeatur: & uti stomachus idiopathice & primario, hoc in casu, affligi videtur, ita inde incipere moliamur, unde morbus expeditius auferri possit. Hinc infusi, ex senna rheoque conflati, dosi unicâ vel & alterâ, ad bidui triduíve distantiam primùm adhibitâ, misturas, ex aquis rutæ, pulegii, melissæ, menthæ, pæoniæ compositæ, ex spiritûs cornu cèrvini guttis aliquot, syrupoque de meconio edulcoratas, felici postea cum eventu, frequenter administravimus. Quandam novi mulierculam, quæ semel guttas tres liquoris menstrui cum aquâ pulegii misti, infanti bimulo, posteaque eundem liquorem in eâdem quantitate in vino canarino, aliis frustra attentatis, iterum, faustò satis, adhibuit: longè verò à nobis absit, ut methodos non modo affectatas, quin porro perniciosas, vos prosequi omnino velimus; quippe si eximium authorem *Stalpartium Vanderwiel* in volumine secundo, observatione vero undevigesimâ, inspicere lubeat, hujusmodi liquamen duci cuidam, ab amasiâ administratum, deliria, aliáque symptomata horrenda dudum intulisse observabimus.

In *melancholiâ*, inteſtinorum, ſanguinis, ſpirituumque fluida ſaburræ ſegnis, inertis, acidæque onere plerunque obrui compertum eſt; iſtáque in cujuſvis arteriolæ vel evaneſcentis canaliculis ſæpiuſculè ſubſiſtere cernuntur; hoc in ſtatu, remedia præparantia & alterativa, omni ex parte ſpecifica, primùm diutius eà exhibeantur, quia acidum hocce heterogeneum omnino demoliendo, deliria inde orta, facile ablegari experimur; Cathartica poſtea propinata humorum nimiò plus æque cohærentium ac redundantium ſtagnum quam efficaciſſime foris derivabunt.

Meſenterii obſtructionibus Cathartica utplurimum eò magis prodeſſe nôrunt omnes, quo impetus à remediis ejuſmodi draſticis meſenterio (inteſtinorum appendiculo) impreſſi, ei facilius impertiuntur; ideoque impedimenta ejuſdem, expeditius exinde reſerari plerunque obſervantur.

Cum revulſiones & derivationes in anginâ pituitosâ, œdematosâ, apprimè neceſſariæ comperiantur; Cathartica, eam ob rem, humores è capite, *ſecundum rectitudinem* ut aiunt, derivantia, portionem materiæ à ſanguine morbificæ quà amandant, quà ulteriori illuc humorum affluxui, ex quo eos aliorſum ferri contingat, impedimento ſunt; quà porrò remediis diſcutientibus optatum denique finem paulò felicius attingere conceditur.

In febribus mali moris, in quibus ſpiritus multum exhauriri cernimus, tametſi humores ritè & perfectè coqui dicantur, naturam tamen officio ſuo, expulſione nimirum, ſi placeat, veneni, ſegniter nimis fungi ſæpe compertum habuimus; Cathartica lenia prudenter hic adhibita multum ſane profeciſſe novimus: nobis enim ſæpenumero evenire ſolebat; febrem dies, & quod excurrit, viginti quatuor durantem & urinâ unà coctâ comitatam, quando nimirum natura ne vel quicquam per ſedes, ſudoreſve huc uſque ejicere moliebatur, neque humores vel cerebrum adhuc oppetebant, tum ab hujuſmodi remediis paulo lenioribus eam utplurimum auferri obſervavimus; rebus enim ſic ſe habentibus, remedium leniens, ex ſenna rheoque confectum, intra biduum perque vices adhuc duas treſve iteratum, la-

borantibus ejuſmodi propinando, febrem in totum adeo in poſterum abegimus, ut opiata, noctu, à Cathartico, & remedia cardiaca, diu, aliquantiſper exhibita, ſanguinis effervescentiam primum depulimus, humorumque reliquias minimo deinceps negotio amandavimus.

In morbi cujuſvis inflammatorii, pleuritidis nempe, rheumatiſmi, cæterorumque id genus, declinatione; Cathartica lenia, laborantibus hujuſmodi idcirco apprime prodeſſe nôrunt medici, quòd & humores in iſto ſtadio ſpontè ſubſidere jugiter obſervantur, & quòd inflammationis vigor iſto tempore plerunque compeſcatur; etiam porrò quod humores jam ſui juris facti, nec vaſorum canaliculis diutius impacti, Cathartici propinati ſtimulo uſque eò cedere reperimus, ut ii facilius è corpore deinceps extrudi poſſint.

Hippocrates Aphor. 1. Sect. 4. Remedia lenientia, vel in ipſis fœminis utero gerentibus, à menſe nimirum quarto ad ſeptimum uſque, adminiſtrare non veretur, dummodo à ſymptomate quovis ea indicari palam ſit; Τὰς, inquit, *κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν· ἧσσον δὲ ταύτας· τὰ δὲ νήπια, καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή.* Quippe infantem firmiter hoc tempore per placentam utero matris hærere manifeſto patet: non itidem vero, primis & ultimis gravidationis menſibus: porro, quicunque ſerio ſecum perpendit, quid per *pharmaca* olim voluit *Hippocrates*, lenientia, noſtro ſæculo adminiſtrata, nullus deinceps adhibere dubitabit.

Idem divinus ſenex; occaſionem lenia miniſtrandi Cathartica duplicem nobis in aphoriſmis indigitavit; primùm tum ea indicari aſſerit, cum *humores turgeſcant*; deinde, cum ii *impetum faciant* (ὀργῶντες, καὶ ὁρμῶντες;) humores tum *turgere* reputantur, cum adſint indicia plenitudinis manifeſta in viſceribus, in ſanguine, aliubive; *impetum* vero faciunt, quando confuſo per vaſa feruntur curſu; huc illuc, adeo furioſe & impetuoſe vagari ſentiantur; ut laborantes inde multum & eo agitare, vellicare, laceſſere, conterere diutinè perſeverent, quò nec tum dormire, nec quieſcere, nec vel procumbere, cum ullâ delectatione vel jucunditate,

prius

prius valeant, quam iſtam humorum redundantiam, quoad ejus fieri poteſt, ſat abundè depleverimus.

Idem *Hippocrates*, Aphoriſmo vigeſimo, Sectione quartâ, ait, Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν, ἢν γίνηται στρόφος, καὶ γουνάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει. *Non febricitantibus, ſi fiat tormen, & genuum gravitas, & lumborum dolor, deorſum purgante opus eſſe indicat.* Quorum omnium ſymptomatum cauſam paucis, quoad poſſumus, verbis extemplo dilucidabimus: organum, quod ſcimus, nullum morbo vexatur aliquo, qui vel ab humorum quantitate vel ab eorundem qualitate vel tandem à corporibus ſuperfluis ortum non ducat ſuum; quandoquidem vero quiſque ſibi indulgere, quoad fieri poteſt, obnixè meditetur; idcirco morbi à copiæ abſumptione, à qualitate, vel à ſuperfluis, in corpore humano oriundi, ne vel minimam cum morbis à quantitate auctâ natis rationem habere videntur. Hinc fit, ut quandocunque humores partem ullam adoriri contingat; partem iſtam plenitudine eorum particulari adeo oppleri patet, ut eam plene obrui exinde periculum ſit; ni medici evacuationem aptam, & morbo præſenti idoneam maturius aliquanto moliantur.

Tametſi Cathartica rheumatiſmis cæteriſque morbis inflammatoriis, in declinationis ſtadio utilia perquam eſſe ſupra obſervavimus; jam tamen ratione prorſus inverſâ remedia ejuſmodi aliquando multum his obeſſe affirmamus, dum nimirum inflammationis vigor perſiſtat, efferveſcentia recens inceperit, ſanguinis etiam miſtura plus nimio turbata, nec vel minimum quidem tunc ad ſubſidentiam idonea reperiatur; Cathartica enim, quandoquidem ſi non eam confuſionem, quam morbi id genus plerumque producere ſueverint, parem tamen fermè cieverint; ea, nullo modo quidem antea conducere comperiemus, quam hujuſmodi commotio propemodum defervere advertatur; huic, quod ſcimus, ſententiæ, medici ad unum fere omnes unanimiter ſubſcribunt.

Omnis quidem evacuatio juxtà ſpiritus exhaurit, ac humores exturbat; quemadmodum vero neceſſe ſit, humores quandoque ſolum, haud vero ſpiritus, eliciantur; eam ob rem Cathartica fortiora imbecilliores haud

ferre valent; ſeniores itaque jure merito debiles exinde reputantur, quod ſpiritus eorum, ſemel pulſi, difficillime reſarciri queunt; infantes itidem remediis ejuſmodi evacuatoriis prorſus idcirco abſtineant; quod quacunque indicatione oſtendi videantur, ſpirituum etiamnum conſervatio morbi depulſioni adeò præponderat, ut, iſtis ſemel everſis, morbus ſemper in deterius vergat, morſque extemplo præ foribus utplurimum adſtet.

In quavis viſcerum labe, nimium nempe radicatâ, cujuſmodi ſunt ulcera & ſimilia, Cathartica ideo periculoſa ſunt, quod & ulcus admodum irritent, acrimoniam nimirum augendo; & hecticam eò intendant, quo ſanguinis excandeſcentiam inde magnopere cieant; hinc cruribus œdematoſis, ab ejuſmodi tabe inductis, maximo detrimento plerunque idcirco ſunt, quòd vires præſertim admodum proſternant; tumores autem id genus, raro aut nunquam ſuperveniunt, quin, cum ægroti paulo poſt, eheu! ad plura abituri ſint; cum enim ſpiritus eorum, à morbo diuturniori, fermè exhauriantur, tum ſanguinis motus uſque adeo tardatur, ut fibræ apprime exinde laxentur, quòd ſanguinis moles, fibrarum retropellentium oſcillationi, nunc parum obediat; qui idcirco deinceps in crurum fibris utplurim[illegible] omnino ſubſiſteret; niſi quod à poſturâ horizonti parallelâ, lectique calore adjutus, adeo denuo fundatur, ut rurſum, ad tempus, in motum cieatur.

Quam ob cauſam remedia purgantia vaſa dehiſcere cogunt, alicubi quidem advertimus; quod ea nimirum in fluidis efferveſcentiam concitare, atque adeo orificia, contactum prius ambientia, apprime diſtrahere compertum ſit; Cathartica idcirco tum adminiſtrare, cum lochia fluant, ſane empiricum eſſet; inter puerperium igitur remedia ejuſmodi prorſus evitanda ſunt; quod hic de lochiis protulimus, id omne de *Varicibus* etiam internis intelligi volumus; dummodo præſertim ad inteſtina reſpiciant; optandum quidem eſt nos penes fuiſſe æque varices ac aneuriſmata explorare; at cum hâc de re nondum nobis conſtet, quem in remediis delectum ideo habeamus, incerti etiamnum hæremus. Hiſce morbis laborantes nunquam non inopinâ morte

enecari certi ſumus; quendam revera novimus ita laborantem, qui, à remedii Cathartici exhibitione, eà adminiſtrati, quia dolor *colicam ſimulabat*, repente exindè, vitam cum morte commutavit.

Quum acidum in ſanguinis ſinu deliteſcere, & ita morbum hyſtericum, ſtagnationes alioſque id genus morbos inde ortos ibidem producere advertatur, tum Cathartica non prius propinentur, quam præparantia diutius aliquantum adminiſtrentur; ſæpius enim eò acceſſiones hypochondriacas hyſtericaſque vel à mannâ ſolâ in quibuſdam cieri experti ſumus, quod tantulum idcunque ſit remedii cujuſvis Cathartici, hujuſmodi laborantes haud ferre valent.

Quandoquidem macilenti ſpirituum copiâ haud nimis utplurimum onuſti ſint; idcirco neceſſe non eſt, remediis ii Catharticis omninò fatigentur; uti pinguiores itidem ea quam optime ferre recuſant, quoniam longè exinde languidiores fiunt; ex eo quod fluidis magnopere extruſis, vaſa vi ſuâ elaſticâ ſemet contrahere nitantur; quâ autem ratione parietes eorum propiùs invicem accedunt, ſpirituum emporium, omni ſuo penu quem intra tubulos ſuos complectitur, eâ proportione ſpoliatur: ſiquidem vero ſpiritus quo parciores ſunt, eo in orbem tardiores rotantur; exinde fit, ut ſeu macilentos ſeu pingues deorſum movere lubet, ſpiritus eorum ſuprà deturbantur, atque inſtaurari queunt.

In *pneumo-pleuritide*, quamprimum inflammatio eò uſque ſit evecta, quò in apoſtema ſemel abierit; cum deinceps ſputum è pulmonibus excreatum magno decumbentibus ſit emolumento; temerarium ſane, ea remedia adminiſtrare foret, quæ huic anacatharſi è directo adverſarentur; quandoquidem remedia, pectoralia dicta, paulò calidiora, ſeu quæ leniter irritant, hic idcirco proſunt, quod pulmones à materiâ ſuâ purulentâ promptiùs expediant; Cathartica autem ideo vehementèr ægrotis ejuſmodi damno ſunt, quod humores, jam à pulmonibus criticè extruſos, incautè aliò derivent: argumentum hoc eo magis exinde ſtabilitur, quòd ſi pleuritide laborantes diarrhœa paulo magis immodica

modica infestare contingeret, in discrimen extremum exhinc ægri plerunque venire solent.

Quemadmodum in morbis quà acutis quà continuis, ita pariter in febribus, commotio ista præternaturalis, eo tempore solennis, uti tam praxis quotidiana, quam ratio recta nobis patefaciunt, maximopere remediis proprie Catharticis adeo adversatur; ut in ægrotis ejusmodi medicorum turba jugiter ea prohibere soleant.

Paulo fusius supra disseruimus, quâ ratione remedia Cathartica in sanguinis profluviis adhibita nocere possunt; quamobrem rectè cum *Wendelino* inferre licet, quod Cathartica nimirum in fluxu mensium immodico perquam perniciosa sint; utcunque se res habeat, fluxus ejusmodi perinde à seroso sanguinis statu ac à laxo corporis habitu interdum oriri cernimus; unde fit, ut ita laborantibus *rheum* prudenter, intervallis nempe debitis, exhibitum, pariter humores exhaurit, ac fibras unà corroborat.

Tusses siccæ, à pulmonum *tuberculis* ortæ, & tam spirandi, quam in utrovis latere decumbendi difficultate stipatæ, Cathartica idcirco male omninò ferunt; utpote quæ, in tuberculis ejusmodi, inflammationi porro promptum parant aditum; commotio enim, per vim Cathartici illata, reipsa inflammatoria est, quandoquidem ut in eà sanguis paulò rapidiùs in gyrum rapitur; ita Cathartica, fibras etiam vasorum nimio plus vellicando, particulasque acriores exinde sanguinis massæ communicando, fluida in arterias evanescentes deinceps longé altius impingunt.

Authores diarrhœas idcirco diuturnas esse recte advertunt, quod fibræ, magnâ ex parte, intestinales aliæve in istis locis uspiam sitæ, plurimùm lædantur; quandoquidem igitur ejusmodi diarrhϾ parum emolumenti, à quavis remedii specie, plerunque capiant, (cum hic remedia sint solum palliativa;) ita à Catharticis certo fere certius ideo incommodantur, quia uti rarefactio morbis fixis, atque igitur immedicabilibus, sæpius comitetur, ita Cathartica massam itidem sanguinis plus nimio commovendo eo lædunt, quo rarefactionem hanc nimis intendunt.

Singultus

Singultus ij, qui morborum coronidi sæpiusculè supervenire solent, remedia Cathartica haud prorsus immunè ferunt; exhinc nimirum, quod primum laborantes ejusmodi paulo debiliores sint, deinde quòd à commotione, vi Cathartici illatâ, quam certissime diruantur.

Medicamentorum purgantium causâ obstructiones non loco-meabiles idcirco vehementer augescunt, quod imprimis tantum abest ut effervescentia inde orta prosit, ut potius obsit; hinc in melancholiâ hypochondriacâ, in paralysi, in chlorosi diuturnioribus, & in scirrhis confirmatis, ægroti multum inde læduntur.

In dolore ventris fixo, ab intestinorum inflammatione orto, Cathartica adeo non prosunt, ut potius plus nimio lædant; quippe actus purgatorius quieti, tum præcipuè necessariæ, omnino repugnat; lenientia vero, ac enemata nihilominus apprime eò conducunt, quò natura semel saltem in die respondeat; præsertim vero prosunt enemata, quippè quæ ex herbis pariter emollientibus atque discutientibus conflata, perinde stimulorum, pro fæcibus extrudendis, atque fotûs, pro phlegmone, vice funguntur.

Dolores ipsi nephritici parum commodi, utplurimum, à Catharticorum administratione omnino capiunt; cautè quidem pensitandum est, quantum inter eos, lumbaginem, dolorem in musculo, *psoâ* dicto, & colicam intersit; *nephritis* autem, à dolore fixo in regione renali, unà cum vomituritione perpetuâ detegitur, etiam pedem insuper terræ illidendo augescit dolor; *Lumbago* exinde patet, quod corpore, vel minimùm flexo, in posturam pristinam quam difficillime, præ doloris vehementiâ, denuo laborantes erigere valent; *psoæ dolor*, dignoscitur ex situ, & ex eo quod siquando femur retro ducere, vel corpus paululum modo erigere conentur, dolor exinde admodum augebitur: *Colica* demum exinde noscitur, quod de latere in latus repente vagetur dolor, quod à pastu confestim augescat, quod denique à flatibus, quà sursum quà deorsum exclusis, maximopere sedetur. Dolores autem hi ad unum omnes, modo inflammationis periculum longe absit, Cathartica perferre valent; si excipiatis tamen,

quod ſiqui, nimirum, calculo in renibus grandiuſculo unquam vexentur, ii à Catharticis reverà eo deteriores exinde fiunt, quod ea inflammationem ex improviſo & inopinatò inferre pro certo habemus; hinc neceſſe eſt, axioma expertiſſimi *Barbetti* in memoriam revocetis, *magnus*, nempe, *lapis non eſt movendus*.

Remedia purgantia ab acidis quibuſvis utplurimum caſtrari nôrunt omnes; ſiquando igitur acidi cujuſvis ſigna in ventriculo unquam adfuerint, uti à ructibus acidis palàm fiunt; commotiones immanes, nauſeæ nempe, vomitiones, inflammationes, aliáve ventriculi laborantis ſigna à Cathartico, incautè adminiſtrato, extemplo germinare ſolent; hìc ergo, præparantia, humori huic idonea, oculi, nimirum, cancrorum, *Margaritæ*, ſpiritus cornu cervini & ejuſmodi idcircò præmittantur, ut acidum hoc prius obtundatur quam extrudatur.

Quandoquidem indicationes contradictoriæ ſimul & ſemel conſiſtere omnino nequeant; ſpirituum idcirco exhauſtio, eorundemque conſervatio unà indicari non poſſunt; exhinc in deliquiis Cathartica ideo non exhibenda ſunt, quod animo linquentes remediis ſpirituoſis cardiacíſque, internè & externè adhibitis, prorſus erigendi ſint; quem in finem, ſpiritus ſalis armoniaci cum calce nimirum vivâ deſtillatus, quòd effluvia exinde decidua quam cumulatiſſime nares & membranam pituitariam feriant, pro uſu externo idcirco efficaciſſimus eſt; pro uſu verò interno, ſal volatile oleoſum in vehiculo quovis idoneo, eo longiùs aliis, quo palato gratius eſt, omnino antecellit.

Tantum abeſt ut vomitio proſit, ut interdum quam maximè obſit; ubi vomitus ideo ſymptomaticus unquam adſit, eam adaugere ineptum eſſet; idcirco hic Cathartica cautè admodum exhibenda ſunt.

Tametſi *Martinus Wendelinus* axiomate 875, libro 3. Cathartica, tempore brumali vituperet; tamen in climate noſtro Anglicano perſpirationis inſenſibilis vices quam optime gerere frequentius certiores facti ſumus; dummodo enim, inter operandum, frigidum evitemus aërem, vix quicquam febribus, inde quam ſæpiſſimè natis, commodius occurrere experimur.

Hi

Hi quorum corporis ſtamina adeo flacceſcunt, ut vel minima rerum non naturalium immutatio eos in morbi diſcrimen adducat; ii à Catharticis idcirco abſtineant, quòd damnum ab eorum uſu, commodo exindè longè præponderet.

Aſthmatici, qui præ efferveſcentiâ frequentiori exacerbationes exinde graves patiuntur, remediis draſticis non idcirco fatigentur, quod commotionem eam exinde multum ciebimus, quam obnixè ſedare oportet.

Teneſmo ſeu continuo & inani deſidendi deſiderio vexati, à Catharticorum itidem uſu ſe ideo temperent, quòd indè fieri non poteſt, ut propenſionem hanc gravem, illam magis provocando, unquam tollere queamus; quinimo partes affectæ externè decoctis, quibus verbaſcum lacti incoquitur, unguentis, quibus opium ineſt, perbellè & aliquandiu foveantur; opiatáque internè eo fine exhibeantur, quo, cum dolor mitigetur, tum irritatio perquam moleſta ſedetur.

Cathartica in quovis ſanguinis fluxu perniciosa eſſe jamdudum advertimus; quamobrem ubi hæmorrhoides unquam immodicè fluere cernamus, ibi Cathartica diligentiùs evitemus: è contra vero, quandoquidem evacuationem hanc ſanguinis criticam, naturæque congruam, hujuſmodi remedia quam certiſſimè promoveant; ſiquando igitur hicce fluxus, quibuſdam tam ſalubriter, emanans, unquam ex integro fluere deſineret; Cathartica, *aloën* præcipuè, eo adhibeamus, quo rurſum prodire cogatur.

Qui herniâ inteſtinali, â conatu vel quovis alio infortunio illatâ, laborare ſolent, ii tametſi inteſtina nunc intra abdomen ſita ſint, tamen Cathartica haud ideò impune ferunt, quòd deſcenſus utplurimum motui periſtaltico paulò concitatiori pari fere paſſu comitetur; idcirco *à fortiori*, ſi in ſcroto inteſtinum aliquando ſubſtiterit, Cathartica tum non poſſunt non ejuſmodi ægrotis multum incommodare; quod ſi proceſsûs diametrum, præ inflammationis vehementiâ, ab inteſtino unquam obturari contingat, nil præter operationem deinceps conferre poteſt: at ſiquidem ea à perpaucis nè promptè neu gnaviter certè peragi poterit: quanto ſatius eſſet, ægrotos tantò maturius ſibi proſpi-

cere, quam morbos graviſſimos incurioſius quidem tam flocci pendere?

In febribus intermittentibus Cathartica non uſque conveniunt dum urina cocta dici mereatur; donec urina nimirum, ſedimentum æquale, lævum, candidum, & conglobatum in fundum præcipitare cernatur; utpote quæ ſanguinis ſecus miſturam, plus nimiò jamdudum turbatam, ultrà, quam maximè confunderent; urinam autem eam *crudam* nominamus, quæ, cum aliquantiſper, aeri aprico expoſita, ſteterit; fit exinde turbida & lactea (ſymptomata autem gravia tum inſuper ægrotos unà infeſtare ſolent;) at quovis febris ſtadio lenientia, jam in uſum vocata, nunquam non conferre practici reperient; huic ſententiæ omnino *Sennertus, l.* 2. *de Febribus*, perinde ac *Martinus Wendelinus, libro* 3. *axiomate* 1058. unanimiter acquieſcunt; humores, ſcilicet, turgentes periculoſiùs retineri quam ejici ii audacter affirmant.

Tametſi quorundam temperamenta, remedia Cathartica, quamvis à morbo oſtenſa, ferre nequeant; tamen hujuſmodi non alio modo quam experientiâ ſolâ nobis unquam pateſcunt; quæ natura individualis *idio-ſyncraſia* nomen à medicorum turbâ promeruit: hujus temperamenti ne cauſam quidem medici hucuſque attigerunt, nedum idcirco rem confeſtim exoſam niſi *à poſteriori* etiamnum detegere conceditur: hinc autem fit ut alii ab emplaſtris, ab opiatis alii, atque alii ab aliis quam maxime quotidie abhorrere cernantur.

Hydropes ii, qui ſeu phthiſeos ſtadiis extremis, ſeu viſcerum quorumvis labi, ſeu ſanguinis, paſſim ſubinde præ lentore ſuo ſubſiſtentis, craſi perquam labefactatæ ſeu ſpirituum demum abſumptioni potiſſimum; ii porro, qui ulceribus fiſtuloſis, qui imbecillitati, à ptyaliſmo vel evacuationibus iſtiuſmodi quibuſvis immodicis ſuperinductæ, ſuccedere ſolent: nequaquam à remediis Catharticis vel minimum ſublevari queunt; & utine vel anaſarcam quidem exinde, ita nedum aſciten certè eorum adminiculo auferri volumus.

Hippocrates

Hippocrates circa remedia Cathartica ſequentes Aphoriſmos nobis exhibet; *Aphor.* 24. *Sect.* 1. [a] *In acutis affectionibus raro, & in principiis, purgante utendum, atque hoc, diligenti prius adhibitâ cautione faciendum.* Etiam *Aphor.* 7. *Sect.* 4. ait, [b] *Difficulter autem vomentes & mediocriter carnoſi, deorſum, vitantes æſtatem;* ex quibus palam fit, cautelas iſtas, quas nobis author hic inculcat, de Catharticis, iſtis temporibus, non vero de lenioribus, noſtro ſæculo uſurpatis, ſolummodo proferri; porro, niſi pori cutis in Græciâ inteſtinorum emiſſariis, ibidem, longe patentiores fuiſſent; non magis ſibi fere cavendum eſſet à Catharticis tempore æſtivo quam brumali; quandoquidem vero, remedia draſtica, olim adminiſtrata, humores quam impetuoſiſſimè deorſum truſerınt; inflammationes apud antiquos quam apud nos exinde paulo frequentiores eſſe potuerint; idem ſenex, *Aphor.* 9. *Sect.* 2. hæc habet, [c] *Corpora ubi quis purgare voluerit, facile fluentia reddere oportet;* exhinc non injuriâ inferre licet, *Hippocratem* procul omni dubio velle, ut remedia præparantia purgantibus omninò præmittantur, quæ lentori certè præſentaneo prorſus adverſari debent. Aſt vox ἔυϱοα ſenſum quendam, neque etiamnum, quod ſcimus, à medicis obſervatum, in ſe continere videtur; quandoquidem enim neceſſe eſt, liquores priùs paulo tenuiores fiant, quam placidè, fluviorum more, pervolvere queant; idcirco opinari iniquum non eſt, euroïæ, ſaltem rationis prioritate, leptomeriam præcedere debere: ſeu liquores prius attenuandos eſſe, quam in orbem expeditè cogi poterint: num verò ſenex per ’ευϱοΐαν, circulationem placidam, uti videtur, intelligat, hic non eſt ulterior differedi locus.

Sub morborum initiis, eò ſolum evacuandum eſt, quò nec morborum auctorum κϱίσις nec eorum λύσις omnino exinde in diſcrimen venirè poterint; quando-

[a] Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο, προεξευκρινέσαντας, ποιέειν.
[b] Τοὺς δὲ δυσημέας, καὶ μέσως εὐσάρκους, κάτω (φαρμακεύειν, ἤ.) ὑποστελλομένους θέρεος.
[c] Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, ἔυροα ποιέειν.

 quidem

quidem vero evacuationum quantitas perinde à ſymptomatum vehementiâ, cauſiſque evidentibus prægreſſis, quam à laborantium viribus reverà petenda ſit; quia tamen ſymptomatum vehementia cum ægrorum viribus remedia haud paſſibus æquis unquam oſtendat potioris idcirco indicantis, virium nimirum, primum ac maximè habenda eſt ratio, ſymptomatum deincep curâ haud omnino, quoad fieri poteſt, interim poſt habitâ.

Salia, quæ in ſcorbuto ſanguini præeſſe percipiuntu indolem vel ſtypticam vel volatilem, maximam pa tem, reipſa ſapiunt; in utrovis autem ſtatu, alvu permultum conſtipari experimur; in primo caſu, alv nobis exinde ſubſiſtere videtur, quod acida, intra i teſtinorum canalem hoſpitantia, primum fibras pl rimum conſtringant, deinde quod eas tanto rigidi res conficiant, quanto nec irritationi nec motui pe ſtaltico prorſus obedire queat; in altero verò, idcir minus reſpondet alvus, quod particulas ibidem fluidi res calor, in ſanguine perquam immodicus, ſtatûs i us ſalino-volatilis comes aſſiduus, quam maximè uſq eò exhalet, ut partes reſiduæ non mediocriter in lenteſcant; exhinc in morbis perinde ſcorbuticis, qu hypochondriacis, remedia alvum laxantia apprimè co ducere reperiuntur.

Quandoquidem remedia laxantia primum quam niſſimè proritando, deinde ne vel minimam exin commotionem ciendo, officio fungantur ſuo; idci iis, quibus, inteſtina quam graviſſime inflammant adminiculo eò ſunt, quò alvum quam tutiſſimè exo rare ſolent.

Ubi alvus aliquandiu officio defuerit ſuo, ibi p enema injiciatur quam Catharticum exhibeatur; h enim in modum portio quædam ſarcinæ abundantio fœcum deſcenſui valdè reſiſtentis, penitus amovet doloreſque colici, frequentius exinde oriundi, dein omnino præcaventur; qui tamen, ni fœces motu priùs ceſſiſſent, certo fere certius obvenirent.

Hoc memoratu certè dignum eſt, quod quo majo opiatorum quantitatem in quovis caſu neceſſariò e bendam eſſe experiamur, hoc Cathartici, ſimul n

ım atque eodem momento propinati, dosin largio-
:m administrare cogamur; eâ scilicet de causâ, quod
piata sensum longè efficaciùs obtundant, quam Ca-
ıartica eundem irritent; quem tamen etiamnum,
ummodo Cathartici dosis aliquantulum augeatur, opi-
torum energiæ superesse comperiemus.

Catharticum, parte dimidiâ minus, evacuationi deor-
ım sat esse exploratum habemus; si tamen unà cum eo
:u tartarus vitriolatus seu antimonium diaphoreticum,
ıtâ dosi, commisceantur: quî vero monitum hoc vos
ıeliuscule intelligatis, verbo expediamus. Hinc igitur
antimonium diaphoreticum in temperamento acido
dministretur, cum illud acidum quam efficacissime im-
ıutari sciamus, Catharticum deinceps voto longe me-
us respondere comperiemus; hinc fit, ur *Pilulæ Rive-
ii* (quas sub titulo *Pilul. Hydrotic.* memoratas invenie-
s) felici cum eventu in ejusmodi temperamento ope-
ari experiamur: illinc verò tartaro vitriolato in con-
:itutione biliosâ adhibito; bilem licet pariter immutet,
c figat, irritationem tamen quandam efficacem prom-
ıte revocare reperitur.

Joh. Jac. Waldschmidius, tam catarrhis quam op-
halmiis obveniendi causâ, *p.* 239. & 247. remediis
Catharticis, lunâ nimirum decrescente datis, hujusmo-
li morbos quàm optime omnino præcaveri affirmat;
ıst cum scrupulum hunc, medici licet perspicacissimi,
juantum nos perspicimus, nondum etiamnum exeme-
unt; praxi, quanquam duci reverà cæco, plene nobis
ısque eò assentiendum est: quoad istiusmodi causa
andem aliquando bonis avibus deprehendi poterit.

Quamvis *Etmullerus* alicubi affirmet rheum energiâ
uâ Catharticâ idcirco spoliari, quòd cum sale tartari in
incturam conficiatur; hoc tamen virum illum egregi-
ım, nullâ propterea experientiâ fretum, protulisse as-
erimus, quòd vel millies tincturam rhei *Willisianam*
psi, eventu perquam felici, propinavimus.

Ecquando Cathartica voto medici haud omnino re-
sponderint? *D. Nich. Chesneau, L. Obs.* 542. istiusmo-
di mercurii vivi fumum per anum adeò excipere ju-
bet, ut catharsis exinde certius secutura sit; ait e-
nim, *Exemplo cujusdam chirurgi, qui simili ptisanâ*

multos curabat, cum alvus non multum flueret, utebar suffitu ex puro Hydrargyro, partibus inferioribus excepto, sedente ægroto in sellâ perforatâ; quo pellente humores ad ventrem, longè plures fiebant dejectiones posterâ die.

Iis Cathartici dosin longe minorem, experti loquimur, propinemus; quibus vel diarrhœa vel quivis alius alvi fluxus graviter incommodat; ex hoc nimirum, quod irritatio semel inchoata quam facillime deinceps procrastinari poterit.

Sydenhamius vel in ipso ascite Cathartica fortiora exhiberi præcipit; intra quatriduum ea repeti jubet: atque hujusmodi propinare usque pergit, quoad integra moles, in abdominis spatiis complexa, penitus illinc exhauriatur; hinc fit, ut seriò affirmet, id genus homines multo magis ab aquarum mole quam ab earundem exhaustione perpessuros; exhinc autem manifestum est, quam inanes, in ascite, cautelæ istiusmodi sint, quandoquidem suprà jamdudum demonstravimus, unfieri non posse, ut aquæ, in abdomine restitantes, unquam omnino in vasa retro premi poterint: in intestinis equidem œdematosis, ubi viscera, præ jugi in ejusmodi latice immersione, immane quantum inflantur, seu in anasarcâ universali, præ fluidis paulo lentius motis, ac usquequaque in vasis evanescentibus subsistentibus, perquam conferre experimur; cum in istis casibus, evacuatio ideo convenire possit, quod humores intra vasorum limites adhuc coerciti, adeo idcirco non effluxerunt, ut ii segniter moti solummodo parumper ibidem substiterint; atque siquid damni Catharticum obiter intulerit, id omne à remediis cardiacis facilè deinceps compensari queat.

Monita sequentia *Hippocrates* seriò nobis inculcat; siquibus, nimirum, aut vomitionem aut fluxum deorsum promovere animus sit; faciamus ut ejusmodi in cubiculo spatia aliquot, deambulando conficiant; sin evacuationes istas sedare velimus, eos quiescere vel & procumbere faciamus.

Quanquam, intentione perperam directâ, remedium Catharticum vobis unquam exhibere contigerit, sed non exinde, nimium reformidetis, quum remedium

vel

vel efficaciſſimum præſtò habeatis; laudanum, nimirum, è veſtigio propinatum, hypercatharſin, atque adeò tumultum omnimodum exindè ortum, punćto temporis refringere comperietis.

Siquando vobis infantulorum alvum ſubducere animus ſit, remedium Catharticum eò nutrici ſoli propinetur, utpote cujus efficacia confeſtim infanti, lactis muliebris adminiculo, communicatur, quò inteſtinula, miſturâ hâc ab iſtâ, quæ ſecundum naturam eſt, longè alienâ, multum exinde vellicentur, atque adeò tandem exonerentur; huic ſententiæ *Sennertus*, *c.*31. *de Epilepſiâ.* paritèr ac *Duretus in Holler. p.* 18. unamiter aſtipulantur.

Ii quibus mercurius nimirum, ſcammonium, elaterium, gutta gamba cæteraque id genus remedia draſtica adminiſtrantur, idcirco ne foris prodeambulare periclitentur; cum medicamenta ejuſmodi, ſub idem tempus, quo tumultus in ſanguine cieant, perſpirationis pondus paritèr impenſius adaugeant; quocirca ſiqui, dum Cathartici Energia nondum præteriit, foras prodire audeant; ii pororum obturationem ab aëris injuriâ ſæpè ſæpius perpeti deinceps reperiuntur; ex quâ, febris nimis ſæpè, præ vaporum exinde retentorum, tam copiâ quam qualitate peccantium, accendi cernitur.

Riverius alicubi Cathartica fortiora in hydrope vituperat; ſecus idcirco quam *Sydenhamius* noſtras ipſe opinatur; quandoquidem verò fortiora in morbo hujuſmodi perquam gravi haud omninò conferre reperiuntur; multo minus lenioribus iſtam cedere percipiemus: proinde nulla prorſus id genus remedia *unquam* prodeſſe experimur; quamobrem *Riverii* ſententia, quantum nos etiamnum perſpicimus vero quidem propior eſt.

Hippocrates habet verba ſequentia *de remediis purgatoriis, ante omnia*, nimirum, *bilioſis, oportet propinare cholagogum*; *pituitoſis, phlegmagogum*; *hydropicis, hydragogum*; *melancholicis, melanogogon*; palam idcirco eſt ſenem remedia aliquo ſenſu *electiva* deprædicare; aſt quid per Cathartica nos velimus, fuſius infra lectoribus ſententiam noſtram trademus.

Nos longè ſecus de temperamentis bilioſis & ſeroſis, quam de pituitoſis & melancholicis opinamur; hâc præcipuè de cauſâ, cum priora nimirum alitèr atque po-

ſteriora, quàm expeditiſſimè quidem irritationi, à remedio inductæ, obedire comperiantur; uti *Joël compend. art. medic. p.* 127. ſcitè reverà memorat; vir inſuper ille egregius *G. Horſtius. p.* 360. corpora ſicca quam difficillimè moveri affirmat; quod fortaſſis exinde ſit, ut ex *Etmulleri* ſententiâ, cur inteſtina Carthartico plus hac quam illâ vice promptius obediant, in causâ ſunt vel fibrarum ſenſilitas vel ſuccorum fluxilitas longè alia atque alia; ex eo fit, ut ii, quorum fibræ ſunt perquam inſenſiles; etiam quorum ſanguis particulis ſalino-acidis redundet, haud facile deorſum unquam moveri queant; eò, quod rigiditas perinde irritationi, præ remedii qualitate pungente illatæ, minus auſcultet, atq; aciditas fuſioni, præ ejuſdem acrimonia, vix vel ne vix omnino cedat.

Quamplurimos dolore gravi cruciatos novimus in quibus remedia Cathartica ex eo parum voto reſpondebant, quod torſiones in partibus, ab inteſtinis longè diſſitis adeò vehementes fuerint, ut eæ purgantis energiâ inductæ prorſus obtunderentur; quinimo ſæpius evenire ſolet, ut dolor non modo exhinc cieatur quinetiam verò à Cathartico eò magis intendatur, quo citiùs iſtiuſmodi in ſanguinis maſſam rapiatur; atque id ex hoc fieri patet, quod pulſum, à medicamento purgante primum aſſumpto, atque deinde, iſto parum ſuccedente, quam maximè confeſtim accelerari percipiamus.

Hoc cum *Luſitano C.* 2. *obſ.* 99. non raró obſervavimus, Cathartica nimirum fortiora officio defuiſſe ſuo; cum mitiora tamen, vel iiſdem exhibita, deinceps ex ſententiâ reſponderint; quod etiamſi quibuſdam paradoxon videri poterit, id tamen hâc de causâ nempè non alienum exinde putandum, quòd quiſquis eſt, qui ſecum ſerio perpendit, quæ in operatione Cathartici evenire ſolent, nullus deinceps hæſitare poterit, quî fit ut irritatio paulo vehementior motum periſtalticum adeò intendat, ut inteſtina iſti haud promptè ſatis omnino cedant; ſiquidem enim ſub idem tempus impenſius exinde rigeſcunt eorum fibræ; Fluida inter eorundem parietes tunc amplexa, in maſſam ſanguinis intereà continuò repunt; quæ longè aliter in lenientium adminiſtratione prorſus contingere ſolent.

Luſitanus

Lusitanus etiam non ineptè quidem practicis consulit, ut, modo remedia minorativa unquam exhiberentur, quæ voto nostro cesserint; tantisper, eo devorato, jejunemus; sin secus, paulo post idcirco nos comedere jubet, quod tam à cibi pondere quam à remedii stimulo, fæcum detrusio multum exinde faveatur, atque adeò magnopere promoveatur; quibus, cum ex animo succedant, nihil ultrà prorsus opus est.

Lapis Lazuli, cum sit remedium paulò asperius, rarius hisce temporibus à medicis, quibus hominum incolumitas studio est, imò vel ne vix equidem præscribitur; siqui tamen hunc administrare velint, illam hi, à salibus suis acutis, priùs, lavando liberare quam propinare meminerint; uti *Forestus*. l. 30. p. 3. ritè monet.

Hoc unà cum *Bartholino* sæpius advertimus, nautas, nimirum, purgantia fortiora ideò perferre; quòd, cum ejusmodi victu salito plerunque vescantur, atque hunc in modum obsoniis impense stimulantibus se jugiter assuescant, remedia leniter tantum purgantia non multo magis quam victus, quo familiaritèr utuntur, stimulare soleant; hinc autem fit ut Cathartica ex voto non operentur, ni fortiora istis propinentur.

Hippocrates nobis alicubi secessus coloratos à Cathartico ex eo laudat, quod humores mali moris deorsum tendere significet.

In *Sanctorii Aphorismo* 48. *de Aere & Aquis* hæc habemus: " *Qui morbis* ab humorum copiâ *prodeuntibus* " *hyeme vexari sunt soliti, purgandi sunt autumno &* " *non vere, reducendique sunt ad pondus, quo fruebantur æstatis initio.* Et *Aphor.* 49. ibidem, *Dum verò* " *morbi prodeunt* a malâ qualitate, *corpora vere & non* " *autumno purganda*; *magis enim æstate, quàm hyeme* " *intenditur qualitatis malitia.* Quandoquidem enim perspiratio liberior aëris injuriâ, tempestate autumnali, quamplurimum inhibeatur, idcirco pondus ulterius, copiæ jamjam nimis auctæ, accumulatum, exhaustionem omnimodam ostendit; è contra vero, si de humorum malitiâ, qualitate, vel acrimoniâ sermo fit; cum hæc, partibus serosis vere ac æstate quam maximè evaporatis, exinde longè evehantur, quòd tunc salia sibi invicem eo propius accedant; idcirco ea remediis Catharticis, quibus

ſalia reverà promptiùs cedere novimus, prius evocentur quam nimium ſcateſcant.

Monitum *Johannis Gallego de la Serna, p.* 495. hic memoratu dignum eſt, ſic autem inquit; " Nos verò " dicimus, quod ſi in cujuſcunque febris putridæ principio talis copia bilis vel alterius humoris in ventriculo & inteſtinis ſit, ut rugitus & clydonas excitet, " ſimulque dejectiones talis humoris adſint, quod ante " ſanguinis miſſionem, dictos humores purgare conabimur, tum quia talis humoris motus, cum ſit ad vias " excretionis, turgentis humoris ſapit naturam, ut ſuperius diximus, tum etiam, quia ſunt impedimento " ſanguinis miſſioni. Quod quidem præſtabimus, non " ſcammoneà, quamvis ſit in paucâ quantitate, ſed potius rheubarbaro, vel myrobolanis toſtis vel non toſtis, " prout urſerit neceſſitas, ut ſuperius diximus, cum de " evacuationibus ſymptomaticis agebamus. Si verò " nullum ſit indicium exiſtentiæ in inteſtinis talis humoris, nulloque modo moveatur, tunc à purgatione " quantumvis levis ſit, omninò abſtinemus; quemadmodum idcirco occaſione urgente, Catharticum præbet; eâ itidem abſente, improbat.

Etiamſi humorum *Coctio* evacuationem oſtendat, non tamen unicum eſt purgantis indicans; quandoquidem ab *Horſtio* obſervetur, quod humorum *Qualitas* quandoque maligna, ſeu acris, adeò exuperet, ut evacuatio non eo uſque procraſtinetur quoad humores perfectè cocti ſint; nec vel qualitas ſola, quin etiam verò *impetus* ac *turgentia* inanitionem indicant; uti *partis conſideratio* nos etiam perquam hac in re eò dirigere ſolet, quò revulſio exinde conficiatur; quâ nimirum fit, ut affectio quævis viſcus nobile, exempli causâ, ſtatim occupatura, exinde ſimul feliciter ac efficaciter avertatur. Quod ad coctionem quidem attinet, *Franciſc. Piens in tract. de Febribus*, hæc habet verba, " materia " cocta purgatione eſt educenda, non cruda; coctio " tantum fit in ſtatu, cui ſuccedit declinatio, in quantum videtur purgandum; etſi enim morbus ſolutus " eſſe videatur, reliquiæ tamen permanent, quæ ſolent facere recidivas;——dicuntque minorativam in " principio convenire poſſe, eradicativam autem tan-

" tum

tum perfecta coctione & absolutâ;—— non est semper expectanda perfecta concoctio ad purgandum, sed sufficit qualiscunque, ideò licet in principio & augmento quando coctio incipit apparere, Catharsin instituere; utì enim particulæ disproportionatæ coquuntur & sequestrantur per partes, ita & per partes evacuantur; id maximè apparet in chronicis febribus & longis, ubi alternis purgare solent medici & præparantibus uti.

Infantulis encoprotica eò in paroxysmis convulsivis exhibeantur quò secessus duos trésve in dies subducamus; quandocunque enim fæces unquam aliquandiù in eorundem intestinis substiterint, plurimum acescunt, deindè admodum stimulant, ac demum accessiones subinde frequentiores introducere observantur. Temperamentis siccioribus ac calidioribus haustus, potiones, ac liquores istiusmodi; in pituitosis verò, ac humidioribus, pilulæ, boli, & medicamenta sub formâ siccâ deglutiantur; quandoquidem hoc modo pergendo, perinde addimus, quod deest, ac efficaciter stimulamus. Gravidæ, cum fœtus primis & ultimis mensibus laxius utero adhæreat, non sunt, mensibus istis, Catharticis omninò lacessendæ—— *N. Tulpius l. 4. c. 28.* Quendam distensionibus serosis, lumborum dolore, febre tamen vacuo, laborantem, hunc in modum, sanavit; nimirum, ℞ Rad. Jalap. ℥j. Diagryd. g. xv. cum Cremor. Tartar. qui pulvis, deorsum humores pellendo, dolorem confestim sustulit. Denique purgantia palam indicantur in sudoribus nocturnis, à victûs copiâ ortis; in humoribus turgentibus, præsertim modo sub idem tempus urina hypostasin aliqualem deponere observetur; & in mensibus decoloratis, eo quod, seri reduntantiam eliciendo, perinde massæ sanguineæ λεπτομέρειαν aquosam atque vasorum inde laxitatem penitus abigere advertantur.

Corollarium.

Bolus leniens.

℞ Rhabarbar. Opt. Pulv. ℈j. Sal. Absinth. gr. v. Syr. Caryoph.

Caryoph. q. ſ. m. f. Bolus ſumendus primo mane; & repetendus ſemel in ſeptimanâ.

OBSERVATIONES.

Bolus hicce munere leniter equidem tantum fungetur ſuo; in alvi fluxu quovis, remediis allioticis tuto præmitti poterit; cæterum uſque adeo lenis eſt, ut à conſtitutione quavis, vel tenerrimâ quidem, non ſolum facile ferri, verum etiam in maſſam ſanguinis prius rapi quam operari poſſit; enimvero illum vel in febre peſſimi ferme moris, modo oſtendatur, propinari quimus; quandoquidem viro huic egregio, axiomata ſequentia maximæ ſemper, quoad ego perſpicio, curæ fuerunt, (quocirca & vel impenſe laudandus eſt,) nimirum, *primum ut naturæ motus ſeriò æque animadverteret ac promoveret*; *dein ut nil damni ægroto inferret ſuo*; exinde fortaſſis eſt, ut quamvis in ipſius præſcriptis, doſes remediorum ſæpe paulo minores, quam aliis medicis paſſim obviæ reperiantur; damnum tamen (ſi ſit ullum) à doſi minori longe facilius quam à ſolito majori reſarciri poteſt; cautela autem hujuſmodi exinde haud omnino ſibi vitio vertatur, quod apud ipſum, de primatum capitibus utplurimum ageretur.

Tinctura Hieræ noſtra.

℞ Tinctur. Stomachic. Magiſtral. (ſine Maſtiche & Spic. Nard.) ℥jß. Aq. Pæon. Comp. ℥j. m. f. Hauſtus primo mane ſumendus cum levi cuſtodiâ.

OBSERVATIONES.

Eximius vir inutilia compoſitionum ingredientia ubique, ut nobis videtur, à præſcriptis ſuis proſcribere conatur; quâ vero de cauſâ, *nardum*, cum ſit radix aromaticus atque ideo carminans ac ſtomachicus, hic omittere jubet, vel quam ob rem *maſtiche* pariter ſimul à compoſitione exularet, mihi revera nondum etiamnum liquet, cùm particulis acribus, amaris, aromaticis, vel fœtidis ambæ conſtent; quæ omnia energias ſuas vino facile impertire valent: quare illa certè non aliâ de cauſâ relegare poterit, quam quod optimatum palatis ingrata fortaſſe remedia haberentur.

Quando-

Quandoquidem Cathartica caballina nec ægroti ingerere nec medici propinare debeant; idcirco mitiora, hoc ævo, frequentius repetita, fortiorum, priſcis ſæculis exhibitorum, locum quam optime ſupplent; quod ſi humores ſeroſos hujuſmodi remedia deorſum trudant, ac foris amandent, quid ni & in caſibus ſequentibus prodeſſe obſerventur? in morbis, nimirum, ſoporoſis, paralyticis, pituitoſiſque; in ictero, vertigine, ſcorbutoque; quinetiam in ſudoribus nocturnis, ulceribus, impetigine, menſibus decoloratis, anaſarcâ, colicis, tuſſibus ſtomachalibus (uti loquitur *Waldſchmidius*,) in infantum convulſionibus, quæ utplurimum à ſaburrâ acidâ in ventriculo commorante ortum ducunt; in febrium, vel etiam malignarum, declinatione, ac interdum vel in ipſo ſtatu, dummodo ſigna coctionis adſint aliqualia, ut uſu ſæpius comperimus; in rheumatiſmi itidem declinatione, diebus nempe quatuordecim exactis, (quoniam ſupra in vigore inflammatorio parum ea conferre demonſtravimus;) in pleuritide declinante etiam, (expectoratione, ſcilicet, ſat feliciter emensâ, ægrotiſque jamjam reconvalituris;) cæterum in phthiſi confirmatâ, (ubi pulmones eroduntur ac ulcerantur,) vel etiam in quovis viſcere admodum labefactato, quam maximè obſunt.

Supra diſſeruimus, quî fit, ut nautæ doſin Cathartici majorem atque alij jugiter exigant; quod reverà, cum primum medicinæ praxin aggrederemur, nobis novum omnino quid, uſque videbatur, quoad *Bartholinum* conſulendo, ſcrupulo hocce nos ipſe confeſtim liberabat, cum hoc ipſe primus, quod ſcimus, obſervaverit.

Brevi corpora ſicca, robuſta, athletica, obſtructa, melancholica, nec Catharticis aſſuefacta, difficile; at temperamenta his contraria facile purgantur: Cathartica lenia denique ibi exiguntur, ubi coctionis vel impetûs cujuſvis ſigna in ſanguine adſunt: ſed utcunque aderunt res; hoc vobis ſolenniter inculcamus, ut caveatis, ne ægrotis, vobis haud omninò cognitis, medicamenta fortiora unquam exhibeatis; quandoquidem peccata omiſſionis peccatis commiſſionis leviora jugiter habeantur.

Pilulæ

Pilulæ Encoproticæ.

℞ Pil. Stomachic. cum Gumm. Extract. Rudii Spec. Diambræ ſine odorat. ā ʒß. cum ſ. q. Syr. violar. m. f. Pilul. minor. quarum Capt. j. horâ decubitûs & tres mane, diebus alternis, ſine cuſtodiâ, augendo vel minuendo Doſin pro ratione operationis.

OBSERVATIONES.

In quatuor pilulis grana circiter quindecim Cathartici continebuntur, quæ idcirco cum ne vel fæces quidem iſtæ deorſum trudere ſatis erunt, nedum alvum ciere omninò ſufficient; quocirca hæ in ægrotorum temperamentis, quæ quàm facillimè irritationi vel minimæ cuivis cedent, ſolum omninò propinari debent; quandoquidem humorum quantitatem sàt parcam in laborantibus iſtiuſmodi deturbare queunt; abundè quidem ſufficit, ut natura, in languentibus & genio minus indulgentibus, ſemel in die reſpondeat; quod, egregius vir, ejuſmodi remedio ſolum ſanè moliri voluit; ideoque mulieribus hyſtericâ affectione afflictatis maximè conducunt; (quæ adeò ut plurimùm non eunt medio ut utrinque in nimio nunquam non delinquant, & hinc vel fluxibus vel conſtipatione, aliiſve id genus ſymptomatibus jugiter afficiantur,) quòd medicamenta paulò aſperiora nunquam iſtis omnino prodeſſe comperiantur. Summatim ergo, purgantia cujuſvis ſpeciei propriè dicta, nec infirmis, ſenibus, infantibus; nec item febre continuâ laborantibus, fluxibus alvi vel uteri quibuſvis, hyſterica vel hypochondriaca affectione decumbentibus; nec pleuriticis; nec tabidis; nec calculo renum, colicis ab inflammatione, acutiſſimis, vomitionibus diuturnis, delinquentibus, aſthmatis paroxyſmo nec denique herniis, omninò conferre; quinimo impenſius obeſſe, experimur.

Infuſum Catharticum.

℞ Fol. Senn. ʒij. Abſinth. rom. p. j. Sem. Coriand. Cardam. ā. ʒj. infunde ſimul in aq. fontan. ℥iv. f. Colatura, cui adde Syr. è Spin. Cervin. ℥j. m. f. Potio. cum regimine ſumenda.

OBSER-

OBSERVATIONES.

Catharticum hoc egregium ſane eſt: in anaſarca perinde ac in tumoribus œdematoſis multum prodeſt: doſes, vel repetitæ, è ſyrupo de ſpinâ cervinâ, ſeu rhamno Cathartico, ſerum à quamplurimis elective deturbare etiamnum feruntur; ſyrupi hujus efficaciam *Sydenhamius* reverâ jamdudum in aſcite abigendo apprime deprædicavit: cæterum ſupra ſat abunde oſtendimus, quî fit, ut Cathartica morbis hujuſmodi parum omnino conferant; quandoquidem enim materies iſthæc extra circuitûs metas quàm longiſſime diverterit, atque ibidem aliquandiu ſubſtiterit: iſthinc denuò, ni multum fallamur, ne vel unquam quidem revocari poteſt; præſertim vero ſiquando aſcites aliquanto diuturnior fuerit: ſin ſecus, cum, nempe, morbus hic recens omnino ſit; nec Cathartica nec Emetica tum equidem prorſus improbamus; utpote cum veſica, quemadmodum αὐτοψίᾳ patet, paululum ſolum inversa, licet execta, liquores quoſvis facile tranſudare ſinat; quid ni, & illa ſerum pariter in abdominis Cavitatem effuſum, vivo animali, imbibere queat? nulli enim poros viventium defunctorum porulis magis dehiſcere omnino dubitamus: hinc ſiquando ſalia hæc introſumpta ſanguinem virtutibus ſuis unquam egregie imprægnaverint, illa tandem, unà cum Lymphâ iiſdem imbutâ, non poſſunt quin in cavitatem etiam effluant: ejuſmodi remedia tunc ex eò forſan proderunt, quod aquas inſuper iſtas, ibidem ſtagnantes, adeo quoque attenuent, ut veſica particulas lymphæ hujus, à ſalium qualitate multum comminutas, facilè intra poros ſuos etiamnum admittat, atque eo aditum ſibi, quoad ejus fieri poteſt, parabit, quo liberius permanare poſſit: quæ tamen in hydrope confirmato haud eò evenire poſſunt; quod, in hoc ultimo caſu, ſerum adeo glutinoſum fiat, veſicæque parietes extrinſecos uſque eo undique cooperiat, & oblinat, ut nil liquaminis, eâ de causâ, deinceps illâc permeare poterit: hoc autem cuivis in corporum, hydrope confectorum, ſectione, vel mediocriter verſato, palam fit. Quamvis hoc, quod ſcimus, præter nos adhuc nemini videatur, vero tamen

idcirco ſimilius habendum eſt, quod ſi res ſecus ſe haberet, hoc, ab iis, qui nobiſcum haud ſentiunt, aptè peti poterit; quid, nimirum, de vaporibus iſtis, à viſceribus continuo defluis, alioqui fieret? niſi quod, hi in laticem tandem converſi per poros veſicæ introſpicientes quam facillime tranſmeent, & hoc modo lympha æque ex abdomine per poros ejus, ac urina per ureteres, à renibus, in eam introvehatur ac demum foras eliminetur.

Potio Purgans.

℞ Decoct. Senn. Gereonis ℥iij. Mann. opt. ℥ß. Cremor. Tartar. ʒß. Aq. Pæon. Comp. ʒiij. m. f. potio mane ſumenda, cum levi regimine.

OBSERVATIONES.

Etiamſi potio hæc Cathartica lenis admodum ſit, nullum tamen illâ remedium, vel in temperamentis omnigenis, accommodatius unquam reperiri poteſt.

Scholaſtici prolixius olim egerunt, imò vel lites, futiles quidem, de Catharticis electivis obnixe moverunt, Næ, medicamentum Catharticum quod temperamento cuivis cholagogon eſſe, id alteri quidem, vel in eodem ſubjecto, ſeu phlegmagogon ſeu melanagogon aliàs fore experimur; cæterum hoc de Catharticis minimè mirum eſt; quippe quæ interdum alterantium vices, imo vel frequentius, gerere obſervavimus. Quoties enim Cathartica leniter hos ſtimulaverint, cum illos, è contra, extra modum equidem fatigaverint? Quinimo quoties hujuſmodi remedia hodiè quam optime ex animo, metam attigiſſe, quæ triduo quatriduóve poſt muneri ſuo, & in eodem, omnino defuiſſe novimus? Electionem idcirco ſolum in irritatione aliâ atque aliâ prorſus conſiſtere aſſerimus; utpote quæ ſi lenis admodum fuerit, ductum choledochum tantum; ſin fortior ſit, inteſtinorum etiam fibras, glandulaſque plus minus ſtimulare percipiuntur; hinc pro irritationis more, vel bilis, vel pituita, vel ſerum, vel humores variegati prodire cernuntur.

Cum viſcera quævis materiâ pituitosâ ſeroſâve onerentur, oppleantur, potio hæc, maturiùs exhibita, eam inde

inde revellere ac tandem deinceps foris amandare queat; quocirca remedia id genus lenia cephalalgiis gravativis, comatibus, lethargis, vertiginibus, paralyſibus, convulſionibus, incubis, epilepſiis, tremoribus, catarrhis, memoriæ deperditæ, melancholiæ, plenitudinibus quibuſvis uſpiam invadentibus, tuſſibus, aſthmatibus (in intervallis,) Phthiſibus recentibus, peripneumoniis nothis, pleuritidibus, cachexiis, morbis œdematoſis, chloroſibus, fluori albo & rachitidi nunquam non prodeſſe reperiuntur; quæ tamen pro ægrorum viribus ſolis ultra repetenda ſunt.

Pilulæ Hydroticæ.

℞. Extract. Rudii ʒij. Reſin. Jalap. ℈j. Spec. Diambræ ſine odorat. ʒj. Ol. Juniper. gt. iij. cum ſ. q. Syr. de Spin. cervin. f. pilulæ minores, quarum unam capiat horâ decubitûs, & tres mane, bis vel ter in ſeptimanâ, in Cochl. Julapii vulgaris.

OBSERVATIONES.

Reſinis purgantibus oleum juniperi ſat idoneè idcirco adjicitur, quòd alioquin inteſtinorum torſiones, niſi quòd hujuſmodi aromatica unà commiſceantur, utplurimum ciere ſoleant; quippe quemadmodum particulæ reſinoſæ inteſtinorum plicis firmiter adhærent, ita quò glandulas, ibidem ſitas, paulo pertinacius hinc irritant, eò liquores contentos iſthinc diutiùs emulgent; quamobrem haud infrequentiùs obtingere ſolet, ut Cathartica reſinoſa per totum diem non modo torſiones ſed etiam ſeceſſus promoveant, producant: exinde fit, ut nequaquam ſeu colicis ſive quibuſvis viſcerum torminibus conducere reperiantur.

In dyſcraſiis autem ſanguinis egregias virtutes obtinent; in anaſarcâ, nimirum, in quâ inteſtina perinde interdum ac partes externas multum intumeſcere nulli dubitamus: in eruptionibus item à ſcorbuto ſalino illatis maximopere conferunt, utpote quæ humores ſeroſos (in quibus ſalia utplurimum divertunt) deorſum pellant & foris ablegent: in elephantiaſi ſeu leprâ Græcorum, ſcabie humidâ, gonorrhœis ſimplici & virulentâ (modo mercurius dulcis eis adjiciatur,) cephalalgiis frigidis;

& demum, in omnibus iis morbis, in quibus ſerum redundare percipitur.

Quantumvis miſtura hæc morbis ſupradictis aptè ſatis accommodetur; ubi tamen hi paulo contumaciores aliquando evaſerint; *pilulæ Riverianæ* ſequentes, eas vel longiſſimè virtutibus antecellunt; quæ ſunt.

℞. Pilul. Ruff. ℥j. Antimon. Diaphor. G. Guaiac. ā. ℥ij. Balſ. Peruvian. q. ſ. m. f. Pilul. Doſ. ℈j. per 30. dies.

Pilulæ hæ vere & autumno, potiſſimùm vero in morbis annuis, exhibendæ ſunt; interea tamen providendum eſt, tam ne, quamdiu capiuntur, frigori omnino ſe exponant, quam ne hypercatharſin cieant: nam ſi remedia hæc Cathartica ad tempus, in ſingulos dies idcirco repetenda ſint, quod ægrotorum res illa poſtulaverint; cavendum omnino nobis eſt, ne ultra receſſus duos treſve ad ſummum quotidie alvus reſpondeat; quod eò Catharſis per *Epicraſin* appellatur, quia humores tam ſimul indè leniter ejiciantur, quam ibidem obtundantur; & methodus Cathartica ejuſmodi lenia præſcribendi hæc eſt, ut ſi hodiè paulo vehementius alvum ſubduxerint, craſtino die prorſus uſque omittantur, quoad citra virium jacturam tutò reiterari poterint: & cum unquam poſteà propinentur, doſis tum paululum minuatur.

Quoad mercurialium uſum; cum eorundem adminiſtratio hodie quam maximè, vel apud medicaſtros, invaluerit; idcirco ſententiam noſtram hac de re breviter proferemus, ac verbo perſtringemus: egregius vir, mercurialia rarius exhibuiſſe, quantâ potuimus diligentiâ perquirere, nobis omnino videtur: ut ut ſe res habuerit, abſque eis, nil permagni prorſus agitur; quemadmodum enim morbi quamplurimi à ſale metallico, ſi Ballonio fidem habeamus, originem ſuam ducant, ita quî ii, niſi à ſale id genus, morbo omni ex parte contrario, auferri queant? Hinc fit, ut remedia è mercurio antimonióve conflata morbos hujuſmodi quam efficaciſſimè abigere comperiamus; quem in finem bolus ſequens in habitu quadrato apprimè conducit.

℞ Merc. Dulc. g. xv. Antimon. Reſuſcitat. gr. iv. Conſerv.

serv. Lujul. q. s. m. f. Bolus, cum regimine, primo mane sumendus.

Tametsi apud Anglos mercurium dulcem, in haustuli formâ, propinare nondum in consuetudinem venerit, illum tamen hunc in modum exhibitum, non solum efficaciter verumetiam vehementius quam par est, operaturum nulli dubitamus.

Mercurius præcipitatus albus cum mercurio dulci permistus, atque ita in pilulas confectus, remedium est contra morbos paulo contumaciores vel efficacissimum.

Pilulæ præparantes.

℞ Calomel. Recent. sexies sublim. ℈j. Extract. Gentian. q. s. m. f. Pilul. nº. ij. sumendæ horâ somni.

Pilulæ matutinæ.

℞ Pilul. Ruffi, Extract. Rudii ā. ℈ß. m. f. Pilul. nº. iv. mane sumendæ post dosin præscriptam.

OBSERVATIONES.

Utrum mercurii salia sive sæpius sublimando, (quo fit calomelas,) seu lavando in aquâ fontanâ, passim obtundantur, parum nobis omnino refert; quandoquidem aut in sanguinis massâ, aut in intestinis pernoctando, Cathartici propinati viribus, nimirum, unitis, humores vel pessimi moris mane deturbare valebunt.

Praxis apud medicos hodiernos usitata ac porro comprobata est, ut mercurium dulcem ad grana aliquot, ætati idonea, semel quotidiè cum conservâ seu extracto quovis in bolum pilulasve confectum, per tres quatuorve noctes perseveranter exhibeant, adeo ut in sanguinis sinu paulisper commorando, humorumque acrimoniam eo demulcendo; deinde quarto die, à primâ dosi emenso, Cathartico propinato, molem depravatam multo efficacius deinceps extrahent; utpote cum sanguinis massa ex hoc immutetur, facile dein eliminari poterit. Methodus hæc ptyalismi vices quam optime gerit; præsertim quando morbus non adeo invaluit, ut sanguinis massa penitus inde corrumpatur: cavete tamen, ne quibusque mercurium dulcem hunc in modum, nullo nimirum discrimine, exhibeatis, quippe

quem plerisque, unâ vel alterâ dosi ingurgitatâ, ptyalismum sat molestum excitâsse novimus: exinde est, ut nos jam cum floribus sulphuris mercurium admiscere jugiter assoleamus.

Quandoquidem ne remedia mercurialia neu quævis alia nobis adhuc palam facta asciten unquam abigere valere reperiantur; illa idcirco soli anasarcæ efficaciter opitulari queunt: unde nos *Wallæi* sententiæ, qui Cathartica in hydrope, ascite dicto, omnino vetat, prorsus acquiescimus: nam, ut verum fateamur, nil præter paracentesin, si ista tamen, hìc valere poterit. Non possumus non modum paracentesin instituendi novum, ut loqui amant, obiter vobis memorare: quidam, nimirum, liquamen integrum simul & semel eò audacter exhauriunt, quò id, cum sit corrosivum, excrementitium, ac inutile, hecticas, intestinorum gangrænas, diarrhœas, convulsiones atque alia id genus symptomata inferat, ac mortem exinde certò festinanter urgeat. Parturientes insuper onus, ut aiunt, suum absque injuriâ multâ confestim exuere observantur: siquidem idcirco hinc morbi, illinc vero salus; materiam totam simul exhauriunt. Verum quidem est eximium Dm. *Thouvenot* ejusmodi viris, viam jamdudum quodammodo monstrâsse; utpote qui aquas ad libras viginti, ratione ad vires tamen ægrorum habitâ, sæpissimè extraxerit, hi vero totam aquarum molem, unà, eliciunt; at quam feliciter, volumus ut ipsimet vobis referre dignentur.

Hippocrates, *Aphor.* 51. *Sect.* 2. hæc habet verba, † " Multum & derepente evacuare aut replere, aut " calefacere aut frigefacere aut aliter quocunque mo- " do corpus movere, periculosum est, nam etiam om- " ne nimium, naturæ est inimicum, quod vero paula- " tim fit, tutum est: tum alias, tum siquis ex altero " ad alterum transeat. Estò, authori huic eatenus so-

† Τὸ κατὰ πολὺ, καὶ ἐξαπίνης, κενοῦν, ἢ πληροῦν, καὶ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως, ὁκοσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον· τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές· καὶ ἄλλως ἢν καὶ τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

lum

lum hâc in re fidem libenter adhibeamus, ut praxi feliciter apud hodiernos attentatæ competere percipiatur; quod ſi αὐτὸς ἔφη, vel ab ipſomet ſene, nec ab ipſis nec à nobis, his temporibus, ſat eſſe concedatur; quidni &, quæ ipſimet inauſpicato vel quam ſæpiſſime (dempto nimirum uno vel altero,) moliti ſint, tam repudiare liceat? Aſſertio enim hæc, quantum auguramur, non ſolum haud certa eſt, quinetiam gratuitò profertur: hunc, nimirum, in modum ejuſmodi argumentantur; latex in abdominis ſpatiis commorans, cum ſit toto genere præter naturam, idcirco quamprimum exhauriendus eſt. Quamvis autem argumenti ſeu enthymematis hujus propoſitio antecedens vera ſit; exinde tamen conſequentia negatur; quod in enunciatione exhauſtio ſola oſtendatur; cum in illatione verò, pariter exhauſtio ac tempus cum quantitate unà indicentur; ſeu quemadmodum conſequentia propoſitione antecedente magis extenſiva ſit, idcirco & vitioſa reputatur: ſiquidem plenitudini evacuatio, viribus autem tempus & quantitas prorſus accommodentur: hinc ſit, ut tam aquarum in cavitate moram juxtà quam ejuſdem exhauſtionem præproperam mortem ex æquo confeſtim accerſire comperiamus. Quod ad parturientes ſpectat, hæ ob fœtum in utero contentum, imo vel menſibus novem emenſis, non multo pejus ſe habere ſolent, quam ſi gravidæ non eſſent; exinde fit, ut, vel inter partum, vires earum quam optime conſtent; quippe quæ à menſium fluxu toto graviditatis tempore haud prorſus fatigatæ fuerint; quæ porro etiamnum perinde appetant atque nutriantur: quæ longe ſecus in hydropicis obvenire comperta ſunt: eæ enimvero perinde languescunt, male appetunt, maximopere ſitiunt, febricitant, ac ſpirituum inopiâ laborant. Quænam idcirco paritas inter hydropicam ac gravidam, ſi de evacuatione ſermo ſit, quæſumus, intereſſe poterit? Gravidæ nimirum ſpiritus ac vires poſthac quam facillime, utplurimum, recolligere percipiuntur, quandoquidem ſanguinis craſis in graviditate exactè conſervetur: quæ ex eo continuo ſecus in hydropicis evenire ſolent, quòd ſpiritus in eis maximoperè abſumantur, adeo ut cum abdomen, quod exinde immane quantum undiquaque

intumuerit,

intumuerit, in ambitum aſſuetum denuo, præ ſpirituum inopiâ, extemplo cogi haud poterit; exinde fit ut haud ita multò poſt ejuſmodi, eheu! à medio tollantur: quod ſi hydropici quivis paracentesin aliquanto maturiùs inſtituerent, longe aliter certò ſentiremus.

Pilulæ hæ in cachexiis exinde mira præſtare queunt, quod materiæ morbificæ portiunculam efficaciter exhaurire comperiantur; atque ita ſanguis reliquus à ſalibus volatilibus, ab amaris ac chalybeatis facilius deinceps immutari poterit: ſi contraindicationes tamen excipere velimus. In morbis œdematoſis eos humores ſpecificè deturbare experimur.

Incipientibus morbis, pulſus interdum intermittit, atque adeo inæqualis eſt; tum dubitare ac indagare licet, quanto Cathartica prodeſſe poterint: hanc autem inæqualitatem, modo rem ſerio perpendamus, inde oriri comperiemus, quod tam cor quam vaſa ſanguifera plus juſtâ ſanguinis copiâ onerentur; atque hunc in modum nec cor nec vaſa ſeſe rite contrahere poſſunt, ſaltem vaſa nequeant eâ vi vel impetu ſeſe contrahere, quâ contenta ſua uno ictu expellere valeant; atque exhinc fit, ut reſiſtentia à mole unica naſcatur, quâ prudenter evacuata pulſus deinceps fit omni ex parte æqualis.

Virium proſtratio, ſanguinis cacochymici, ad ſpiritus generandos penitus inepti, ſoboles perpetua, adeò nos à Catharticis non abſterreat, ut ea non idcirco omninò propinemus; quandoquidem Dyſcraſiâ, à Cathartico, demptâ, languor ac impotentia, inde orta, confeſtim evaneſcunt. Quamobrem iſtiuſmodi imbecillitatem à ſolâ humorum vitiatorum copiâ pendere palam fit; providendum autem eſt, ne hoc in caſu, evacuationis obtentu, vice morbum auferendi, ægrotum trucidemus; quoniam medicamentum leniens, pro ne natâ iteratum, Cathartici ſatis idoneè locum tenere compertum eſt; quod, cum humores per epicraſin, ſeu ſenſim ſine ſenſu exhauriat, quos Catharticum vel cum impetu deturbat; hunc in modum cauſam abigemus, & tam ægrotorum ſalutis rationem habere, quam famæ noſtræ conſulere videbimur. Quinimo in languoribus, ex febre ortis, enemata Cartharticorum vicibus quam optimè

fungi

fungi sæpius experti sumus: Quemadmodum itaque victus malæ indolis sit cacochymiæ fons si minus unicus at præcipuus; ii ergo, qui ejusmodi obsoniis vescuntur, Catharticis dictis de causis malè multantur.

Ii qui ægrotis macie ac tabescentiâ confectis, Cathartica exhibent idcirco maximoperè peccant; quod, siquidem ejusmodi à medicamentis paulò calidioribus tantopere affligantur, Cathartica propinando marcorem ac atrophiam certo ferè certius introducere solent; ut error medicorum quorundam gravis equidem sit, qui cum id genus ægrotorum alvum haud facilè subducere queant, ad scammonium & remedia paulò magis stimulantia confugiant: quandoquidem enim intestinorum siccitas, ex sanguinis θυμώσει seu excandescentiâ orta, sit fæcum retentarum causa præcipua; ea à Catharticis ejusmodi sumptis deinceps festinantèr augescit: Hinc fit, ut remedia laxantia, ac diluentia hîc iis longè magis conducant: Quamobrem in temperamentis biliosis, cæterisque, in quibus sanguis multum fervere percipitur, encoprotica, lenientia, aquæ sulphureæ, cassia, oleum amygdalarum recens extractum, jusculum vitulinum, ac hordeacea, quam remedia drastica multo melius voto respondere reperiuntur: Hoc porro notatu dignum; cavendum nimirum est, ne hic aquas nitrosas, aluminosas vel ejusmodi purgantia exhibeamus, quæ à tergo qualitate gaudent astrictoria, ex eo quod ab usu eorum alvus deinceps subsistere cogetur.

Medicamenta Cathartica ἀχρόοις sive iis, quibus color cutis, pallidus exhibere, haud omninò par est; at longè secus de cachecticis seu κακοχρόοις, quorum color est seu plumbeus, seu viridis seu icteritius seu alius quivis variegatus, idcirco opinamur, quod cum prior, nimirum, status, spirituum inopiæ; posterior tamen, cacochymiæ argumentum sit prorsus apodicticum, ut cacochymia evacuatione, at spirituum penuria refectione, visceribus rei perspectis, omninò indigeant.

Infantuli præterea, idcirco Cathartica haud satis tolerant, quod spiritus eorum sint justo pauciores; & quemadmodum ejusmodi potius languore quam copiâ obrui soleant: Ita morbos eorum, humores ut plurimum potius immutando quam evacuando abigere satius est; nisi

nisi in præcipiti sint ægroti, ac symptoma quodvis immane perquam urserit.

Eam ob rem famulis, labore improbo mulctatis Cathartica, fortiora saltem, exhibere haud æquum est, quia juxta opus faciendo nimium fatigantur, atque eis rarius assuefacti sunt; quinetiam cum à morbo quovis leviori ejusmodi haud opprimantur, idcirco non raro multum prius extenuantur, quam, ut medicos maturius consulant, persuasos se habere queunt.

Ii, quorum sanguis succis depravatis redundat, quanto magis hi valetudinarii sunt, tanto commodius medicamenta Cathartica sustinent: Utpote quæ portiunculam materiæ morbificæ eò exhauriant, quo vel pauxillum ejus postea supersit; atque hunc in modum sanitatem amissam de integro recipiunt: Cum, in sanis, evacuare, sit humorum nequaquam redundantium neque ullo prorsus modo peccantium perinde deturbatio, ac commotionis etiam supervacaneæ, ac tandem valetudinis adversæ, loco temperamenti justi, introductio.

Quoad Cathartica in Cholerâ calculum nigrum medici hic utplurimum injiciunt; quandoquidem si perperam exhibeantur, syncopes ac alia symptomata mala introducere comperiantur.

Cum sanguis particulis purulentis referciatur, tum Cathartica consentanea perquam erunt: quapropter in empyemate, in quo materia purulenta in vasa resorbetur ac remeat, ex quo fit ut hecticas aliave symptomata mala introducere observetur; Cathartica eò conveniunt, quia reliquiæ, in sanguinem vectæ (viribus autem prius propemodum recollectis exinde) ablegari possunt.

Quicunque humorum commotionem cient, nec materiam morbificam sat deturbant, ineptè quidem agunt: quandoquidem tum commotio sanguini superaddetur cum humores demi postulaverint: ut humores, qui quantitate peccare deprehenduntur, repetitis dosibus deturbandi sint.

Pulvis Catharticus.

℞ Calomel. Sexies loti gr. vj. Resin. Jalap. gr. vij.

Sacch.

Sacch. albiſs. ℈ß. m. f. pulvis mane ſumend. cùm cuſtodiâ.

OBSERVATIONES.

In Epilepſiâ ac aliis ſpaſmis *Wimpinæus* eò Catharticis conſulit, quo humorum redundantia quævis, ſive ex plenitudine purâ ſive cacochymica oriunda, penitus exhauriatur; quinetiam ex *Jacotio* perinde ſetaceæ ac aliæ evacuationes, craſi tamen ſanguinis præſentaneæ accommodatæ, neceſſario requiruntur: quemadmodum enim morbi graves ex Plethoræ ſpecie nonnullâ nunquam non oriuntur; ita in morbo quovis immani jugiter aliquâ ex parte evacuandum eſt: cum verò humorum cumulum ſat minuerimus, pulveres teſtacei, ex *Geſnero*, in convulſionibus iſtis exhibeantur; quinimo in temperamentis calidioribus lac aſininum ex *Hoffmano* eò propinetur, quia acrimoniam corroſivam, nervos ſtimulantem, immutare poterit: Tandem autem mithridatium in aquâ lavendulæ adminiſtratum, ex *Kufneri* ſententiâ, idcirco ſanitatem amiſſam reſtituet, quod tumultum in ejuſmodi morbis reliquum ſedare queat: Hinc morbis nervoſis, vel convulſivis evacuatio, acrimoniæ immutatio, ac ἀταξιῶν delinitio utramque facient paginam.

Multum timemus, ne evacuationes quævis in pectoris hydrope prorſus inutiles ſint; quamobrem parum ut opinamur refert, utrùm ſequentia à *Luſitano* inſeramus an omittamus; Cathartica, nimirum cauteriis, diaphoreticis, & vel paracenteſi hoc in caſu continuò præmittenda eſſe; cum hic *Celſi* axiomati ſolummodò innitamur, *anceps*, nempè, *remedium præſtat quam nullum adhibere.*

Foreſtus, P. 3. *p. m.* 269. Herniæ inteſtinalis cum hydrope junctæ meminit; ibi autem Cartharticorum necnon enematum uſui unà conſulere nullus dubitat: At tanti viri veniâ, nobis ignoſcat, ſi ſententiam hanc nos vel non omninò vel cautè ſaltem, ſequamur. Verùm eſto, ut tametſi Cathartica hydropem auferre valeant, (quod jure merito quidem ſuſpicari licet) inteſtinum tamen procul omni dubio detrudent: Primum idcirco inteſtinum reducatur, deinde Cathartica tanto proderunt, quanto illud facilius deinceps ſubligaculo retineatur,

tur,

tur, ac inde impedietur quo minus in posterum decidat: Ubi tamen ileon in scrotum usq; eo descenderit, ut fimbriæ, peritonæi nimirum productionis, adeò amplientur, ut ambitus seu diameter ipsius ultra dilatari nequeat; Ibi Cathartica forsan erunt utilia; forsan dicimus; quoniam apertio, modo per hydropen liceat, unice rem ni fallamur in ejusmodi casu perficere potest.

Febres sive anxietudinibus seu deliquiorum metu continuò stipatæ, Cathartica sæpius ideò postulant, quia istiusmodi effervescentiæ ab humorum plethorà ut plurimum pendere solent: Utpote qui, cum sint heterogenei, spiritus animales adeò obruere sueverint, ut pulsus fiat exinde inæqualis: Ubi primum humorum onus exhauritur, pulsus in vigorem, in ordinem ac in spatium usitata posthac redire cernitur; tunc simul spiritus multò liberius in gyrum rotantur atque actutum deinde cessant auxietudines eorum permolestæ: Ac deinceps usque eo abundè vacamus, ut ex ordine in febribus his curandis posthac procedere possimus. Medelâ febrium ejusmodi aliquandiu inter initia posthabitâ, prognosticon fatale tunc eo certius denunciandum, quò evacuationes serius moliti fuerint ægroti. Quamobrem ubi medici aliquanto tardius accersuntur, in fine, nimirum, febrium, cum deliria, comata, vigiliæ, unà cum festucarum collectione, cæterisque, signis homines è vitâ emigraturos præsagientibus, comitentur; præsertim verò ubi adhæc evacuationes prius tentatæ, præpostere factæ fuerint: Medici hi quanquam gnari admodum, & vel maximè industrii, mendas istiusmodi infaustas vix vel ne vix tamen unquam posthac depellere valuerint: Quandoquidem ægroti id genus ut plurimum fatis haud ita multo post concedere soleant: Epispastica unà cum enematibus sunt spei quidem reliquæ fulcra si non unica at præcipua; & uti hi sæpius extemplo fato fungantur, exinde est, ut aut paulò maturiùs idcirco semper evacuandum est, aut post, erit occasio calva, χρόνος γὰρ οὐ χρονίζει.

G. Fallopius, cum sermonem habeat de Thermis eas evacuari, si retineantur, hisce verbis inculcat; quæ ideò exscripsi, quia memoratu digna sunt. " Alterum symptoma frequentissimè succedens in potu aquarum

" thermalium

"thermalium, eſt quod ipſa aqua retinetur, ita ut nec "per ſeceſſum, nec per veſicam, nec per vomitum, "nec per ullam aliam viam egrediatur; cum igitur hoc "accidit primâ die, antequam deveniatis ad aliquid "agendum; diſtinguatis & dignoſcatis, in quânam "parte retineatur aqua; ſolet enim aliquando retineri "in toto ambitu, in venis ſcilicet ipſis: Aliquando in "inteſtinis & hypochondriis. Si in inteſtinis & hypo-"chondriis retineatur, cognoſcetis, quia aderit mole-"ſtia & negotium in illis partibus; aderit etiam tenſio "gravis, percipientur flatus, inteſtinorum rugitus, in-"undatio quædam modò in hâc modò in illâ parte: "his ſignis cognoſcitur, quando aqua eſt retenta in "inteſtinis. Quando autem retenta eſt in ambitu to-"tius, hoc eſt in cavitatibus venarum, nullum modò "dictorum ſignorum adeſt: non gravitas, non tenſio, "non rugitus, nec ullum aliud: & cum hæc non ad-"ſunt; tamen ſcitis, quod aqua non eſt reddita, colliga-"tis neceſſario ſuppreſſam eſſe in toto ambitu, ut ubi-"cunque fuerit retenta, indicatur ejus excretio. Ideò di-"camus quo modo faciendum ſit, ut excernatur; & pri-"mò quando retinetur in inteſtinis & hypochondriis. "Eſto igitur quod *Socrates*, exempli causâ, incipiat hodiè "bibere aquam & tota retineatur in inteſtinis, opus "eſt quoque, ut hodie aqua illa evacuetur, alioqui ſum-"mopere offenderet partes, & ideò ſubitò mandetis ut "injiciatur clyſter ex eâdem aquâ, ex quâ bibit, adjunctâ "hierâ ſimplici vel Syrupo roſaceo: Quod ſi hoc cly-"ſtere aqua retenta non evacuetur, utamini alio vali-"diori facientes decoctum ex ebulis, ex foliis cucume-"ris ſylveſtris, cui decocto addatur hiera vel ſimplex "vel diacolocynthidos & parum olei chamæmelini & "facto clyſtere injiciatur; quo proculdubio educetur "major pars aquæ, hoc facto, prandeat *Socrates*: Et à "prandio quieſcat; veſperi autem injiciatur alter cly-"ſter ex eâdem materiâ: Et ſic mane ſubſequente alius, "donec tota aqua fuerit evacuata: Et ſi tota fuiſſet "educta ex priori clyſtere, ſuperſedendum eſt ab in-"jectione aliorum, alterâ die bibat iterum aquam: "Quæ ſi iterum retineatur, educatur eadem ratione, "quâ fuit educta prior, ſcilicet uſu clyſterum, & non

" bibat amplius *Socrates* aquam (alias moraretur) sed " aperiantur rursus viæ, attenuenturque materiæ; ratio enim, qua aqua retinetur in intestinis, est multitudo materiæ mucosæ in ipsis existentis: Qui muci " mixti cum aquâ obstruunt meatus. Aliquando etiam " retinetur aqua ob magnam ipsius aquæ imbecillitatem: " Sed hoc rarissimè accidit, igitur paretur denuò optimè corpus, attenueturque & detergatur materia illa: " Deinde bibat *Socrates* aquam, quæ si non sit suâ naturâ salita, fiat admixto sale cum primis duobus cyathis, & multos vidi, in quibus retinebatur aqua, quod " factâ secundâ præparatione, aqua penetravit, & fuit " ipsis saluberrima. Sed si aqua retineatur in toto ambitu; quid agendum? Cum primâ die videtis ipsam " retineri; non timeatis, nec agatis quicquam, nec " tentetis evacuationem ipsius cum clystere vel aliâ ratione: Quoniam aqua in venis retenta primâ die " nihil lædit: Ideò primâ die quiescatis omnino: Alterâ verò die, si non egrediatur; timendum est, & " curandum omni studio, ut evacuetur. Solemus nos, " ne aqua diffundatur per totum habitum corporis, " exhibere primâ die vespertinâ horâ per dimidiam vel " integram horam, ante cœnam, pilulam unam, quæ " purget, proritetque alvum, & præparet corpus ad excretionem, quæque sit ponderis unius scrupuli: Pilulam autem conficimus vel ex materiâ illâ ex quâ " fiunt pilulæ aloëphanginæ, vel masticinæ; vel capimus rhabarbarum, agaricum, & aloem, æquis portionibus, & facimus pilulam ponderis unius scrupuli, " quam exhibemus horâ dictâ: Et nihil aliud primâ " die molimur: Secundâ autem die, si videritis, quod " tota aqua retinetur; timeatis & sitis, quæso, solliciti " de evacuatione: Præcipuè si retenta aqua esset multa: Nam vidi plures incidisse in anasarcam, hydropis " speciem: Quia aqua, quando præsertim est potestate " frigida, retenta diù, putrescit & frigefacit totum corpus: Et ideò secundâ die tentanda est evacuatio, " quæ fieri potest vel per intestina vel insensibilitèr vel " per vesicam: Per insensibilem quidem evaporationem, efficiendo, ut æger sudet, movendo se, aut " ingrediendo balneum calidum: Sed modus iste eva-

" cuandi retentam aquam, præterquam quod non eſt " tutus ratione balnei, eſt etiam nimis tardus; citiùs " enim aqua putreſceret, quam tota evacuaretur: Similitèr evacuatio per lotium eſt tarda: Unde ſupereſt tantum evacuatio per inteſtina, quæ commendatur; & ipsâ utuntur; quoties offertur occaſio, excellentiſſimi iſti medici Patavini, & nos cum ipſis: " Sed quo medicamento id faciant, credo vos hucuſque non audiviſſe; quoniam ipſi ſecretum tenent: " Nec alibi extra hanc urbem eſt in uſu medicamentum, quo in hoc caſu utuntur. Ego autem, quia " vos fratrum, filiorumque loco habeo omnes, & amo; " non poſſum vobis non communicare ac detegere medicamentum: Quo certè in re hâc inveniri non poteſt præſtantius; medicamentum autem eſt. Capimus unam ſupradictarum pilularum, & præcipuè " aloephanginam, ponderis unius ſcrupuli, & addimus " unum vel duo ad plus grana elaterii optimi: Et factâ " pilulâ ex his duobus ſimul mixtis, ipſam exhibemus " ſecundâ die, veſpertinâ horâ, per dimidium vel integram horam ante cœnam. Sed animadvertatis, ne " quantitas elaterii excedat duo grana: Quia maximum " eſt medicamentum; unde hortor vos etiam, ut quando unum vel alterum dumtaxat granum exhibueritis, " non dicatis cuiquam; ne ſuccedens poſtea aliquid " grave ſymptoma vobis aſcribatur damno & dedecori; & hæc eſt fortaſſe cauſa, cur medici iſti doctiſſimi nolunt vobis medicamentum communicare: " Tamen, ut dixi, medicamentum eſt præſtantiſſimum, " & ipſo utuntur medici iſti, & nos cum ipſis, quotieſcunque datur occaſio, & res felicitèr ſuccedit, hoc " igitur medicamento exhibito & evacuata aqua, omittat æger potum aquæ:——Cæterum ſi non tota aqua " ſed aliqua ipſius quantitas vel pars retineretur: Quid " eſſet agendum? Dico quod ſi primâ & ſecundâ die " retineretur aliqua portio; non eſſet timendum, nec " abſtinendum à potu: Sed ſi tertiâ die adhuc retineretur; exhibeatis unam pilularum dictarum ſine elaterio: Si verò & quartâ etiam die retineretur, exhibeatis pilulam cum elaterio, & omittatur omninò " aquæ potus. *C.* 11. *Aquar. Thermal. Pot. in tractat.*

de Balneis, p. m. 54. *b. &c.* Item *Franc. Blondel. c.* 12. *de congruo potationis usu, p.* 219, *&c.*—" Si verò in corpore diutiùs maneant, & iis natura defatigetur, potationi valedicendum est, & aqua potata vel clysteribus vel laxativo medicamento expellenda. Scriptores nostrates eidem de *Thermis* sententiæ unanimiter subscribunt: quippe quæ si in ventriculo, in vasis, vel in ambitu uspiam moram faciant, vel retineantur; sedem, atque adeo centrum, impedimenti, symptomata ex improviso instantia palam indigitant: monitum vero hujusmodi temerè nihilominus idcirco amplectamini, quod *Thermarum* potatio non continuò eò solum præscribatur, quò molem evacuemus; quin etiam, ut humores quoque interdum immutemus: quum procul omni dubio in corpore, in habitu, & in ambitu immorari debent. At manum de tabulâ tollamus, quandoquidem de his paulò fusius infra verba faciemus.

In incubo, cibus, præ pastu, nimis copiose horâ decubitûs ingesto, necnon præ supinâ in somno posturâ, arteriæ *Aortæ* trunco descendenti usque eò incumbit, ut sanguis pleno ad terminos inferiores rivo propelli prorsus nequeat; quamobrem parum abest, quin integrâ sanguinis mole cerebrum exinde obruatur; qua fit, ut nervi, ac præcipue pneumonici ita comprimantur, ut ponderis, (sanguinis nimirum in cursu suo, præ nervis contractis pressi) quod nobis incumbit, sensu, querentium turba tantum non opperiantur: hac porrò de causâ, in sententiâ nostrâ magis idcircò firmamur, quod laborantes vel expergefacti, torpidi & veternosi etiamnum permaneant; hoc in casu, tam causæ evidentes evitandæ quam viscera è sarcinâ suâ deinde liberanda sunt.

Usu comparatum est quod purgantia, cum sanguine commista, particulas ejus multùm expandant; quemadmodum autem expansio hujusmodi, vasa dehiscere coerceret; ita periculum ea administrandi in hæmorrhagiis narium haud comprehensu difficile est, ut hactenus dictum fuit.

Pleuritidi cæterisque morbis inflammatoriis Cathartica quam maximè exinde obsunt, quod aucto motu intestino, augetur & inflammatio; quo fit, ut humores

res tandem eo uſque in partibus accumulentur, ut ægroti vel in gangrænæ ipſius periculum indè conjiciantur. Ut ut verò, non omnes pleuræ dolores, pleuritides cenſeri debent; quandoquidem plurimos novimus, quorum pori à frigoris ſuſceptione adeo obturati fuerint, ut ſerum in muſculis thoracis, citra tamen ſitim, calorem, vel febrim, aliquandiu ſteterit; hoc in caſu V. S^ne. perinde ac Cathar. præmiſſis, hujuſmodi dolores miſturæ (ex antimonio diaphoretico, laudano liquido aquis deſtillatis, ſaccharo edulcoratis) horâ ſomni exhibitæ, actutum ceſſiſſe novimus; ac methodum hanc in quamplurimis in pleuritide nothâ cum eventu proſpero iteratò experti ſumus.

Quandoquidem aſthmatis exacerbationes tam à ſanguinis tumultu quam commotio itidem hæc ab aſthmate ab invicem pendeant; Cathartica ideo in ipsâmet acceſſione prohibentur, quia motum hunc rarefactivum multum adaugent; uti vero lenientia, ſaburram inteſtinalem leniter deturbando, nec progreſſivum nec inteſtinum ſanguinis motum immutant; reſpiratio haud ita multo poſt exinde aliquanto liberior fiet, quod plenæ inſpirationis impedimenta, in inteſtinis quam ſæpiſſimè divertentia vel quadantenus vel penitùs inde auferantur.

Mercurialia eruptiones paulò contumaciores quam efficaciſſimè evacuare & emendare uſu comperimus: num vero mercurialia latens in ſe contineant acidum, neſcimus quidem; id enim haud aliâ de causâ affirmare audemus, quam quod ubi ferrum ſub mercurii cumulo aliquandiu ſepeliatur, rubiginem perinde contrahat, ac ſi ſub dio poneretur: quandoquidem autem acidum aëri ineſſe nullus nunc dubitat; quidni etiam & mercurio? Exinde forſan eſt, quòd, mercurii adminiſtrationem puſtulas ſiccas à ſale volatili utplurimum introductas, quam ſæpiſſime feliciter auferre, experiamur.

Siquidem ex *Bohnii, in Diſſert. Chym.* ſententiâ, particulæ mercuriales liquori innatent; idcirco ea vino vel cuivis liquori infuſa lumbricis egregiè adverſari comperiuntur. Exinde fit, ut practici hodierni *Æthiopem* mineralem in bolum confectum aliquandiu primum exhibeant, lumbricis dein hoc modo interfectis,

Cathartica (quidni & pulvis hujuſmodi?) perinde eos ac putrilaginem una cum eorum ſeminio ex inteſtinorum canali foris eliminant: ordo enim tutiſſimus, quo inſecta id genus prorſus extirpentur, hic nimirum eſt; ut ii primitùs enecentur, tum expellantur; nam ſi ordo hic adeo inverteretur, ut eos prius extrudere, quam mactare niteremur; quot & quanta ſymptomata identidem exinde ſubſequi adverteremus! Mercurialia vero vel in ipsâ febre, à lumbricis ortum habente, feliciter adminiſtrata novimus; quinimo cuncta ſymptomata ab iis excitata, & vel ipſæmet convulſiones, ſi tam *Francisco Paulino* quam nobis fidem adhibeatis, ab eis ſæpiſſime tolli obſervatæ ſunt.

Quippe cacochymia redundans, in febribus intermittentibus nunquam non evacuanda eſt; Cathartica idcirco ſolummodo in intermiſſionis die propinentur, quod alìoqui commotionem, jam nimis evectam, per ea magnoperè intenderemus: atque ità vel ſpiritus nimium evaporando vel particulas morbificas viſceribus nobilioribus altiùs impingendo, ægrotos in vitæ diſcrimen extremum adduceremus.

Quandocunque remedia intemperiem immutantia aliquandiu (quamquam præſidia ritè uſurpentur citra felicem tamen vel exoptatum exitum,) exhibuerimus; purgantia neceſſario tum propinentur, quoniam quemadmodum obſtructiones paulò contumaciores latitare exinde creduntur, ita ejuſmodi raro aut nunquam citra vaſorum ſuccuſſus perquam violentos auferri queunt: quibus tandem ita reſeratis; cauſa, morbus ac ſymptomata non multo poſt penitùs evaneſcunt.

Tametſi *Horſtius* in morbis paulo maturius humores eliminare velit; tantum tamen demere jubet, quantum ſpiritus inde non uſque eo exhauriantur, ut *Λύσιν* vel *Κρίσιν* diſcrimini ſubjiciamus: quæ ambo ſpirituum copiâ juſtâ omnino nituntur; virium autem quantitatem à ſymptomatibus necnon cauſis evidentibus metimur; quæ ſi gravia vel vehementia ſint, neceſſe erit, evacuationes eis gradu conveniant; quandoquidem autem evacuationes his de cauſis viribus haud continuò accommodari poſſunt, Cathartica idcirco cautè tum exhibeantur.

Naturam,

Naturam, evacuationes tam geminas, à partibus nimirum adversis, quam succenturiatas, cum symptomaticæ criticarum locum teneant, ægre ferre frequentius experimur; quocirca cum ægrotantes pleuritidis crisin, in quâ anacatharsis pulmonalis aliquanto liberaliùs extruditur, attigerint; Cathartica tunc temporis exhibita ideo plurimum obsunt, quod ea invitâ aggrediamur minervâ; quandoquidem alvi fluxus vel spontanei laborantes in discrimen adducunt: qui vero cum à naturæ molimine, proinde critico (cùm adsit nimirum humorum in corpore copia; cum coctionis signa in urinâ se manifestaverint, & si cum euphoriâ feratur evacuatio, necnon cum denique tam dolor quam febris exindè confestim evanescant) interdum manaverint, idcirco non tantum sinendi, sed etiam promovendi sunt; quidni & evacuationem, quam natura saluberrime molitur, arte subindè naturæ ministri tutò æmulentur?

Ubi dolores infra diaphragma aliquando gradum stitisse contigerit; *Hippocrates* ibi evacuare deorsum jubet; [a] Qui (dolores) vero infra (septum transversum,) deorsum (purgandi) *Aph.* 18. *Sect.* 4. Quanquam vero nonnulli doloribus in renibus, intestinis, hepate cæterisque visceribus graviter affligantur, ii tamen omnes Catharticis non continuò fatigandi sunt; hinc provenit, ut caute Aphorismus hicce intelligendus sit; quandoquidem sermo solummodo habeatur de doloribus istis, vel qui febre omnino vacant; vel saltem de doloribus à flatu oriundis; hinc *Aphor.* 20. *Sect.* 4. hæc habet, "Non febricitantibus si fiat tormen & genuum gravitas & lumborum dolor, deorsum purgante opus esse "indicat; etiam L. *περὶ φυσῶν* ait, *ἅπαν γὰρ πνεύματος* "*συμπλέον ἐστὶν·* (omne spiritu plenum est.) Quocirca ubi dolores vel flatulenti vel humorosi à lentore introducti ægrotantes excruciant; ibi solum nec alio in casu humores deorsum trudere vult sénex divinus.

Fernelius in consilio decimo quinto pro Dno. *Boisdelphino*, viro perquam obeso, hæc habet, "Ne quid au-"tem posthac gravioris mali contingat, tentandum est,

[a] *Ὁκόσα (ὀδυνήματα) δὲ κάτω (τῶν φρενῶν,) κάτω (φαρμακείης δεῖται.)*

"ut quam exuperantiam victus parcior ac tenuior prorsus absorbere non poterit, medicina subtrahat; quandoquidem observatum est, alvum sive sponte sive arte solutam, emolumenti non parum contulisse: id autem sensim ac lentè præstandum, quod alvus lenissimis illis proritetur, quodque minimè tutum sit tantam illuviem vi & impetu concutere, ne universa corruat." Quandoquidem vero cautelæ hujus rationem ipse haud reddat, illam, pro nostrâ parte, paucis pro eo nobis subjungere liceat. Quandoquidem ergo in habitu obeso, atque adeo laxo, solenne sit, ut fibræ non valeant sese eâ contrahere ratione, quâ inaniuntur; exinde est, ut, in evacuatione, vasorum parietes tardius, quam par est, sibi invicem accedant, adeo ut spirituum emporium, cerebrum nimirum, vice eorundem copiæ, tanto contractionis gradui idoneæ, liquore suo eatenus privetur, ut deliquia frequentius ex eo perpetiantur ægroti: rebus eò deductis, Cathartica in ejusmodi deliquiis, præ fluidi nervosi penuriâ, maximopere nocent; cum lipothymia vero id genus non tam à spirituum prostratione, præ penu eorum exhausto, quam absumptione eorum fortuitâ, quemadmodum evenire solet in exhibitione Cathartici, cujus operatio ineptè retardatur, originem ducat; in isto casu, tam *Syncopen* per salia volatilia, remedia cardiaca, & victum reficientem auferre, quam operationi mancæ per clysteres purgantes, & vel iteratos, subvenire debemus.

Puerperæ, pro *Riverii* sententiâ, non ante diem puerperii nonum, ni palam ac vehementius ostendatur catharsis, exinde purgandæ sunt; quod lochiorum fluxus ad idem fere tempus plerunque desinat; cum si citiùs Cathartico fatigarentur, spiritus earum perinde corruerent, quam fluxus ultra posthac augeretur.

In peste seu febribus pestilentibus, quæ inter se gradu solummodò diffident, Cathartica laudant hi, culpant illi; *N. Hodgesius* etiamsi, in tractatu suo, cui titulus *Λοιμολογία Londinensis*, Anno 1665, usum eorum haud maxime deprædicet, non tamen usque adeo probris afficiat, ut omnino ab eorum exhibitione, si cacochymia tamen vel symptomata gravia usum eorum postulare videantur, nosmet contineamus: verum quidem

est,

eſt, quod glandes ipſe Catharticis longè anteponat; ut-ut, in febribus λοιμώδεσι, lenientium exhibitio non ſolum invaluerit, quin etiam ea ſæpiſſimè valdè requiruntur, ex hoc, quod alvum leniſſimè proritent, nec tamen ſpiritus inde omnino conficiantur.

Franciſcum Joëlem Catharticorum doſes ex temperamentorum majori vel minori fluxilitate dudum metiri ſupra innuimus; hodierni tamen nonnulli eò pervenerunt, ut doſin cuivis individuo conſentaneam ad amuſſim, nominatim, mehercule, proferre proponant.

Aquæ medicatæ.

℞ Mann. Optim. ℥ijß. diſſolv. in ℔j. Aq. *Strethamenſis*, & ſuperbibat ℔iijß. Aquæ ejuſdem.

℞ Syr. Flor. Perſicor. ℥ij. Capiat in primo Hauſtu Aq. *North-hallenſis* purgant. & ſuperbibat ℔iv. Aq. ejuſdem.

OBSERVATIONES.

Quandoquidem aquarum medicatarum purgantium principia non mediocriter ab invicem diſſideant, quid mirum ergo, ſi diſpares omnino ſortiantur effectus; *aquæ Strethamenſes*, apud *Liſterum* noſtratem, ſale calcario, idcirco alcalico, ſcaturire feruntur; ex quo provenit, ut impinguent, faciei colorem vividum impertiant; arthritidi, morbis pulmonum citra febrim, cardialgiæ, melancholiæ, conveniant; necnon ſanguinem calefaciant; ac etiamſi calculum expellant, eum tamen poſtea generent; & aſtrictoriam tandem qualitatem à tergo relinquant: *aquæ North-hallenſes* vero, cum ex ſale marino conſtent, idcirco ſcabiei, vermibus, rheumatiſmis, flatibus, concoctioni læſæ conveniunt; quæ tamen ſitim, diarrhœas, alioſque fluxus inferre comperiuntur. Siquidem tamen aquæ hujuſmodi tam humores deorſum pellant, quam interea diluant; tanto bilem proritatione ſuâ leni deturbant, quanto remedia diluentia cum acidis vel ſalſo-acidis miſta ac diutiùs exhibita deinceps illam quam certiſſime obtundant; hinc qui, præ ſanguine præfervido, cephalalgiâ decumbunt; humorum redundantia tam ſtimulo iſtarum leni efficaciter exhauritur, quam acrimonia eorundem diluitur; ut aqueis, acidis, ac farinaceis, ſarsâ, nimirum *Chinâ*,

C. C.

C. C. acidulis, lacte aliisve quam expeditissime deinceps salia alcalina, quæ sanguini præsunt, obvolvantur ac immutentur.

Quemadmodum remedium quodvis Catharticum ex paroxysmo calculi laboranti plerunque malè cedat, ita aquarum etiam purgantium usum in ejusmodi impense vituperamus; quandoquidem inflammationem exinde quam sæpissime inferri constet; quinimo interdum & ulcera huic administrationi malæ plerunque usque eò succedere solent, ut fibræ disruptæ ac ulceratæ nunquam deinceps (præ calculo ibidem defixo, necnon urinæ salibus, paulo acrioribus, ulcerum fibras valde mutilatas jugiter alluentibus) resarciri queunt; hæc vero certè dicta tam de renum quam vesicæ calculo solummodo grandi intelligi volumus.

Hæmoptoi ne purgantia quidem omnino conducere olim advertimus, nedum igitur aquæ hujusmodi stimulantes; præter enim quam, quod salia irritativa vasa, jamdudum rupta, ultrà eroderent, præterea ingurgitatio earum fœcunda, quâ saginantur propinantium ventriculi, vasa amplius distenderet ac dilaceraret; adeo ut erosioni, vel dilaceratio etiam superinjiceretur; quæ glutinantia idcirco, præ erosione, ac balsamica unà cum stypticis, præ dilaceratione, sedulo exhibita, necessario postularent.

Eruptiones ac pruritus aquis purgantibus quam frequentissimè ex eo tolluntur, quod evacuationi, dilutioni ac immutationi pustulæ ferme cunctæ actutum cedant; cum omnes vero non omnibus æque conveniant; propterea quod hæ, eruptiones ejusmodi adaugeant, illæ vero, compescant; breviter idcirco virtutes earum perstringemus; aquæ nimirum, atramentosæ, tartareæ, vitriolicæ ac muriaticæ (quales sunt *Alfordenses*, *Colcestrenses*, *Lambethenses*, *North-hallenses*, *Dulvicenses*, *Richmondenses*) sanguinem refrigerant ac pustulas omnimodas auferre reperiuntur; aquæ vero nitrosæ seu calcariæ (quales sunt *Epsomenses*, *Actonenses*, *Barnetenses*, *Kensingtonienses*, ac eæ de *Brentwood-Weal*,) è contra sanguinis massam calefaciunt, & eruptiones omnigenas adaugent.

CAP. III.

ENEMATA.

Fortiora.



Seri Lact. ℥x. Terebinthin. (in Vitell. ovi Solut.) ʒij. Vin. benedict. ℥j. m. f. Enema.

℞ Decoct. Flor. Chamæm. ℥x. Pulv. Hier. Picr. (in eo Solut.) ʒij. Sacch. Rub. ℥ij. Vitell. ovi nº. j. m. f. Enema.

℞ Decoct. Commun. ℔ß. Ol. Amygd. d. ℥iij. Rhodomel. Simp. ℥ij. Hier. Picr. ʒiß. Agaric. Trochiſcat. ʒj. Elect. è Succ. Roſar. ʒiij. m. f. Enema.

℞ Aquar. Strethamenſ. (alteriúſve) Coct. ℥xij. Syr. è Spin. Cervin. ℥j. Sal. Gemm. & Culinar. ā. ʒij. m. f. Enema.

℞ Fol. Rut. Artemis. ā. m. j. Sem. Fœnic. dulc. ʒij. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥x. add. Elect. Diaprun. ℥iß. Sal. Commun. ʒj. m. f. Enema.

℞ Fol. Malv. Biſmalv. Mercurial. ā. miß. Hord. Mundat. m. j. Prunor. Damaſcen. Par. nº. vj. coq. in Aq. Font. colatur. ℥x. add. Elect. Diacartham. Sacch. Rub. ā. ℥j. Sal. Prunell. ʒij. Vitell. ovi nº. j. m. f. Enema.

℞ Rad. Alth. Leviſtic. ā. ʒij. Fol. Beton. Hyſſop. Agrimon. ā. m. j. Flor. Geniſt. Sambuc. ā. p. ij. Incis. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥x. add. Elect. Diacartham. ℥j. Ol. Tartar. per deliq. ℈j. m. f. Enema.

℞ Rad. Alth. ℥j. Fol. Mercurial. Parietar. ā. m. j. Flor. Violar. p. iij. Fol. Senn. ʒiij. (℥ß.) Sem. Lin. Fœnugræc. ā. ʒij. Fœnic. d. ʒj. Coq. in Aq. Font. in colatur. ℥xij. Solv. Elect. Diaphœnic. Diaprun. ā. ℥ß. Ol. Chamom. ℥j. Sal. Culinar. ʒj. m. f. Enema.

℞ Decoct. Senn. Gereon. ℥vj. Decoct. Commun. (Emollient. & Carminat.) ℥iv. Mel. Mercurial. ℥ij. Sal. Commun. ʒj. m. f. Enema.

℞ Decoct.

℞ Decoct. Commun. pro Clyster. ℥iv. infus. Croc. Metallor. ℥j. (iv.) Benedict. laxativ. ℥j. Sal. Gemm. ʒj. m. f. Enema.

℞ Herb. Rut. Centaur. Min. Origan. Salv. ā. m. j. Rad. Aristoloch. Rot. Helleb. Nig. ā. ʒiij. Cyclamin. ʒij. Sem. Cartham. Agaric. in petia Ligat. ā. ʒij. Pulp. Colocynth. ʒß. Coq. f. a. in f. q. Aq. Font. in colatur. ℥vij. Solv. Elect. Hier. Picr. cum Agaric. ℥j. Sal. Rut. ʒj. Castor. ℈j. Mell. Anthosat. ℥j. m. f. Enema. In apoplexià, *Dekkers* super *Barbette*.

℞ Decoct. Carminativ Urin. pueri ā. ℥iij. Hier. Picr. ℥j. Elect. Lenitiv. ʒiij. Mel. Rosat. Ol. Commun. ā. ʒij. Sal. ʒj. m. f. Enema. in *Hydrope. Mangetus.*

℞ Fol. Malv. m. ij. Rad. Lilior. alb. ℥ß. Flor. Sambuc. Verbasc. ā P. iij. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥viij. add. Elect. Hier. Picr. ʒvj. Sal. Gemm. ʒj. Vitell. ovor n°. ij. m. f. Enema.

℞ Rad. Levistic. Angelic. ā. ʒiij. Flor. Chamom. m. iß. Fol. Lauri p. iij. Sem. 4. Calid. min. a. ʒij. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥x. add. Elect. è Bacc. Lauri. ʒvj. Tinct. Hier. ℥ij. Syr. è rhamno Cathart. ℥j. Ol. Carvi gtt. x. Vitell. ovi n°. j. m. f. Enema.

℞ Juris Pisorum ℥viij. Vin. Benedict. ℥iß. Ol. Commun. ℥j. Sacch. ℥ß. m. f. Enema.

℞ Decoct. Pisor. ℔j. Extract. Esul. ʒj. Ol. Lin. ℥iv. m. f. Enema.

℞ Cort. interior. Sambuc. Frangul. ā. m. j. Rad. Ireos nostrat. ʒvj. *Bryon* ℥j. Sem. Cumin. Fœnic. ā ʒij. Baccar. Junip. ℥ß. Coq. in f. q. Urin. Pueror. in colatur. ℔j. solv. Hier. Picr. ℥ß. Vitell. ov. n°. ij. m. f. Enema.

℞ Sem. Fœnic. d. apij. ā ʒiij. Fermenti Commun. ℥ß. Coq. in Urin. pueri q. f. colatur. add. Mell. Despumat. ℥ß. Vin. Bened. ℥j. Ol. Terebinth. stillatit. ℈ß. m. f. Enema.

℞ Fol. Centaur. Min. Absinth. Rut. ā. m. Rad. Pyreth. ʒiij. Colocynth. in petia ligat. ʒiß. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥viij. add. Hier. Picr. ʒij. Fell. Taur. inspissat. ʒj. Sal. Vol. Succin. ʒß. Vitell. ov. n°. j. m. f. Enema.

℞ Summit.

℞ Summit. Melilot. Fol. Malv. ana m. j. Rad. Alth ʒiij. Coq. in Aq. Hord. in colatur. ℥viij. Solv. Elect. Diacatholic. ℥j. Ol. Lilior. alb. ℥ß. m. f. Enema.

℞ Aq. calid. ℥x. Sal. Culinar. ℥ij. m. f. Enema. In alvo aſtrictâ. *F. Dekkers.*

℞ Rad. Biſmalv. Lilior. alb. ana ℥ß. Paſſul. Fic. ana nº. 20. Sem. Lin. ℥ß. 4. Sem. Frig. maj. ana ʒij. Anis. Fœnic. ana ʒj. Coq. in Aq. Font. in colatur. Solv. Elect. Diacatholic. ʒß. Mell. Roſar. ʒj. Oxymel. Scill. ℥ij. Ol. Amygd. Scorpion. ana ℥ij. m. f. Enema.

Leniora.

℞ Rad. Lilior. alb. Alth. ana ʒij. Herb. Mercurial. Abſinth. ana m. j. Sem. Fœnugræc. ℥ß. Coq. in Aq. Font. colatur. ℔ß. add. Sacch. Rub. ℥ij. Sal. Culinar. ʒij. m. f. Enema.

℞ Aq. Pluvial. ℥xij. Fæc. Cereviſ. ℥ij. Sapon. Venet. ʒij. m. f. Enema.

℞ Fol. Borag. Violar. ana m. j. Polypod. Querc. ℥ß. coqr. in brodio vitulino, colatur. ℥x. add. Mell. Roſat. ℥ij. Vitell. ov. nº. ij. Butyr. Rec. ℥j. m. f. Enema.

℞ Juris Vitulini ℔ß. (j.) Ol. Amygd. d. ℥iij. Butyr. ℥j. Sal. Comm. ʒij. m. f. Enema.

℞ Juris Pulli ℔ß. (j.) Caſs. Rec. Extract. ℥j. Ol. Roſar. ʒij. Sacch. j. Vitell. ov. nº. ij. m. f. Enema.

℞ Fol. Rut. m. j. Flor. Chamom. Sambuc. Summit. Aneth. ana p. j. Sem. Anis. Fœnic. d. Carv. Cumin. ana ʒij. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥x. add. Vin. Canarin. ℥iij. Elix. Propriet. ʒij. Ol. Chamom. ℥j. Succin. ʒj. Aq. Mirab. ʒij. m. f. Enema.

℞ Lact. Coct. ℥x. Mell. Deſpumat. ℥j. Sal. Prunell. ʒij. Butyr. ℥ij. Sal. Culinar. ʒij. m. f. Enema.

℞ Unguent. Potab. ℥iv. Ol. Tereb. ʒiij. Ol. Roſar. ℥viij. m. f. Enema.

℞ Rad. Leviſtic. Imperator. Polypod. a. ʒiij. Fol. Salv. Meliſs. Origan. Matricar. a. mß. Flor. Anthos. Chamom. a. p. ij. Incis. Coq. in Aq. Font. colatur. ℥x. add. Aq. Vit. ℥j. Sal. Succin. ℈ß. Ol. Cumin. Chym.

(seu Anis.) ℈j. Elect. è Bacc. Laur. ʒß. Vitell. ov. nº. ij. m. f. Enema.

℞ Violar. Branc. Ursin. Mercurial. Alth. Malv. a. m. j. Rad. Lilior. alb. Alth. a. ℥ij. Sem. Lin. Fœnugræc. a. ʒß. Sem. Anis. ʒiß. Prunor. Dulc. ℥j. Flor. Melilot. Chamom. a. p. j. Coq. in Aq. Font. in colatur. Solv. Elect. Diaprun. ʒvj. Ol. Lilior. Lin. a. ℥ij. Butyr. Rec. ʒß. m. f. Enema.

℞ Decoct. Intestinor. Vervec. ℔j. Butyr. Recent. ℥ij. Cass. Recent. Extract. ℥iß. Sacch. Rub. ℥j. m. f. Enema.

℞ Flor. Chamom. Melilot. a. p. j. Fol. Rut. m. j. Bacc. Laur. Sem. Fœnic. Sesel. Cymin. a. ʒß. Summ. Centaur. Chamæd. a. m. j. Agaric. ʒj. Furfur. p. j. Coq. in Aq. Font. in colatur. ℔j. Solv. Ol. Chamom. Rut. a. ℥j. Ol. Spic. stillat. ℈j. Mell. ℥j. m. f. Enema.

℞ Fol. Mercurial. Betar. a. m. j. Coq. in Lacte, in colatur. ℔j. Solv. Mell. ℥iß. Tereb. (in Vitell. ov. solut.) ʒij. Ol. Aneth. Chamom. a. ℥j. m. f. Enema.

℞ Decoct. Emollient. ℔j. Cass. ℥j. Mell. Violac. ℥j. Ol. Violar. ℥ij. Sal. ʒj. m. f. Enema.

℞ Vin. alb. ℔ß. Ol. Lin. Amygd. u. a. ℥ij. m. f. Enema.

℞ Ol. Chamom. Aneth. a. ℥vj. m. f. Enema.

℞ Furfur. Hord. a. p. j. Fol. Malv. m. j. Flor. Chamom. p. j. Sem. Carv. ʒj. Coq. in Aq. Font. in colatur. Solv. Cass. Mell. Violac. Ol. Violar. a. ℥j. m f. Enema.

℞ Decoct. Carn. Ovin. ℔ß. Vitell. ovor. nº. ij. m. f. Enema.

SCHOLIA.

Enematum evacuantium tam fortium, quam lenium, quæ, ni longè fallamur, fini medicorum cuivis proposito non possunt non sat esse, catervam numerosam sane, vobis, ex authoribus, exhibuimus: Enemata quidem hìc purgantia solummodo pertractavimus; quandoquidem Enemata immutantia Pars altera vobis opportunior erit exhibendi locus.

Illa intestinorum scybala tam deorsum alliciunt, quam foris eliminant, fæces perinde emolliunt atque sordes ex glandularum

glandularum inteſtinalium orificiis omnimodas etiam eluunt; ac hunc in modum ſecretionem ventralem reſtaurant; hinc ſi fæces minus, præ inteſtinorum ſiccitate, deſcenderint; meatus illa tam lubricant, quam inde fæces exhauriunt.

Hyſtericis ac hypochondriacis, qui cathartica ægre ferre utplurimum ſolent, eo exhibentur, quo natura officio ſuo uſitato non modo non deſit, verum etiam uſque eo ſtimuletur, quo humores ibidem ſubſiſtentes quadantenus exturbentur; quandoquidem etſi ſenſim exhauriant, haud tamen ejuſmodi laborantes omnino enervant: quæcunque enim in craſſioribus inteſtinis comprehenduntur, per ea juxtà tam expeditiſſime atque quam placidè ac imperturbato extrahuntur; ex quo provenit, ut pituita, tanto magis vitrea, quanto magis acida, per ea penitiùs itidem exantletur.

Viſceribus humorum, qui ea impetu quodam adoriuntur ac ibidem gradum ſiſtere minitantur, admodum onuſtis, Enemata eatenus conducunt, ut aliò, præ proritatione ſuâ leni eorundem ſordes alliciant, atque ita morbos pleroſque inſtanter impendentes, maturius injecta, præcidunt.

Quicquid alii opinantur, motum inteſtinorum periſtalticum in vomitione ſymptomaticâ inverti, noſmet, tam experimentis, quam ratione freti, affirmare nulli dubitamus: ac proinde, ni irritatio juxta vehementior atque adverſa confeſtim adhibeatur, evacuatio iſtiuſmodi aliquanto diuturnius eò durare poterit, ut ægrotantium vires exindè perquam imminuantur; quocirca Enemata frequentius hic uſurpata, adverſus motus iſtius ordinem inverſum uſque adeo contendunt, ut ordo id genus inverſus vermiculari uſitato quam ſæpiſſimè ocyùs deinceps cedat; potiſſimum vero, ſi opiata ſub idem tempus intùs præterea ſumantur.

Siqui aquarum vel & liquorum quorumvis quantitatem copioſiorem, quam par eſt, ingurgitaverint, quæ in ventriculo vel inteſtinis moram ſolito magis diutinam faciunt; Enemata injecta, eorundem deſcenſum properanter adurgent: hinc eſt, ut ſi cathartica unquam exhibeantur, quæ officio defuerunt ſuo; per Enemata, procellis inde orituris, maturo conſilio, obviam ire

 poſſumus;

possumus; quæ eò certius effectus sortientur suos, quò constantius in intestinis crassioribus humores nidulari percipiuntur.

Medicis quibusdam consultis solenne hoc est, ut, pridie, nimirum quam Cathartica propinantur, Enemata quamplurimum eà injiciantur, quà intestina postridie melius voto cedant; quandoquidem si intestina scybalis unquam repleantur; illa sunt usque eo maximo, motui peristaltico paulò concitatiori, impedimento; quò resistentiam hanc, conatum hujusmodi vermicularem, admodum infringere experiamur.

Morbis cephalicis, à causa frigida oriundis, idcirco opitulantur, quòd simul irritant, exhauriunt, ac humores, segniter motos, deorsum alliciant, atque aliò derivent; ac dummodo sub idem tempus remedia volatilia simul adhibeantur, morbi somnolenti ac veternosi si minus abigantur, ii tamen multum inde sublevantur.

In mensium seu suppressione sive emansione Enemata adeo erunt usui, ut tam fotûs vice fungantur, quam calorem impertiant ac motum vasorum oscillatorium pristinum refricent ac reponant: ex quibus fit, ut vasa seu arteriæ uterinæ quam ocyssimè exinde elidantur ac recludantur; atque hunc in modum fluxus extemplo denuò coram aderit; qui tamen longè certiùs est futurus, modo sanguinem ab intemperiei vitiis primum expediverimus. Enemata tamen idcirco paulo calidiora nunc injiciantur, tam quod vasa, præ fotu, exinde flexiliora fient, quam quòd liquorum impetui deinceps facilius cedent.

Doloribus infra Ileon subsistentibus, Enemata ut plurimum idcirco subsidio sunt, quod ea, prout usu quotidiano erudimur, quà colon subire quà humores exinde illicò extrudere frequentius experimur: siquidem vero non ultra colon cogi poterint; eam ob rem dolores istiusmodi in Ileo intestinisque tenuioribus fixos, præ Enematibus, inepte injectis, multum invalescere ac intendi posthac, plus vice simplici advertimus.

Quemadmodum in febrium principio nulla atque ista intestinorum per Enemata evacuatio tutior esse poterit; ita quotiescunque nausea, vomendi nixus, oris amarities

marities, appetitûs proſtratio, inteſtinorum quaſi luctæ, bilem ibidem hærere ac cumulari teſtantur; toties iſtam per illa deturbare liceat; utpote cum evacuatio hujuſmodi ſit ſimul tuta, ſimulque leniſſima: motu proinde inteſtinorum vermiculari paulo ex eis concitatiori facto, humorum bilioſorum illuviem anum verſus quam promptiſſimè ac quam commodiſſimè deinceps pelliciemus.

Uti ſcorbuto ſeu malo hypochondriaco fracti, alvo utplurimum idcirco ſunt aſtrictæ, tam quòd inteſtinorum fibræ, præ ſalinâ earum intemperie, fiant paulo rigidiores, quam quòd fæces exinde multum areſcant; ita Enemata perinde fibras iſtas flexiles reddendo, atque fæces humectando, ſpem noſtram ſi minus ſuperabunt, at certè explebunt.

Quandoquidem inteſtini tam recti quam coli canalis renibus, utero, veſicæque uſque eò prope adſit, ut ea tantum non attingat; Enemata proinde, in calculo renum veſicæque (exiguo tamen) in molâ, in ſecundinarum retentione, injecta, eorundem expulſioni quam optimè, ſicut uſus docet, ſuppetias ferent.

Siquidem infantuli, ſenes, ac languidiores & valetudinarii evacuationes cujuſvis ſpeciei ægre, nec impune, ferant; eâ de cauſâ in hujuſmodi, clyſteres in purgantium vicem ideo ſubſtituantur, quoniam, extra virium proſtrationem, humores neceſſario deturbandos ſuaviter emulgent.

In Epilepſiis, perinde tumultus ac ἀταξία, quibus ſanguis impenſiùs ſubindè premitur, quam humorum, cerebrum verſus, impetus ac ῥοπὴ, antiſpaſin non modo utilem, verum neceſſariam etiam plerunque faciunt; quæ per Enemata idcirco eò commodius perficitur, quod his ſanguinis excandeſcentia multo minus exinde quam aliis evacuationibus evehatur.

In dolore iſchiadico, quo ſtimulatio parti affectæ ſeu doloris ſedi propiùs adſit, eò vehementius ac certius impetuoſum humorum influxum, jam nunc ingruentem, aliò derivat; quocirca Enemata vel fortiora, etiam iterata, hic requiruntur; tam quà humores influi extrorſum pellantur, quam quà aliorſum revellantur.

Lumbrici medicamentis amaris quam optimè interficiuntur; quod si, sub idem tempus, lac, una cum saccharo, vel melle, mistum (in quo hydrargyrum aliquandiu infusum fuerit) per anum injiciatur; ii artificio quidem id genus subdolo expeditè deorsum pellentur.

Alvus paulo contumacius aliquoties ante partum adeo constipatur, ut causa hæc fæces prius Enematibus amovere, quam partum exturbare necessitatem nobis afferat; quippe cum eæ tandem de viâ decesserint, partus deinceps minori negotio vel promoveri vel extrahi poterit.

Enematum emolumenta aliquantò accuratiùs usque adhuc in hac diatribâ libravimus: jam superest, ut paucis eorum nocumenta quoque seriò contemplemur. Quanquam igitur Enematum injectiones quandoque periculo vacare videantur, in quamplurimis tamen casibus & temporibus ægrotos in discrimen vel extremum adducere comperiuntur; quotusquisque enim (nisi furat) is est, qui prægnantes Enematibus, ultimis gravidationis mensibus, fatigare suscipiet? Quandoquidem eæ Enemata, præ proritatione, quamvis lenissimâ, haud idcirco impunè ferunt, quod hæc, tam ob onus quam fibrarum atoniam, fœtum refigere valuerint.

Iis, quorum alvus paulò pertinacius substiterit, Enemata, ideo vix vel ne vix omnino prosunt; quia, fæcibus quaquaversùm intestinis adhærescentibus, eis non datur liber introeundi locus; quo in casu, fæcum portiunculâ per instrumenta primum evulsâ; quæ superfuerunt, eas per Enemata injecta, facillime deinde foras pelli experti sumus.

Quandoquidem revulsio nusquam requiratur, nisi quum humores suspiciosè visceribus, imo vel uspiam, insederint; in abscessibus idcirco criticis adeo non ostenditur, ut, miasma venenosum retrocedere cogendo, maturationem non solum perutilem, verum etiam necessariam vehementer perturbet; quamobrem in febribus eruptivis, sive petechialibus sive papillaribus, quoad efflorescentiæ jure merito criticæ habeantur; eatenus medici paulo consultiores à revulsionibus prorsus abhorrent; quæ tamen perquam utiles tum eva-

dunt,

dant, cùm tantâ humorum copiâ onustæ sint partes, ut plures deinceps, nisi cum damno, capere nequeant; ex quo nempe fit, ut residuum adeò sanguini præsit, ut symptomata graviora quamplurima exinde nascantur. Rebus ita se habentibus, cum istud humorum, cuti impactorum, momentum criticum omninò sit; è contra vero, quippe reliquum etiamnum cum sanguine confusum, symptomata vehementia nunquam non producat, ac symptomaticum sit: eis idcirco de causis expulsioni istiusmodi ad cutim criticæ usque adeo, nec ultra, favendum est, ut particulæ noxiæ, in sanguinis sinu reconditæ, nec concitatiùs nec luculentiùs, quam fas est, in cutis glandulas impetum faciant; quinimo efflorescentiæ perinde per alexipharmaca nimirum, ac materiæ reliquæ putridæ quidem per evacuationem aliò derivandæ, eo usque habenda est ratio, quoad utriusque voti, tam expulsionis nempe quam reliquiarum aliò derivationis, (citra virium tamen jacturam vel sanguinis excandescentiam ulteriorem) penitus fiamus compotes; uti fusius jampridem, in tractatu nostro, cui titulus, Criticon Febrium, à p. 140, ad 143. annis abhinc, nempe, præterpropter tribus primùm edito, (at in editione alterâ, à p. 142, ad 145.) de crisi disseruimus. Exempla coram vobis sistere quamplurima difficile haud esset, unicum tamen, è multis quæ supersunt, proferemus; infantulæ, matris suæ deliciis, olim ministravimus; cujus tam urina sedimentum deposuit laudabile, quam petechiæ interpunctæ ac vividæ sparsim apparuerunt; cui nutricula, nobis inconsultis, ut aliquoties, eheu! fieri solet, Enema, solummodo domesticum, præ constipatione, injici curavit; ægrotulam, diluculò, fuisse deliram, cum pulsu myuro, diarrhœâ laborâsse, surdam, lipothymiis ac tendinum subsultibus vexatam fuisse, paulò impensius mirari subiit, quandoquidem illi pridiè sospiti ac re fere integrâ potienti valedixerimus; re tamen penitius perspectâ, ultrà suspicere desivimus; error autem hic, etiamsi minimus, non nisi cardiacis ac vesicatoriis aliquandiu adhibitis, tandem auferebatur; siquidem idcirco ne vel Enemata mehercule in febribus eruptivis perpetuò convenire, palam, ut opinamur, vobis fecerimus; nedum, ab argumento

fortiori,

fortiori, emetica unquam fere tuto in ejusmodi, administrari queunt.

Ventriculi doloribus, quos medicorum turba colicam ventriculi καλαχρηστικῶς appellant, enemata idcirco parum conveniunt, quòd tùm tumultus in istis locis uspiam tum spirituum ἀταξίας commoveant; necnon motum intestinorum peristalticum usque adeo urgent, ut bullas, flatus circumsepientes, nec, præ suâ viscidi-tate vel lentore expulsioni etiamnum habiles, vehementiùs aliquantò musculi comprimant abdominales; quocirca dolores istiusmodi confestim exinde magnopere augescunt: hinc eâdem de causâ contingit, ut Enemata inepte in intestinorum tenuium doloribus etiam injiciantur; quorum phænomenων causa in promptu est; etenim quanto magis intestinalis exagitantur canalis bullæ, tanto magis aër, intus contentus, at circumvallátus, adeo rarescere solet, ut, cum eæ non dissiliant, intestina immensum quantum distendant, ac, siquidem distensionis sensum, dolorem probè nuncupemus, colicas eò graviores idcirco, quo distensiones ejusmodi immaniores sunt, introducere comperiuntur.

Quanquam Enemata, alvo aliquantò constipatiori, mitiora, in hæmorhoidum fluxu exinde injicere liceat; quòd sublatâ causâ, astrictione nimirum, tollatur effectus, fluxus scilicet; fortiora tamen nunc adhibere ridiculum sane esset, utpote quæ, præ jugi eorum proritatione, validiori quidem; vasa renitentia licet, jamdudum tamen aperta, ampliùs dehiscere, vi pertraheremus.

Fœmellis ternum quaternúmve gravidationis mensem feliciter emensis, Enemata idcirco parum conferre reperiuntur, quòd ea fœtum glandulis uteri, propter hepar uterinum, nimirum, intermedium, exiliter solummodo etiamnum fixum, quam facillimè excutere valuerint.

In herniis, enterocele nimirum, clysteres hi audacter injiciunt, illi vero ab eis abhorrent; controversia vero, cum parvi æstimetur, hunc in modum solvi poterit; quandoquidem Enemata mitiora fæces non solum foris eliminent, verum, cum eæ locum paulo ampliorem detineant, etiam cavitatis spatium, quo intestina

ſtina facilius reponi poterint, dilatent; ejuſmodi tutò immitti poſſunt; à fortioribus autem medici conſultò nunc abhorrent, quoniam, ab illorum injectione, proritatio uſque adeo vehemens eſt, ut, pleniùs inſpirando, quà ejiciantur recrementa, thoracis capacitatem quaquaverſum ampliando atque animam tantopere comprimendo, abdominis ſpatium egregie exinde minuitur ac proin inteſtina non poſſunt non cum impetu quodam ex foramine, ſi minus rupto at laxato ſaltem, tandem proruere.

Quandoquidem obſervavimus olim evacuationes qualeſcunque inter criſin cautè, præcipue ubi ordinem à naturâ præſtitutum immutandi, quidpiam periculi eſt, adhibendas eſſe; quocirca conſulto naturæ molimina conſtanter priùs præſtolemur, quam illam, vel invitam, ſtimulemus unquam. Cum exacerbatio autem ſit periodi quaſi propylæum ſeu veſtibulum, nec etiamnum conſtet, quo natura verget; idcirco Enemata ſub periodorum initia, ſive febrium intermittentium ſive remittentium, caute adhibeantur; neque adhæc ſub ſtatum, propter cauſas eaſdem, injiciantur Enemata; quanquam enim alvum emiſſarium humorum haud intutum eſſe omnino perſuaſos nos habeamus; quinimo febres ocyùs ſeceſſibus quam diaphoreſi frequentiùs cedere novimus; verum tamen Enemata importunè injecta, cum humores forſan aliò vel nunc tendant, vel jam verſuri ſint, naturæ conatus ac niſus perturbando, tumultus ac *ἀταξίας* ſæpenumero infanda exuſcitare ſolent: quamobrem licet in evacuationibus criticis, neceſſe ſit, in promotione toti ſimus, quippe quæ excernuntur toto genere præter naturam ſeu noxia ſunt; humorum tamen *ῥοπὴν*, evidenter utilem, aliò inconſultò derivare, praxis eſſet quam peſſimè quidem inſtituta.

Supra notavimus, Enemata hæmorrhoïdibus fluentibus idcirco obfuiſſe, quod vaſa jamdudum eroſa, aperta vel rupta, amplius irritando, patentiora hoc pacto efficeremus; eo de nomine procul omni dubio dyſenteriæ clyſteres purgantes nocumento erunt; quamobrem in hocce morbo eâ de cauſâ ab eis noſmet omnino contineamus.

Quotieſ-

Quotiefcunque proritationis causa, paſſionem Iliacam introducens, ab inteſtino uſque recto initium ſumat, toties Enemata ingerere ſupervacaneum omnino eſſet; quandoquidem ob inverſi inteſtinorum motus vehementiam ocyùs aliquantò ſurſum, atque adeo vel in ipſum ventriculum, raperentur, ac proinde confeſtim exonerarentur.

Ubi fæces inteſtinis unquam craſſis firmiùs aliquanto quibuſvis de cauſis affigantur, Enemata idcirco ibi proderunt, quod eas rurſus certò refigent; cæterum cum recrementa inteſtinis tenuioribus pertinaciter adhæreſcant, tum Enemata adeo non proſunt, ut maximoperè quidem ægrotos offendant; quamobrem oleoſa in hoc caſu per os exhibita in Enematum locum probè ſubſtituuntur; quæ, cum adhæſionem paulo pertinaciorem tandem aliquando amolitæ ſint, Catharticis deinde poſthac adhibituris viam longè faciliorem ſternunt.

Quemadmodum thoracis interioris ſpatium magnopere præ ſepti tranſverſi, in abdominis cavitatem, deſcenſu, ampliari aſthmaticis ſolenne ſit; ita thoracis, ob Enematum injectionem, cavitas viciſſim minuitur; quibus de cauſis, cum Enematum uſus in iſtiuſmodi ægrotis reſpirationi paulo liberiori impedimento ſit, utpote quæ ſpatium iſtud, non utile tantum, quin neceſſarium etiam, nimium adimpleant; idcirco nè diutius unquam, in alvis aſthmate decumbentium, quam ubi fæces emolliverint, moram faciant.

Siquando humorum exhauſtio paulò validior neceſſario requiratur, quæ tamen, ob adverſam ægrotantium valetudinem, probe ſuſtineri nequeat; Enemata tum frequentius injicere apud medicos inceſſit mos; his, nimirum, de cauſis, quippe cum emetica pariter ac cathartica humores ἀθρόως ac confertim nimis, ſecus quam Enemata, ſurſum ac deorſum omnino deturbant, quos iſta tamen perinde ſenſim ſine ſenſu, quam citra virium jacturam, efficaciter exhauriunt.

Si Enemata paulo, ſolito, fervidiora injiciantur, inteſtinorum tunicas erodunt, inflammantque; ac tandem vel ipſam gangrænam inferre poſſunt; ſin frigidiora, humorum ac ſanguinis in orbem motui ponunt obicem;

cem; quocirca Enematum liquamen non magis calefiat, quam, ut, genis vel metacarpio, veſicâ interjectâ, admotum, aliquandiu leviore cum negotio ibidem ferri poterit.

Quandoquidem ita more comparatum ſit, ut quo ventriculus paulò vehementius, quam æquum ſit, prematur, eo ſarcinam ſuam certiùs evomere ſoleat; ita, hâc nimirum de causâ, providendum eſt, ne in vomitione ſymptomaticâ clyſteres ultra uncias octo unquam alvo injiciantur; quippe cum inteſtina craſſiora, præ liquoris injecti copiâ, tantoperè inflentur; tum ventriculus tam infernè per Enematis copiam, quam deſuper ob muſculos abdominales paulò impenſiùs imò adeo comprimitur, ut ne quid liquaminis ultra retinere quiverit, cum hoc pacto motus ipſius periſtalticus non poteſt non exinde inverti.

Medici, experientiâ ſolâ edocti, lumbricos per Enemata dulcia ad anum uſque jugiter allici; ac deinde per amara tam infernè injecta, quam ſupernè devorata poſthac interfici, jampridem ac multis ante ſæculis nobis tradiderunt; ſiquidem idcircò cautelæ iſtæ veræ, vel apud omnes, etiamnum habeantur: quidni, & antiquorum ſententiis, vetuſtate firmatis, morem expeditè geramus?

Quandoquidem jamdudum advertimus, medicos alvum prius ſolvere, ac ſubducere quam carminantia remedia exhibere, cautelæ hujus denuò vos commonefacere nullius eſſet loci.

Quotieſcunque colocynthidem unà cum cæteris pharmacis, ex quibus Enema conflandum ſit, commiſcere avent ulli; medici ſagaciores eam, in petiâ ſuſpenſam, idcirco coquere jubent, quod, cum particulis conſtet paulo acrioribus, inteſtina alioquin egregie vellicaret, ſi minus eroderet; quemadmodum igitur acriora, qualia, ſunt colocynthis, ſal gemmæ, cum multis id genus aliis, non aliâ de causâ, quam irritationis ergo, cum Enematum liquore commiſceantur; ita remedia obvolventia tunc unà adhibere ineptum eſſet; tum idcirco ab oleoſis omnino temperandum eſt.

Inter Enematum nutrientium uſum cautelæ ſequentes paulò exactius obſerventur, primò, alvus Enemate laxante

laxante priùs subducatur ac à fæcibus expurgetur; 2do. componantur ex brodio, vitellis ovorum, vino canarino, cæterisque nutrimentis id genus euchymis; 3tio. quandoquidem ista, quamdiu poterint ægroti, retinenda sunt, idcirco remedia acriora seu irritantia tum prorsus evitanda sunt; 4to. ad quantitatem sat largam eò, exhibeantur quò ad colon ac simul lactea istic sita pertingant; 5to. clystere nutritivo injecto, somno saltem quieti posthac indulgeant.

Ex *Helvetio* ac *Baglivio*, Enemata febrifuga, præcipue ex corticis decocto conflata, toties injiciantur, quoties rejiciuntur; ac eatenus in injectionis usu persistamus, quoad febris penitus evanescat; hæc tamen notatu digna sunt, eâ quantitate injicienda, quâ ad colon usque vehantur; quoniam lactea ibidem dehiscentia liquorem in sanguinem confestim importabunt, & hâc porro de causâ fit, ut in copiâ sat largâ ea semel injicere cogamur: quinetiam declinante paroxysmo ejusmodi injicere incipiamus; at de his fusius posthac agemus.

Gabelchoverus, *Obs. C.* 1. *Curat. Anatom.* 62. Cautelas sequentes super Enematibus nobis inculcat; 1. Enema catharticum non ultra horæ dimidium retineatur; 2. Inter injectionem, ægri lateri incumbant dextro; (uti etiam *Fernelius* ait, " *In latus*, nimirum, " *dextram decumbenti facilius*, *celeriusque subit*, *sursumque excurrens intestina proluit*. *L. de meth. med.* " 3. *C.* 2. *n*o. 40.) 3. Sensim ac pedetentim injiciantur; 4. Injecto Enemate, at incassum, seu alterum confestim injiciatis, seu glandem intrudatis. Addit *Fernelius*, " Hoc diutius subsistente potest laborans cibum sumere, aut huic etiam si volet indormire: " nam postea licet non syncerus, ingenti tamen fœnere redditur.

Corollarium.

Enema laxans.

℞ Decoct. commun. pro Clysterib. emollient. ℥xij. Syr. Violar. ℥iij. Terebinthin. (ovi vitello solut.) ℥ß. m. f. Enema statim injiciendum.

OBSER-

OBSERVATIONES.

In quamplurimis capitis morbis idcirco clyſteres injiciuntur, quippe quam ſæpiſſime contingere ſoleat, fæces, in recto defixas, ramos vaſorum iliacorum tantopere premere, ut ſanguinis ad terminos inferiores curſum quadantenus impediant; quamobrem uſu fit, ut partes ſupernæ eò magis oppleantur, quò magis rami premantur iſti; quocircà tali in caſu, Enema emolliens omnino neceſſarium eſt; nam inteſtinis à ſarcinâ ſuâ gravi tandem ità liberatis, ſanguis deinceps pro ſolito more rurſus ex æquo, ultrò citróque circumgyrari cernitur: hiſce de cauſis egregie phrenitidi ideo proſunt, quoniam fæces non ſolum exinde molleſcunt, verum clyſter etiam quivis emolliens, quandoquidem in inteſtinis aliquandiu commoretur, in fotûs vicem ſubſtituitur; ac proinde tunicas ibidem relaxat: vaſorum ac inteſtinorum tunicis ita laxatis, fluida longe copioſius in eis nunc quam antè pelluntur in orbem; ex quibus fit, ut cæteræ, ſuperioris ſpeciatim regionis, partes onus excutiant ſuum; necnon deliria hoc eodem onere, tanquam causâ ſui præcipuâ, ſuffulta, ſeu ſenſim ſive confeſtim poſthac evaneſcunt; dummodo tamen ſub idem tempus tam victus refrigerans ex juſculo nimirum avenaceo, ſeu panatellâ, &c. quam remediâ ejuſmodi, ex ſale, nempè, prunellæ cum julapiis miſto, &c. exhibeantur; ac ii à lecto interim arceantur; necnon etiam in erectâ perpetuò ſedeant poſturâ; in hoc rerum ſtatu, vix fingi poteſt, quantò poſtura erecta horizontali præeat! quorum cauſa cuivis, rem paulò accuratius ac attentius expendenti, manifeſto conſtabit; quippe ſanguinem velocius vel lentius, furſum vel deorſum, ultrò citróve, quà motui poſtura ſubſidium ferat, circumrotari certo ferè certius eſt, quemadmodum in menſium fluxu immodico palam fit; quamdiu enim ejuſmodi in erectâ ſedent poſturâ, tamdiu longe cumulatius ſolito fluxus emanare ſolet; è contrario tamen, fluxus à poſturâ horizontali ſenſim continuò minuitur.

Hujuſmodi Enema renum calculo idcirco conducere valebit, quod, cùm in ureteribus fotûs vice fungatur,

eos egregie laxet; ureteres, usque adeo exinde laxati, extraneo cuivis corpori impellenti faciliùs deinceps cedent, atque quicquid ibidem substiterit, posthac confestim exturbabitur; quoties hoc cum eventu prospero in renum calculo peractum novimus!

Visceribus inflammatis, ac intestinorum doloribus idcirco suppetias ferunt, quod perinde discutiant, (tantum enim secundario refrigerant,) atque relaxent; cum *Ballonius* igitur *Ischuriam* memorat, quæ febribus ardentibus frequentius comitatur, quam etiam *Hypogastrii* doloribus contorsivis stipatam nuperrimè vidimus; clyster ejusmodi dolori huic prodesse poterit, quoniam cum dolor iste sit plerunque spasmodicus, cui clyster idcirco præsidio erit quod partes valdè tensas adeo relaxet; qui tamen ab enemate, cui opii grana aliquot adjiciuntur, multo proculdubio efficacius mitesceret; uti in ægroto jam memorato experti sumus.

In thoracis morbis ejusmodi Enemata sæpe proderunt; quippe cum inspiratio difficulter, imo vix vel ne vix interdum, peragatur; respiratio pro impedimenti hujus modulo magis vel minus libera, ac proin intestinorum exoneratio eâ ratione magis vel minus utilis erit; thoracis enim spatium maximopere exindè ampliabitur; nihilominus tamen hæmoptoi, ex hoc egregie obsunt, quòd cum necesse sit ejusmodi altum agant silentium, nosmet ab omni medicinæ genere, quæ tum thoraci vim inferat, omnino contineamus, ni impensius unquam indicetur; quapropter, ni alvus à stypticis, hæmoptoës gratiâ introsumptis, nimium constipetur, ab Enematibus prorsus abhorrent medici.

In hæmorrhoidum dolore Enemata relaxantia ac oleosa apprimè conducunt; quocirca in hæmorrhoidum internarum dolore *Sydenhamius* oleum lini, tepescens, injiciendum curat; quod perinde fæces emolliat, atque intestina propemodum tensa discingat; humores adhæc acres obtundendo, dolores istiusmodi leniat: observatu porrò dignum est, quod ni fistula, pulli intestinulo, jugiter obtegatur; intestinis admodum illa inflammatis alioquin erit incommodo.

Quanquam Enemata dolori colico notho damno sint, ea tamen vero plerunque quam maximè conveniunt;

niunt; ex eo quod flatus, in coli cellulas conclusos, deorsum pelliciant: cæterum & hoc cum delectu à vobis adverti volumus; quoniam colicas, vel veras, ab Enematum usu magis aliquoties intendi, nec insuetum neque novum est; brevi autem, ut scrupulum ex animis vestris hunc eximamus, ita se res habet; quotiescunque coli valvulæ superiores flatibus scatent, imo quoties inferiores ipsæmet adeo tenduntur, ut, in immensum, auctâ medii cellulæ cujusvis diametro, valvularum utrinque sitarum extrema parietesque ex hoc sibi propius invicem accedant, fræno ibidem interjecto, parum elongato; toties flatuum omne undequaque impeditur effugium: quicquid autem, in hoc rerum statu, remedii sive per os sive per anum adhibeatur, quod præ calore suo potentiali seu actuali flatus solummodò rarefaciat, dolor adeo non exinde mitescit, ut geminato potius augescat impetu; quod si medicamen fibras efficaciter retendens exhibeamus, unà cum remedio quod motum vermicularem simul paulò validius stimulare poterit, vomitiones compescimus, dolores lenimus, necnon flatuum præterea fomitem strenuè deturbamus, ac demum ægrotos propemodum vitâ donamus.

Hieronymus Mercurialis, l. 2. *consult. consil.* 48. *p. m.* 123. Clysteres laudat, ubi humorum copia indies coacervatur; quam sententiam ut meliusculè capiatis, ita prorsus existimamus; quoties homines sese cibis ingurgitaverint, vitam autem agunt apprimè desidem, toties humores paulo cumulatius, quam fas est, congerere solent; qui cum longè tutius evacuari quam retineri debeant; qui porrò minori cum damno per Enemata quam per aliud quodvis remedii evacuatorii genus extrudi idcirco possunt, quod hæc confertim, illa tamen, iteratò licet, leniter ejusmodi deturbent: ita est, ut humorum per anum exclusionem si non magis, at perinde nostræ ac *Italicæ* regioni, quam optime competere reperiamus.

In lethargo vel apoplexiâ, clysteres ex remediis paulo acrioribus omnino conflanda sunt; quinimò, ex quorundam sententiâ, alvum usque eò stimulari convenit, quò sanguinem è mesentericarum inferiorum aliarumque arteriarum ramulis copiosè eliciant; metho-

dus hæc licet nobis arrideat, ista tamen eximii D[ris]. *Cole*, quâ sanguinem vel interdum ad uncias sexaginta semel extrahere solebat, cum huic longè anteponatur, clysterum insuper injectioni opem feret.

Tam molas quam secundinas Enematum auxilio jamdudum feliciter extrusimus; quæ neque per emetica neque per cathartica, neque per obstetricis manum expelli vel extrahi debent, nisi necessariò requiratur.

Siquidem ergo clysteres, de virtutibus eorum, à se invicem longe dissideant, circa Enematum carminantium, nutrientium, astringentium, anodynorum, cæterorumque usum, posthac opportunior dabitur differendi locus.

Enema Emolliens.

℞ Decoct. Commun. pro Clysterib. Emollient. ℥x. Syr. Violar. Mell. Mercurial. ā. ℥jß. m. f. Enema statim injiciendum.

OBSERVATIONES.

Siquidem Enema hoc ab *Enemate laxante* parum discrepet, idcirco nec alias virtutes possidere poterit; quamobrem uti pensum in Enemata purgantia præscriptum aliquantò accuratius absolvimus, de glandibus deinceps dicemus.

Cap. IV.

Glandes (Suppositoria.)

Fortiores.

℞ Colocynth. ℈ß. Agaric. ℈j. Sal. Gemm. ʒß. Hier. Picr. ℈ij. Mell. Coct. q. s. m. f. Glandes.

℞ Sapon. Venet. ʒj. (vel q. s.) Diagryd. ℈ß. (j.) Sal. Commun. ʒj. m. f. Glandes.

℞ Agaric. Trochiscat. Pulv. Hier. Picr. ā ʒj. Aloes Rosat.

ſat. Pulv. ℈ij. Mell. Deſpumat. & Coct. q. ſ. m. f. Glandes.

℞ Sal. Culinar. ʒjß. Spec. Hier. Picr. ʒß. Mell. Coct. q. ſ. m. f. Glandes.

℞ Pulv. Fol. Senn. ʒjß. Sal. Culinar. ℈j. Butyr. Salit. q. ſ. m. f. Glandes.

℞ Mell. Commun. ℥ß Spec. Hier. cum Agaric. ʒj. Fell. Taur. inſpiſſat. ℈j. m. f. Glans.

℞ Stercor. Mur. ʒj. Pulv. Rad. Hellebor. alb. ℈j. Mell. Crud. q. ſ. m. f. Glans.

℞ Aloes, Myrrh, ā ℈ß. Succ. Abſinth. inſpiſſat. Fell. Taur. inſpiſſat. ā ℈j. Mell. q. ſ. m. f. Suppoſitorium.

℞ Suppoſitorii cujuſvis ſupra præſcripti q. ſ. illinatur oleo Diacolocynthidos & aſpergatur Sale Cathartico amaro, imo vel Sale Armoniaco, Gemmæ, vel alio quovis remedio acri ac ſtimulante f. l. a. Suppoſitorium.

℞ Pulv. Rad. Pyreth. Troch. Alhand. ā ʒß. Sal. ʒj. Mell. q. ſ. m. f. Glandes nº. ij.

℞ Rad Pyreth. ʒß. Spec. Hier. Coloc. ā gr. xv. Mell. Coct. (cum Sal. Gemm.) q. ſ. m. f. Glans.

℞ Pulv. Mechoac. ℈ij. Helleb. n. gr. x. Mell. q. ſ. f. Glans.

℞ Nitri, Sal. Armon. ā ʒj. M. P. Rud. ʒj. Mell. Coct. ℥ß. Ol. Succin. q. ſ. m. f. Glans.

Leniores.

℞ Alum. Pulv. q. v. Album. Ovor. agitat. q. ſ. ut f. Paſta, m. f. Suppoſitoria pro ætatis modulo. *Bataus.*

℞ Alum. ʒij. Sal Commun. ʒj. Mell. Deſpumat. ℥ij. Coqʳ. in duritiem ſufficientem, m. f. Glandes.

℞ Sterc. Mur. ʒj. Mell. Crud. ℥j. m. f. Suppoſitorium.

℞ Pulv. Sem. Cumin. Carv. ā ℈j. Nitri cum Antimon. fixat. ʒß. Mell. Elect. è Bacc. Laur. ā q. ſ. m. f. Suppoſitorium.

℞ Butyr. ℥j. Sal. ʒj. Vitell. Ovor. q. ſ. m. f. Suppoſitorium.

SCHOLIA.

Propter usûs identitatem seu unitatem fere, Glandes enematibus subjunximus; quæ anum irritando, enteroceli idcirco conveniunt, quod fæces leviori cum negotio promoveant; etenim enemata, cum, intestina replendo, parietes eorum paulo magis solito distrahant, nec non expulsionis molimen adaugeant, herniosis male quandoque cedunt; ideo quia nemini ignotum est, quòd eo magis istiusmodi conamina crescunt, quo magis intestinorum parietes à se invicem distent.

Infantulis quam sæpissime adhibentur, quippe qui enemata usque adeo retinere nequeunt, donec expulsioni præcipiamus: hinc fit, ut eorundem anis uvam passulam, amygdalam excorticatam, betæ radicem rasum, saponem castiliensem in *Magdaleonem* formatum felici cum eventu utplurimum intrudamus.

Siquando in alvo constipata cathartica prius incassum adhibuerint medici, imò vel quotiescunque fæces usque adeo induruerint, ut enemata nequaquam introduci queant; vel demum ubi clysteres voto prorsus haud convenerint nostro, Glandes jugiter in eorum substituantur vicem; utpote quæ, præ levi suâ, nempe, proritatione, humorum nonnihil ex cerebro, ac thorace, præcipue vero ex intestinorum canali quadantenus eliciant; quandoquidem eæ catharticorum instar, parum (imo longe) tamen infra, propositam attingant metam. Cum hæmorrhoïdum fluxus sit idcirco salutaris, quod sit humorum nocuorum exterminatio ac naturæ molimen, quod criticum haud immeritò nuncupatur; quoties igitur periodica istiusmodi humorum exinanitio, de more ac instituto suo antiquo, pro voto nostro prospere non eveniat: Glandes, ex medicamentis paulò acrioribus conflatas, ac ano intrusas, Suppressionem hanc, si naturæ minus inimicam, ancipitem tamen, efficaciter recludere reperiemus. Quandoquidem lumbrici, ascarides dicti, quasi in extremo intestini recti maxima ex parte moram faciant, Glandes idcirco quam aptissimè componuntur, quæ eas per nutrimenti simulationem interficere possunt: quamobrem nonnulli mercurium vivum cum saccharo crystallino ac o-

lei

lei paxillo, in globulos atomorum inſtar, diviſum, ac unà cum axungiâ porci miſtum, in Glandes compingunt; eaſque ſubindè, cum emolumento, recto intrudunt; quoniam ita, refectionis ritu perinde doloſius ac certius aliquanto interimuntur.

Quantumvis ejuſmodi formulas uſui ſubinde nobis modò fuiſſe demonſtravimus, eas tamen ægrotis paulò apertius officere quam convenire, cuivis, vel leviter advertenti, ex ſequentibus, extra omnem dubitandi ponemus aleam; quamobrem gravidis geminâ de causâ Glandes obſunt, perinde nimirum, quia nimium os uteri internum, quinimo uterum ſæpius ipſum, atque inteſtinum rectum, utero præterea vicinum, irritant; & quemadmodum irritatio ne partibus quidem inflammatis, neu ulceratis, neu demum vaſi rupto, eroſo neu aperto idcirco conducere comperiatur, quòd partibus inflammatis, (quidni ergo & hæmorrhoidibus cæcis) ſolenne ſit, ut quo magis moveantur, eo certius augeſcant; quòd ulceribus (quocirca & ani ſive fiſſæ ſive ulceratæ) uſitatum hoc ſit, ut quo aſperius tangantur, eò magis increbreſcant; quòd in hæmorrhoidibus fluentibus obtineat, ut eo magis emanent, quo vehementiùs vaſa ſtimulentur; ita, quod demonſtrandum erat, id vobis palam fecimus.

Glandes ſint tres quatuorve uncias longæ, nec ultra; quoniam ſphinctere recti non altius pertingere debent; ſint etiam digitum eorum, quibus adhibentur, minimum craſſæ; pulveres demum commiſcendi, ſint tenuiſſimè lævigati, alioquin anus, cum ſit membranoſa, ac proin haud parum ſenſilis, eorum angulari figurâ nimium irritaretur, ſi minus tandem exulceraretur.

Quantum ad Glandes opiatas authores nobis inculcant; ut in eis opij quantitas grana tria, quatuor vel ſex ad ſummum non exuperet; adhæc ut non ultra horæ dimidium ejuſmodi Glandes retineantur; ſiquidem ergo de Glandibus hucuſque ſat abundè diſceptaverimus, receptui canamus.

Quandoquidem eximius vir Glandes perrarò præſcripſerit, eaſque ſub *Suppoſitorii vulgaris* titulo contexerit; nobis non conſtat, nec multum forſan referet, quale id fuit, cui ſe magis conſueverit.

CAP.

Cap. V.

DIAPHORETICA.

Fortiora, Calida.



Sal. Absinth. gr. x. Sal. Card. bened. gr. xij. Sacch. Cryſtall. ℈ß. m. f. Pulvis.

℞ Aq. Puleg. Epileptic. Lang. ã ℥jß. Menth. ℥ß. Sp. Sal. Armon. gtt. xx. Conf. Alcherm. ℈j. Syr. Caryoph. ʒij. m. f. Hauſtus.

℞ Sal. Absinth. Sal. Vol. Armon. ã gr. iij. Zinzib. gr. xij. Sacchar. Cryſtall. gr. x. Ol. Caryoph. gtt. j. m. f. Pulvis.

℞ Conf. Fracaſtor. ſ. m. ʒj. Antim. Diaph. ℈i. Croc. gr. x. Sal. Card. b. gr. vj. Aq. Mirab. ℥jß. m. f. Hauſtus.

℞ Theriac. Androm. ʒj. Sal. Vol. C. C. gr. iij. Sal. Abſinth. ℈ß. Ol. Cinnam. (in Sacch. ſolut.) gtt. ij. Aq. Card. b. ℥iij. Sp. Croc. ℈ij. m. f. Hauſtus.

℞ Aq. Card. b. Flor. Sambuc. ã ℥jß. Sp. Theriacal. Camphorat. ʒj. Sp. C. C. gtt. vj. Antim. Diaph. ℈j. Syr. Croc. q. ſ. m. f. Miſtura.

℞ Antim. Diaph. Cinnab. nativ. ã ℈ß. Sal. Vol. C. C. gr. vj. Decoct. Guaiac. ℥vj. m. f. Miſtura.

℞ Aq. Lact. Alex. ℥iij. Sp. Theriacal. ʒjß. Miſtur. ſimplic. ℈ij. m. f. Miſtura.

℞ Fol. Chamædryos, p. ij. Coq. in Vino, m. f. Miſtura.

℞ Sal. Vol. C. C. ʒß. in Vino Calido.

℞ Pulv. Pannon. Rub. ʒß. Sal. Vol. C. C. gr. v. m. f. Pulvis.

℞ Aq. Lact. Alex. ℥iv. Theriac. Androm. ʒjß. Antim. Diaph. ℈ij. Camphor. gr. iv. Syr. Croc. q. ſ. m. f. Miſtura.

℞ Aq. Lact. Alex. ℥iij. Dris. *Stephani* ʒiv. Ol. Succin. (in Sacch. ſolut.) gtt. xv. m. f. Miſtura.

Huic

Huic Diaphoreticorum Classi sequentia referuntur.

Ex *Pharmacopœïâ Londinensi.* Aq. Bezoartica. ʒj. ʒiv. Confect. Alkerm. ℈j. ʒij. Spec. Diacinnam. ℈j. ʒj. Confect. Fracastor. ℈j. ʒjß. Elect. de ovo ℈j. ʒjß. Extract. Bezoartic. ℈j. ʒß. Pulv. lætificans ℈j. ʒj. Mithridat. ℈j. ʒjß. Pleres-Archonticon. ℈j. ʒj. Pulv. Bezoartic. Magistral. ℈j. ʒj. Pulv. è Chel. c. ℈ß. ʒj. Pulv. Saxonic. ℈j. ʒj. Sal. Absinth. (ac aliarum herbarum amarulentarum) Volat. gr. j. x. Spec. Diambræ, Diamoschu dulc. Diamoschu Amar. Dianthûs ℈ß. ʒß. Theriac. Androm. ℈ß. ʒj. ʒjß. Troch. Alexiter. ℈j. ʒß.

Ex *Pharmacopœïâ Bateanâ.* Aurum Mosaicum, Dos. gr. x. xij. Antimon. Diaphoretic. ℈j. ʒj. Ceruss. Antim. ℈j. ʒj. Cerussæ Martis ℈j. ʒj. Cinnab. Antimon. ℈ß. ℈j. Crocus Jovis. gr. iv. x. Decoct. Ambrosian. ℔ß. Decoct. Ulmi ℔ß. Flor. Antim. gr. ij. iv. Flor. Benzoin. gr. v. xij. Flor. Sal. Armon. gr. v. xv. Jupiter Diaphoreticus gr. iij. x. Jupiter nitratus gr. iij. x. Lapis Contrayerva ℈ß. ʒß. Lap. de Goâ ℈ß. ʒj. Mars Diaphoretic. ℈ß. ℈j. Nitrum Cachectic. gr. vj. xx. Ol. Camphor. gtt. x. xv. xx. Panacæa Hartmann. gr. x. xx. Phosphorus ℈ß. Pil. *Matthæi* ℈ß. &c Pulv. alb. ℈ß. ʒj. Pulv. Cantian. rub. vel nig. ℈ß. ʒß. Pulv. Pannonic. ℈j. ʒj. Sal. Armon. Vol. gr. iij. x. Sal. Vol. Oleos. gtt. x. xxx. Sal. Philosophor. gr. iv. xij. Sal. Tart. Vol. gr. x. xxx. Sal. Viperar. Volat. gr. vj. ℈ß. Sal. Urin. Vol. gr. xv. xx. Sedativum Archæi Spir. Camphoræ ℥ß. Spir. Cochlear. gtt. x lx. Spir. C. C. Succinat. gtt. v. xxx. Spir. Dracuncul. ℥iv. Spir. Sal. Armon. gtt. x. xij. xx. Spir. Sal. Armon. Tartarisat. gtt. x. xxx. Spir. Sal. Armon Succinat. gtt. x. xxx. Spir. Sal. Armon. Chalybeat. gtt. v. xx. xxx. Spirit. Sambuc. Cochl. j. ij. Spir. Sanguin. gtt. x. xx. xxx. Spir. Vin. Succinat. Cochl. j. ij. Spir. Theriacal. Camphorat. ℈j. ʒj. Spir. Viperar. gtt. iv. x. Tinct. Bezoartica ʒiij. ℥j. Tinctur. Guaiac. ʒvj. ℥jß. Tinct. Sassafras Cochl. j. ij. Tinct. Virginian. ʒj. ʒiij.

Ex *Pharmacopœïâ Fulleri.* Bolus Cardiacus ʒj. Bolus Sudoriferus ʒj. Decoct. Fracastor. ℥iv. Decoct. Sacr. Cochl.

Cochl. ij. iij. Decoct Sanct. ℥iv. Elect. Spirituos. ʒj. ʒjß. Haustus Alexipharmac. ℥iv. Haustus Amar. ℥iij. ℈j. Haust. Diaphoret. ℥iv. ʒj. g^r. xij. Haustus Febrifug. ℥iv. &c. Haustus è Salib. Volat. ℥iv. ʒiij. Julap. Volat. ℥v. Mistur. Volat. Coch. j. Pilul. Alexiter. ℈j. Pilul. Diaphoretic. ℈j. Pulv. Alexipharmac. ℈j. Pulv. Bezoartic. nost. ℈jß Pulv. Contrayerv. composit. ℈j. ʒß. ℈jj. Pulv. Diaphoretic. ℈j. Pulv. Epidemius ℈j. ℈ij. Pulv. Pestilential. ℈j. Pulv. Theriacal. ℈j. ʒß. Sp. Vin. Camphorat. cum Sp. Sal. Armon. ℈j. ʒj. Syrup. de Sassafrâ Cochl. j. ij. Syr. Theriacal. Cochl. ij.

Mitiora, Media.

℞ Lap. Bezoar. Orient. ℈ß. Marg. pp^t. gr. xvj. Spec. Conf. de Hyacintho gr. v. Nitri Purif. ℈ß. Sacch. Cryſtall. ℈j. m. f. Pulvis.

℞ Terr. Sigillat. Bol. Armen. C. C. C. ā ℈ß. Pulv. Rad. Petasitid. ʒß. m. f. Pulv.

℞ Acet. Flor. Calend. ʒiij. Aq. Scord. Lact. Alex. ā ℥j. Antim. Diaphoret. ℈j. m. f. Haustus.

℞ Diascord. Fracastor. ʒj. Sal. Card. b. ℈j. Aq. Theriacal. ℥ij. Ol. Vitriol. g^tt. vj. m. f. Haustus.

℞ Sal. Commun. ʒj. Acet. ℥iij. m. f. Haustus.

℞ Aq. Theriacal. ℥ij. Succ. Citri ℥ß. Sal. Card. bened. ℈j. m. f. Haustus.

℞ Bezoar. Mineral. gr. xv. Sal. Prunell. ℈j. Sacch. Cryſtall. q. s. m. f. Pulvis.

℞ Terr. Sigill. ℈ij. Troch. Viperin. ʒß. Acet. Bezoartic. Aq. Thriacal. ā ℥j. m. f. Haustus.

℞ Aq. Card. Bened. Borag. Acetos. ā ℔j. Succ. Citri. Syr. Acetosi. Citri, Rob. Ribes. r. ā ℥j. Ol. Sulph. q. s. m. f. Apozema.

℞ Sal. Febrifug. (ex Salis Armoniaci capite mortuo resid.) ʒß. Antimon. Diaphoret. ℈j. Marg. pp^t. ℈ß. m. f. Pulvis.

℞ Aq. Verben. Trifol. Fibrin. Beccabung. ā ℥ij. Ror. Vitriol. ℥j. Tinct. Rosar. ℥ß. Syr. Corall. ℥jß. m. Capt. ℥iv.

Huic

Huic Classi sequentia referuntur.

Ex *Pharmacopœiâ Londinensi.* Acetum Theriacale. Cochl. ij. iv. Acetum Theriacale Norimberg. Cochl. ij. iv. Aqua Limonum. ℥j. iv. Aqua Theriacal. ℥ß. ℥ij. Confect. de Hyacinth. ℈j ℈ij. Species cordiales temperatæ ℈j. ʒj. Spec. Diamargarit. frigid. ℈j. ʒj.

Ex *Pharmacopœïâ Bateanâ.* Alumen Febrifugum. ℈j. Antifebrile Conchar. ʒj. Aq. Stimmios Sulphurea (Dosis ea, quâ vehiculum acescat) Arcanum Joviale. gr. iij. viij. Aurum Fulminans gr. iij. iv. Bezoar. animale gr. vi. xx. Bez. Joviale gr. iii. vj. Bez. Lunar. gr. vj. xij. Bez. Mineral. gr. vj. xv. Bez. Solar. gr. iij. viij. Mixtur. simplex ℈j. ʒß. Sal. Aceti Essential. gr. v. x. Sal. Aceti fix. gr. v. x. Sal. Alumin. gr. v. x. Spir. Vitriol. Diaphoretic. ℈j. ʒß.

Ex *Pharmacopœïâ Fulleri.* Nulla prorsus; nisi si Diuretica temperata, infra nominanda, auctiori dosi administrata, ex ipso afferremus: Quisquis tamen is est, qui Diaphoreseos causas serio secum expendere volet; facile nobiscum agnoscet, sudores non idcirco jugiter emanare, quod sanguis concitatiùs aliquantò, quam decet, in orbem rotetur; quoniam hydrostatices axiomata si quisquam ad rationem paulò attentius revocaret; profitebitur ipse, quod cum motus liquoris progressivus obliquo longe subinde prior sit, eà de causâ liquaminis, istius nisi quod usquam sibi claudatur iter, si minus integra moles, at portio longè major, rectà, non autem obliquè propelletur; quocircà sanguis etiam, hoc in casu, per anastomoses seu ductus ampliores, non vero per glandulas seu canales angustiores iter suum instituet; si Diaphoretica igitur paulò calidiora jam exhiberemus; fluida, quippe quæ cumulatiùs exinde protruderentur, alicubi subsisterent idcirco, quòd appulsûs momenta regressûs momentis longè essent disparia ac priora; hinc autem fit, ut medici saniores à remediis calidioribus sub febrium initia seu augmenta prorsus abhorreant, quandoquidem ea pleuritides, phrenitides

tides ac inflammationes istiusmodi funestas properanter accersant: quocirca non potest non palam, ut opinamur, vobis fieri, quin remedia temperata, Diaphoretica etiam aliquoties, evadant; utpote cum hinc motus, in longum, qui illinc nimis intenderetur, tantopere mutetur, ac minuatur, ut deinceps eo copiosius diffluat, quò magis pedetentim, aliquatenùs, in gyrum flectatur; ac sudores proinde profluant, quod sanguis ad glandularum ostiola paulò placidiùs appellat.

SCHOLIA.

Quemadmodum de vetere naturæ instituto fieri solet, ut nequid remedii è poris, imo vel uspiam, humores unquam exturbare poterit, nisi quod præcesserit irritatio; ita nec diaphoresis provocari potest, nisi, unà cum sanguinis fluore adsit porrò pororum stimulatio; quæ fieri tam à temperatioribus quam calidioribus Diaphoreticis jugiter observatur.

In temperamentis, sigillatim, serosis, serum è poris efficaciter ea extrudunt; quamobrem ægroti catarrhis obnoxii maximoperè exinde adjuvantur; quippe cum serosæ sanguini præsint particulæ, ita, cum articulos adoriantur, arthritides vagæ actutùm in lucem prodeunt; quæ porro bronchiis & pulmonibus insidentes, tusses ac ejusmodi morbos introducunt; quæ in intestinorum glandulas depositæ, diarrhœas vel similia confestim producunt; quæ demum alicubi vectæ, morbos varios partis, cui insident, usitatos exuscitant;

Non humores solum serosi, sed pituitosi ac glutinosi etiam per ea extruduntur; quemadmodum enim ovorum albumina per conquassationem in fluorem penè aqueum perduci queunt; ita humores nostri ocyus aliquanto circumpulsi perquam divelluntur ac proin attenuantur; quocirca cum diaphoretica, calidiora præcipuè, humores primum tenues faciant, ac dein expellant, hydropi, anasarcæ dicto, idcirco egregiè opem ferunt; nam medicamenta sudores provocantia, urinam unà eodem extrudunt momento; humorum, hoc modo, serosorum excessu magna ex parte dempto, qui

superfunt,

ſuperſunt, expeditiùs à medicamentis humorum ſpeciei commodis immutari queunt.

Quandoquidem Diaphoretica ſanguinis motum intendunt, ſtagnationes ac concretiones fatalia tam generatura intercipiunt quam generata ſanant, ac unà particulas noxias è ſanguinis ſinu propellunt; hinc quoties pulſus parvus ac debilis eſt, calor ferme naturalis ac ſymptomata nervoſa, in febri qùavis ſive continuâ ſive eruptivâ, variolosâ, nimirum, morbillosâ, aliáve, adfuerint, iſtiuſmodi remedia multum hic conducunt.

Quoniam morbi hyſterici, hypochondriaci, ſpaſmodici ac convulſivi, ſymptomatibus, quæ irritationem quanquam, ſimul ſtagnationes tamen, arguunt, plerunque ſtipantur; ideo Diaphoretica his commodo ſunt, quia ſanguinem acerbum acidumve perinde mutant, quam mutatum expellunt; nam ſtatim ut morbi cauſam remotam præciderit medicus, proxima haud ita multo poſt, niſi in vaſa altius impellatur, facillime detruncatur; hoc autem in caſu, ſalis peccantis figurâ penitus immutatâ, ceſſat irritatio, ac cohæſio tandem ſimul extinguetur.

A cane rabido, tarantulâ vel etiam quovis animali viroſo morſis, remedia hujuſmodi ex eo conveniunt, quod ſanguinem, extemplo ſubſiſtentem, denuo in motum concitent; hinc alexipharmaca è remediis volatilibus, fixis, ac abſorbentibus conflata (qualia nimirum ſunt, *ſalia volatilia* è cornu cervino, ſale armoniaco, &c. *ſalia fixa* abſinthii, cardui benedicti, &c. *teſtacea*, è chelis cancrorum, margaritis, &c.) morſis uſui maximo ſunt; externa tamen ſedulò interim admoveantur, cauterium nempe actuale, cucurbitulæ, cum ſcarificatione, ac diſcutientia, quæ ſi maturiùs adhibeantur, ſæpius internis non comitata rem abſolvunt: at in tarantatis, muſicâ, citharâ potiſſimum, oblectantur, ac ſaltando ſanguis circumpelli ac humores extrudi comperiuntur; nonnulli etiam addunt, axungiam viperinam, à viperâ morſos ſpecificè, exterius admotam, adjutare.

Menſium ſuppreſſioni ideo ferunt opem, quoniam, cum in ſanguine commotionem cieant, globuli ſanguinei ita expanſi, à latere quaquaverſum ſemet explicant,

ac vaſa eà cedunt ratione, quâ expanduntur; hinc fit, ut amoveantur obſtructionis hujuſmodi cauſæ.

In gangrænis, ita ſe res habet; vaſa minutula nimirum non ſolum obturantur, verum motus etiam circularis ex integro ibidem ceſſat; hinc cum humores ſtagnantes movere ac vaſorum obturationes amovere diaphoreticorum ſit; in iſtiuſmodi laborantibus ſedulò exhibeantur.

Siquidem obſtructiones igitur omnimodas auferre comperiantur, quidni & paralyſin à vitio ſive humorum ſive nervi productam? ſæpius itaque decocto guaiaci, horis medicis ad uncias quatuor vel ſex, adhibito, paralyſes vel graviores, etiam in ſenibus intra ſeptimanas ſex penitus abſtulimus.

Lues confirmata citra Diaphoretica vix ac ne vix auferri poteſt; quocirca *Grimm*, *Sylvius*, ac reliqui medici ad unum omnes, in eorum uſu, uſque adeo, perſiſtendum eſſe perhibent, donec ſymptomata primaria (gonorrhœa nimirum virulenta, ulcera, caries, tophi, dolores ac puſtulæ) penitus evaneſcunt.

Diarrhœis ab humoribus ſeroſis oriundis (qui ſunt ſimul ſalini) idcirco ſuppetias ferunt; quód, cúm eos tam exturbant quam aliò derivant, opiatis unà cum ſtypticis ac decocto albo exhibitis rem poſthac facilius abſolvemus.

Quemadmodum infantum fluida aciditate ac glutinoſitate peccant plerunque, iis Diaphoretica nunquam non emolumento ſunt, quia vitium utrumque, ut ſæpius demonſtravimus, penitus dirimunt.

Cum dolores rodentes, perterebrantes, lacerantes, ὀϛεοκόποι, ſcindentes, ac pungentes ab humoribus acidoſalinis utplurimum producantur, quorum ſpicula partibus inſidere ſolent; ita hujuſmodi ægrotis Diaphoretica proſunt volatilia, quippe quæ acidum perinde immutant, quam iſtud foris ablegant; ex quo fit, ut arthritidis fomes aliorſum evocetur; qui glandulas mucoſas alioqui multum irritaret; quamobrem miaſmate morbifico quadantenus expulſo, ſiquid ſuperſit, id omne placidius deinceps in articulos jam dolentes ruet; unde acceſſio, quanquam interdum pauliſper exinde gravior fiat, ocyus tamen aliquantò proinde declinabit.

Fluxum

Fluxum istum sanguineum, quem hepaticum appellant medicorum turba, in omni circumstantiâ, demptâ sede, cum hæmorrhoidum fluxu convenire affirmamus; quandoquidem utriusque causa sit arteriolarum obturatio; Diaphoretica hic prosunt, quoad nimirum quà attenuant, quà aperiunt.

Quemadmodum salia unà cum sero per poros amandant, scabierum ac eruptionum quarumvis fomitem subtrahunt; ita qui reliquus est, antidotis obvolventibus ac diluentibus facile deinceps cedere reperitur; eàdem de causâ fit, ut scorbutus, qui coagulationes, stagnationesque in vasis capillaribus comites sibi adjungit, à Diaphoreticis volatilibus multum adjuvatur; quoniam serum ea salinum omnino foris ablegant.

Febribus juxta continuis ac intermittentibus perutilia sunt; quoniam veluti in febre continuâ (speciei nempe hecticæ) sanguis ac spiritus propemodum subsistunt, ita Diaphoretica fixa vel volatilia, at alcalina, concretiones aut intercipiunt aut eas solvunt; ex quo fit, ut cum pristinus fluor redeat, motus sanguinis deinceps more solito in gyrum flectatur: in febre intermittente autem, cum causa penitus eorum ope exhauriatur; quidni & accessiones febriles posthàc declinent, ac haud ita multo post extinguantur?

Etiamsi plerisque morbis sint quam commodissima, ea tamen subinde quam maxime nocere observantur. Quorum idcirco ventriculi saburrâ cujusvis speciei saginantur, sive ab eduliis seu ab humoribus oriatur ista repletio, hi à Diaphoreticis perquam ideo læduntur; quippe cum integra medicamenti energia in materiam hanc, in ventriculo contentam, unicè erogetur; quandoquidem ista non modo in bullas elevetur; verum etiam colicæ aliquoties graviores hinc suboriantur, quinimo calor etiam febrilis, citra sudores tamen, invalescat; his nimirum de causis fit, ut vires remedii tantò magis enerventur, quanto intimiùs illud humori vel cibis implicetur.

Sequentis cautelæ vos commonemus; quod licèt Diaphoretica humoribus acidis glutinosisve exterminandis convenire asseruerimus, mitiora tamen exhiberi volumus; ex eo, quod cum sanguis hujusmodi per-

quam cohæreat, ac præ pondere ipsius parum habeat molis; statim ut rarescit, spatium longe majus occupando, vasa plurimum tendi ac interdum rumpi advertuntur: quocirca hoc in casu maximè cavendum est, ne in sanguine glutinoso acidove Diaphoretica ante exhibeantur, quam vasa quadantenus inaniantur.

Quemadmodum evacuationes in spirituum atrophiâ seu exhaustione nequaquam exinde conveniunt, quòd hoc modo evacuationem supra evacuationem molire-mur; ita nec Diaphoretica hic, ne insuper atrophiæ universali neu colliquationibus iisdem de causis conducunt.

Sanguis in quibusdam temperamentis usque adeo cohæret, ut sudores quanquam à Diaphoreticis vel fortioribus exhibitis, haudquaquam diffluere observentur, quotiescunque idcirco in ejusmodi introsumuntur, quippe cum citra, si minus contra, indicationem exhibeantur, inflammationes graves quam sæpissime exinde suboriuntur.

H. Screta in tractatu de febre castrensi Diaphoreticorum usum in febribus duplici de causâ nigro carbone notat; primò in mulieribus tenellis, quoniam spiritus earum unà cum sero excreto fugam capessunt; dehinc in gravidis, quippe quæ placentam uterinam usque eo refigunt, ut abortus, nec anticipatu nec relevatu facilis, pone subeat ac instet.

In sanguine lento, rheumatico dicto, serum adeo nos fallit, ut pars subtripla sit reapse viscida; quandoquidem serum aliquantisper igni commissum statim lentescit; hinc fit, ut, in tali sanguinis statu, cum Diaphoretica partes massæ serosiores exhauriant, viscidæ, quæ supersunt, demum solidæ fiant; atque ita motus in orbem tandem conquiescit: quocirca in ejusmodi, Diaphoretica parum conducunt; quæ tamen, quum, diuturnitate, sat abunde diluuntur & putrescunt humores ac eo usque attenuantur, quoad cohærere desinant, ab eis deinceps quam facillimè extruduntur.

In paralysibus ubi salia fixa, scorbutica, sanguini præsunt, Diaphoretica ideo nequaquam conveniunt, quoniam uti in tali statu salia nervos & fibrillas corrugant crispantque, ita, Diaphoreticis exhibitis, salium istiusmodi

modi copia vel exinde augeretur, vel salia, sero quadantenus extruso, sibi invicem propius adessent; ac hunc in modum motui circulari, perinde in vasis sanguineis atque in nervis ipsis, impedimentum adjiceretur.

Quanquam serum à Diaphoreticorum usu quam expeditissimè extrudi concederemus; observatu tamen dignum est, quòd cum humores maximè redundent; satius tum esse portionem eorundem per secessus ante deturbare, quam per poros eliminare: quâ de causâ palam est, quod regio *Anglicana*, *Italorum* climate longe inferior quantum ad calorem, existat; quoniam pori in *Italiâ* perspirationi longè tutius quam in *Angliâ* cedere comperiuntur.

Quandoquidem delinquentium & emaciatorum par utrobique sit ratio; quemadmodum igitur emaciatis evacuatio non omnino conducit; ita nec delinquentibus: quocirca Diaphoretica evitentur in hujusmodi viris.

Biliosi hecticíve ejusmodi medicinam haud impune ferunt, quoniam exinde contingit, ut æque motus intendatur, ac salium quantitas, quâ calor augescit, accumuletur; quocirca phthisici porro Diaphoretica evitent, ex eo quod acrimoniam, calorem, colliquationes, ac cæterorum symptomatum, phthisi solennium, catervam adaugeant.

Hæmorrhagiæ exhinc magis profluunt, quia, per sanguinis rarefactionem, vasa abunde fatiscunt; at non idcirco inferre licet, fluxum hepaticum inde continuo augescere, nam etiamsi fluxum aliquantisper urgeant, causam tamen, obstructionem nimirum, defodiendo, vasa facillimè denuò ferruminantur; uti supra advertimus mercurialibus solenne esse, quæ paulisper licet liquaminis corrupti effluxum perennent, ideo tamen cura facilius perficietur, quia partes detument, obstructiones reserantur, & circulatio modo debito circumagi posthac comperitur.

Quemadmodum Diaphoretica in hæmorragiis vituperavimus; ita in ascite *Etmullerus* eadem probris afficit; siquidem enim hydropis ascitæ non citra rami lymphatici, saltem citra venæ capillaris, disruptionem

 introduci

introduci ſoleant; hujuſmodi apertura dietim exinde augeſcit.

Cum viro, aſthmate pulmonali laborante, jampridem aſſidui fuimus, qui longe acerbiùs remediorum bechicorum paulo calidiorum, uſu ac gravius eò, affligebatur; ipſo defuncto, ac thorace inſpecto, polypo in corde ægrotabat; quocirca ejuſmodi remedia, quæ motum ſanguinis invigorant, idcirco ſuſtinere nequeunt, quòd cum ventriculus dexter in arteriam ac venam pulmonariam fluida in copiâ majori pergere ſinat, quam ventriculus ſiniſter ea trajicere queat; hinc fit, ut in eis tandem ſubſiſtat ſanguis; hincque aſthmata, hæmoptoës ac alia horrenda ſubſequantur ſymptomata.

Apoplectici, quemadmodum *Muſgravius* cum *Etmullero* obſervaverit, Diaphoretica volatilia non impunè ferunt, utpote qui vaſorum rupturarum, atque effuſionum ſanguinis, vel in ventriculos vel ſubſtantiam cerebri calloſam, immedicabilium pericula ſubeant; hinc fit, ut praxis ejuſmodi prorſus evitanda ſit.

Sudores facili negotio in hypocauſtis ac laconicis excitari comperimus; quinimo neque certius quam in eis provocantur unquam; cujus rei, ſi placeat, reddemus cauſam; quandoquidem omnis evacuatio irritationem præmitti arguit; quo magis igitur obtunduntur particulæ irritativæ eo minus ſudores effluunt; quo propius eæ tamen emunctoriis accedunt, eo certius ſcopum attingunt deſtinatum; quâ de causâ evenit, ut cum particulæ igneæ ſimul glandulas miliares perinde vellicent ac ſimul ſanguinem exagitent; fieri non poteſt quin ſerum exindè expedite exudet; cum ſudorifera tamen introſumpta uſque eò propoſito aberrent, ut ſubinde voto cedere, interdum vero deeſſe comperiantur. Ii verò temeritatis jure merito redarguuntur, qui quâvis de causâ, vel ineptâ, ſudores in laconicis provocare audent.

Quotieſcunque vel mercurialia vel antimoniata eò exhibentur ut Diaphoreſin accerſant, toties ſub id tempus cavendum eſt à ſaccharatis, cremore tartari, vino vel acido quovis; utpote quæ, cum medicamentis iſtiuſmodi effervеſcentiam concitando, vires ſuas in ventriculi parietes ante exercerent, quam ad glandulas miliare

ſares appellerent; atque hoc modo non ſudores, cæterum vomitionem, ſaltem cardialgias, provocarent.

Nemini ignotum eſt, quam ſeriò *Sydenhamius* laciniam laneam, quâ ſudores provocentur in peſte, nobis commendatam habet; eſto, hâc de re jam non philoſophabimur; longe vero nobis probabilius eſt ſudores in lecto per ſpiritûs vini fumum provocatos iri; cum glandularum ora immediatè ſalutet.

Quandoquidem temperamentorum reſpectus ſudorifera varia nobis oſtendat; hinc fit, ut in morbis chronicis, in quibus ſal acidum præeſſe ſupponitur, teſtacea ac volatilia exhibenda ſint; cum in temperamentis bilioſis ſal volatile dominari dicatur; quocirca in eis ſudorifera, quæ irritant, non vero calorem adaugeant, capiuntur.

Quoad exhibendi *tempus*, nonnulli matutinum eligunt, alii vero pomeridianum; *Etmullerus* ter in viginti quatuor horis illa exhiberi vult; in febre malignâ, pro indicationis exigentiâ danda & repetenda ſunt. Quoad *formulas*, in temperamentis bilioſis, ſiccîſque exhibeantur in formâ humidâ, quoniam ſerum ſupplendo ſudores augent; in humidis autem, ſicciora introſumantur, ex eò, quòd humoribus attenuatis, ſerum copiose effluet.

Nonnulli ſomno inter ſudandum indulgere prohibent; non videmus tamen, quâ de causâ tam ſomno quam quieti cedere nequeant, niſi inter ſomnum ſtragula amovendi periculum ſit; ceſſantibus autem ſudoribus, æque lodices atque induſium exuantur, ne dolores inde rheumatici ſuboriantur, quemadmodum experti ſumus, neu febris recrudeſcat.

Exhibeantur jejuno ventriculo; ſudantes ſtragulis non obruantur; intereà copioſè bibant vel juſcula vel liquida; eis Emetica, Cathartica, Enemata, venæ ſectiones & ejuſmodi præmittantur; raro in febribus exhibentur, niſi ſigna coctionis præceſſerint; ni peſtilentiales, & peſtes excipiamus.

Corollarium.

Bolus Alexiterius.

℞ Pulv. è Chel. Cancror. è Rad. Serpentar. Virgin. ã gr. xij. Syr. Caryoph. q. s. m. f. Bolus, quaque hora sexta repetendus, super-bibendo Julap. Vulgar. Cochl. iv.

OBSERVATIONES.

Bolus hic vel spirituum inopiam ac absumptionem, uti in febre maligna solenniter evenire solet, quadantenus compensat, vel eos sartos tectos conservat; hinc quoties pulsus parvus, debilis, myurus, intermittens, deficiens, vermicularis, formicans, tremulus vel obscurus est, calor modicus est, ac extrema frigescunt; toties bolus hujusmodi tutò exhiberi potest; quandoquidem præ fœtore concludere licet, radicem, utpote qui è salibus constat volatilibus, massam sanguinis exagitare, attenuare, atque adeo rarefacere, ut spiritus facilius ac expeditius deinceps in cerebri corticem secernantur, quinimo ut tota sanguinis moles à residentiâ ubique vindicetur: quibus fit, ut, motu tam in orbem quam in latera magnoperè aucto, secretiones ritè perficiantur, & febris tandem evanescat. Causarum exploratio medicum sagacem probat; ast causæ tam externæ quam internæ latebunt, nisi scrutinium serium adhibeant medici; quî fiet, ut illi causas morborum abditas & occultas inspiciant, qui præcognitorum imperiti sunt? inexperti vero ii habendi sunt, qui *structuram* corporis humani, qui *Chymiam*, qui *φαρμακομαθίαν*, qui *motûs* leges, qui demum *praxeos* exercitium prorsus nesciunt: neque idcirco ii unicè fidendi, qui medicinam, andabatarum, eheu! more, officiose factitant, nec ii qui in theoriâ solâ ac limine praxeos hæsitant; nec demum ii, qui chartis solis impalluerunt.

Arthritidi anomalæ mirum in modum idcirco remedia id genus conducere reperiuntur, quod humores noxios ad extrema ab internis (stimulis externis ritè adhibitis) pellant; acida quævis uspiam mutant, pitui-

tam

tum glutinosam incidunt & attenuant; hinc fit, ut particulas in sanguine, spiritibus vel ductibus secretoriis divertentes eliminent. Hincque est, ut in catarrhis serosis, morbillis, variolis, ac febribus malignis, peste, gangræna, anasarcâ, paralysi, convulsionibus in temperamentis frigidis, scorbuto frigido, ac hystericâ passione conveniant. Quod si ventriculus saburrâ viscidâ vel acidâ repleatur; modo etiam atrophiâ vexentur; modo gravidæ sint mulieres; modo in quovis morbo desit serum; modo corpus bile vel acrimonia redundet; modo polypo laborent; modo denique plethorici sint ægroti; Diaphoretica ejusmodi non idcirco ferunt, quòd acrimoniam evehant, massam exagitent, vasa immane quantum tendant, quinimo quatiant, ac sanguinem sero magis in dies spoliant; hinc fit, ut deinceps omnia in pejus ruant.

Jamdudum advertimus, quòd oportet Diaphoretica electiva esse; quippe quæ sanguinis temperiei accommodari debent: hinc hac de re incepto desistamus.

Quandoquidem omnibus notum est sudores symptomaticos (quantumvis olim criticos) nequaquam sinendos, nedum provocandos esse; eâ de causâ linteamenta cuncta sudoribus perfusa exuenda sunt, ut supra observavimus; utpote quæ si madore macerentur, poros obturare solent; secus verò, si arida ac nitida induantur, perspirationem augent insensibilem.

Bolus Resumptivus.

℞ Pulv. è Chel. Canc. c. ℈j. Sperm. Cet. gr. xv. Castor. Sal. Succin. Croc. ā gr. iv. Conf. Alkerm. q. s. m. f. Bolus, sumat sextâ quâque horâ.

OBSERVATIONES.

Quanquam formulam hanc egregius vir ipsemet haud præscripserit, siquidem tamen præscriptam subsignaverit, suam fassus est.

Ubi sanguinis massa aciditate inquinatur, ibi pulvis è chelis vel etiam reliqua testacea non solum medicorum hodiernorum suffragiis comprobantur, verum etiam nullos jam reperietis, quin ejusmodi exhibere, optime factum fateantur; Sperma ceti acrimoniam qualemcunque

cunque obtundere agnoſcunt; reliqua in præſcripto ſpirituum motum & quantitatem potiſſimùm adaugere comperiuntur. Quamobrem attentè trutinemus, quibus hæc formula quadret morbis. Imprimis quandoquidem hypochondriacorum ſanguis acido redundare ideo ſuſpectus ſit, quoniam ejuſmodi ſæpenumero ſubſiſtit, ſpiritus parciùs aliquanto generantur, aſthmata convulſiva frequentius occurrunt; præſcriptum tale his multum confert.

Bolus hic mulieribus, quarum lochia ſubſtiterunt, cum emolumento exhiberi poteſt; utpote qui, vaſa juxta, laxando, ac ſanguinis motum intendendo, fluxus niſi viſceribus inſidiosè inſederit, revertetur: diſcrimina in quæ ejuſmodi præcipitantur ob fluxus iſtius impedimentum, indubitata ac plerunque lethalia ſunt; quandoquidem febris, *peſtis ſororum* dicta, utplurimum ponè ſubit: quot autem hinc εἰς ἅδες ac in tumulum raptim adurgeantur, in praxi paululum modo exercitáti, pluribus, ſi tamen hoc ipſis arrideat, per me perſequantur.

Uti notatu dignum eſt exanthemata, præ ſpirituum inopiâ, in variolis ſæpenumero ex voto non erumpere, ita ex regimine malo frequenter in maximum ægrotantium damnum retrocedere ſolent; in caſu id genus miſtura hæc, vel alia ei conſimilis, motum in orbem, paulo inertiorem, denuo redintegrat; adeo ut exinde illa repullurare viderimus; quâ de causâ ſymptomata anomala quam expeditiſſimè evanuerunt: hoc autem cum *Sydenhamio* adverti volumus, hanc anomaliam, nimirum, à nutricularum officioſarum petulantiâ ſæpius manare, utpote quæ regimen hunc in modum laborantium, uſucaptione quadam ſibimet nunc dierum adeo arrogaverint; ut medicos aliter ſentientes hallucinari audacter affirmabunt; medicorum tamen eſt ægrotos advertere, quam valdè mendæ hujuſmodi vetuſtate augeſcant.

Quandoquidem in morbis ſoporoſis cerebrum particulis lentis oppletur, ſpiritus neutiquam in quantitate ſat copiosâ generari queunt; & hinc fit ut ſegniter in fibris medullaribus progrediantur: miſtura hujuſmodi motum eorum torpidum denuò invigorat, lentorem attenuat, &, tandem morborum iſtorum acceſſiones vel

incursus efficaciter summovet; ii tamen, qui ab intemperie sanguinis insigniter vitiatâ originem capiunt, aut non multum aut omnino nihil exinde adjuvantur; quoniam hoc in casu massa sanguinea prius evacuanda est, stimuli admovendi sunt; attenuantia fortiora exhibenda sunt, eo ut ventriculus sarcinâ suâ liberetur, vasa sanguifera & cerebrum depleantur, quam Diaphoretica exhibeantur: quibus ita peractis, residuum facilius deinceps in materiam tenuiorem immutari poterit; & symptomata sensim, ex provectionis in melius modulo, in dies mitescent; atque hunc in modum, nisi vasa vel solida, magnâ ex parte, vitientur, vel ii ab ætate paulo provectiore pendeant, confestim reconvalescent.

Fœminæ, quæ præ vitâ otiosâ ac sedentariâ succos glutinosos acidosvè congesserunt, morbo hysterico indolis frigidioris plerunque laborant; cujus symptoma haud infrequens, quemadmodum observat *Baglivius*, hoc est, capitis nimirum vertex ipsis perinde algere videtur, ac si aquâ frigidâ perfunderetur; delinquunt, etiam, sudoribus glutinosis vexantur, & valde prosternuntur earum vires: mistura hæc ejusmodi ægrotantibus adeo convenit, ut spirituum defectibus confestim suppetias afferat.

Quotiescunque febres malignæ nobis incubuerunt, spiritus vel figuntur vel exhalantur; hinc fit, ut sanguinis circuitus segnius perficiatur: tum pulveres cardiaci hujusmodi frequenter in die repetiti spiritus restaurant; quamobrem symptomata exinde orta confestim evanescunt: quandoquidem particulæ noxiæ, cum massâ sanguineâ intimius aliquanto admistæ, secerni incipiunt; ac haud ita multò post ægrotantes sensim convalescunt.

Isti asthmatis speciei, morborum mali moris, sive febrium sive variolarum, cæterorumve comiti, mistura hujusmodi idcirco subveniet, quod tam membranam pulmonum ac bronchias lubricando, quam irritando, adhæsionem materiæ lentæ qualemcunque simul refigit, simulque exantlat, quinetiam spiritus valde labefactatos recreat.

Cum

Cum morbi convulſivi utplurimum ab acido auſtero, ex *Sylvii* ſententiâ, oriantur; ſiquando adſint, ac ita ſe habere pateat; bolus hic maximoperè ejuſmodi auxilio ſublevabit: quantum vero ad cauſæ amotionem integram, chalybeata ſola, ſaltem anti-acida paulo fortiora magis efficaciter ſubſidio erunt.

Cauſam colicæ hyſtericæ implicatam haud facile eſt enucleare; aliæ aliis longe diuturniores ſunt: ex eo quod vel cauſa magis partibus inſideat, vel organa morbi diuturnitate valde diſtorqueantur: acidis enim particulis in canalis inteſtinalis ſuperficie internâ defixis, fermentatio inter particulas ſpeciei diverſæ ſtatim oritur; unde glandulæ irritantur, quinimo ſubinde eroduntur, ac ſymptomata horrenda non poſſunt non hinc exordium capere; quo in caſu tamen medela longe erit conſummatu facilior, quoniam cauſa quamvis aliquantulum figatur, non tamen impoſſibile eſt eam amovere; nam ſi lenientia, quæ ſaburram leniter exhaurient, præmittantur, qualia nimirum ſunt infuſa ex ſennâ, rheo, cum ſale tartari in aqua, cum ſyrupo è roſis edulcorata; ſi iſtiuſmodi infra debita intervalla repetantur; ſi bolus hic vel illi analogus exhibeatur; ſi tandem opiata pro doloris vehementiâ introſumantur ac repetantur pro re natâ, priſtinam valetudinem recolligent laborantes. Quod ſi ex ſententiâ *Williſii*, cauſa nervis medullitùs inſideat, cura ſaltem abſolutu difficilis, ſi minus impoſſibilis erit; quia paralyſes nunquam non colicas id genus inſequuntur; niſi primos iſtarum conatus irritos faciamus. Ubi ſpiritus levi quavis de cauſa in ἀταξίας ac tumultus, ex victu, nimirum, animi pathematis, cæteriſve nonnaturalibus ſeu nonneceſſariis, curſim urgentur, colica nuncupatur convulſiva, quæ evacuationibus cauſæ accommodatis, remediis alcalinis, martiatis, diluentibus ac opiatis prorſus fere cedit; verum, ſi nervorum criſpationes ac decurtationes, iterato repetita, perinde ſtagnationes in ſurculis vaſorum capillaribus ac membranarum ibidem inflationes produxerint, vel, ſi propter obſtructiones, inepti ad irradiandum fiant nervi, nil, præter Ἐυθανασίαν procurandam, medicis reliquum eſt; quoniam *nec opinanti mors ad caput adſtat.*

Pulvis

2

Pulvis Alexiterius.

℞ Pulv. è Chel. Comp. Lapid. de Goâ. ana ʒij. divid. in viij. Chartulas, quarum unam capiat horâ quâque tertiâ in Cochl. *Julapii (Chorici* dicti) & superbibat Cochl. tria vel quatuor ejusdem.

OBSERVATIONES.

Pulvis hic, cum Julapio cardiaco (ex Aq. Ceras. n. Theriacal. Pæon. & Margarit.) una cum guttis aliquot spiritûs volatilis oleosi, præscripta apud eximium virum in febribus trita fuerunt.

Simul ut febris putridæ fervor propemodum decreverit, status adest: ubi res in eodem nempe statu per dies aliquot manent, nec tamen in melius provehuntur nec in pejus prolabuntur. In hoc casu, medici officium est attente advertere, quò natura hostem abigere molietur; ubi spiritus enim in certamine languescunt, atque exhalant, aliquid periculi est, ne particulæ noxiæ, putridæ dictæ, non satis citra remediorum opem egerantur: in hac re, pulvere hoc alexiterio, vel alio huic simili, spiritus erigendo ac motum sanguinis progressivum augendo, febris ad optatum pervehetur exitum; quod si spiritus his non abunde satis restaurentur, ad epispastica & emplastra solearia confugiendum est, ac istis unis, tanquam asylis, fides habenda est.

Eximius Dr. *Slare* in tractatulo de lapide bezoar pulveres hujusmodi parum conferre audacter affirmat, at, salvo meliore judicio, non videmus, quare vis testaceorum absorbens non subinde prosit: utcunque res se habet, *Margaritas*, corallia, ac reliqua testacea, multum, dum acida eis affunduntur, effervescere cuilibet constat, uti *N. Grew*, viri cum honore nominandi, prælectiones de misturis legentibus patebit; quamobrem inferre licet remedia ista non prorsus inutilia esse; quoniam cum aciditates absorbeant, effectibus diris inde ortis vel medentur; vel antevertunt: ii sunt, *coagulationes, in cerebro* defixæ, unde deliria, comata, subsultus ac reliqua symptomata nervosa enascuntur; *pulmonibus*, unde respirationes anhelæ, ac peripneumoniæ malignæ pullulant; *ventriculo*, unde vomitio-

M nes,

nes, & aliquoties gangrænæ, (modo pestis vel febris pestilentialis adsint) dimanant; *hepate*, undè icteri lethales proveniunt: quinimo *visceribus quibusvis* insidentes, unde symptomata cuivis organo fatalia quam sæpissime superveniunt.

Cardialgiæ ab humore acido, qui subinde ventriculum ipsummet erodit, initium facienti, pulveres tales opem ferent, quippe qui acidi vel concentrati, spicula infringent. Quandoquidem vero morsus hujusmodi molestus non jugiter ab hac oriatur causâ; enimvero aliquoties à salibus alcalino-corrosivis nascitur; veluti nobis à vomitione ac dejectione humorum sursum ac deorsum flavi vel fulvi coloris, à ructibus nidorosis, (qui ovorum putridorum, vel & *Raphani* comesti eructati odorem repræsentant) à causis prægressis bilem generantibus, spiritu nimirum vini, &c. palam fiet; hoc in casu, aquea, mucosa, ac acida, ea sunt aqua hordei, emulsiones, sal prunellæ, spiritus acidi & similia, eo exhibenda sunt, ut acrimonia obvolvatur; quippe hæc remedia porro *causis* ipsismet conducunt; &, modo cardialgiæ adsint unà cum febre *causo*, eis medicamentis ipsis, etiam uno eodemque momento febris & cardialgia adjuvantur.

Pulveres testaceos in diarrhœis olim *Riolanus* deprædicavit, quos rursum eximius D[r]. *Harris* hoc tempore consuefecit, nec injuriâ quidem; quandoquidem enim humores aqueos, acidosque absorbent vel immutant; simul quantitatem seri minuendo, simulque qualitatem acidi mutando, causas fluxuum adeo auferunt, ut opiata sola (præmissis evacuationibus tamen) rem deinceps facilius absolvant.

Julapium volatile.

℞ Aq. Lact. Alexit. Ceras. n. ana ℔ß. Aq. Absinth. Mag. C. Mirab. ana ℥jß. m. f. Julap. Cap. g[tt]. x. xv. Sal. Vol. Oleos. alb. in eo, in languoribus.

OBSERVATIONES.

Salia volatilia usque eo sanguinis massam attenuant, ut, cum ea quaquaversum exinde se expandant, vasa aperiant, quinimo aliquoties disrumpant, uti viro mihi amicissimo

amicissimo salis volatilis oleosi semiunciam intra 12 horas devoranti jampridem evenit; hæmorrhagiâ enim profusa exhinc laborabat quæ neutiquam prorsus, quin acidis unicè, cedebat: hinc suspicari par est, quod si menses unquam subsistant, salia istiusmodi, humores lentos ac glutinosos attenuando glandularum orificia à muco eis adnascente usque adeo expedire, ut non solum ductus earum inde referentur, verum etiam fluxus usitatus more solito haud ita multo post pedem referat.

Salia volatilia oleosa primus in usum introduxit *Sylvius*, quæ apud ipsum panpharmaca mehercule audiunt; salia volatilia tamen aromaticorum mixturâ satis equidem grate variantur; inter salium volatilium oleosorum, ac salium volatilium ipsorum inventionem non multi interfluxerunt anni; salia autem volatilia, Anno Domini 1656, primum invaluerunt.

Quandoquidem morborum soporosorum causa sit sanguinis lentor, quo vasis minutulis hærescente aliquoties massa ibidem subsistit, cum salia vero volatilia lentorem id genus (pituitosum, nimirum; quia non omnimodam tollunt viscitatem) attenuent, motum idcirco progressivum, valdè diminutum, iterum invigorant; epispastica verò, una cum evacuationibus aptis prius adhibeantur, quam istiusmodi alterantia remedia introsumantur, ex eo quod humorum quantitatis ratio, qualitatis rationi merito anteire soleat. Quod si tamen ex consensu hominibus incumbant, causæ primariæ *sedes* ac *species* sedulo trutinentur.

Memoriâ deperdita laborantium status utplurimum hic est; sanguis eorum perinde lentus est ac segniter in orbem pellitur; quinimo fibræ cerebri membranosæ vel aliæ adeò laxantur, ut repræsentationum species confestim obliterentur ac intercidant; statim ut per evacuationes humorum quantitas demitur, fluorem aqueum volatilia unà cum aromaticis juncta, perinde quam styptica fibrarum atoniam, tollunt; quocirca salia volatilia priorem locum, styptica vero posteriorem tenent; hinc fit, ut subinde tinctura lunæ cum aquâ liliorum convallium à quibusdam tanquam remedia specifica deprædicentur.

M 2 Salia

Salia volatilia sunt perinde diuretica atque diaphoretica, quandoquidem enim urinam provocare ac sudores elicere nil aliud sint, quam irritationis, gradu solummodo discrepantis, species; idem remedium sudores exprimet, atque urinam proliciet, modo dosis adaugeatur.

Quotiescunque sanguinis vel seri particulæ sulphureæ ab acido in eis nidulante in grumos vel offas albas abeunt; toties in fluorem debitum à salibus volatilibus introsumptis remeare solent; ac hunc in modum succi denuo in orbem gyrantur; Quantum ad grumos seu internos seu externos ij vel omnifariam imo vel uspiam oriundi, remediis hujusmodi quam efficacissime auferuntur; hujus ergo, casum, si placet sequentem commemorabimus; Fœmina quædam gravida à scalarum culmine ad imum usque præceps ruebat, hinc infantuli recens enixi auris usque eo in utero matris intumuerat, ut vel ipsius caput æquaret; quam obstetrix simul impavidè atque officiose rescindere extemplo consuluit: Cui tamen consilio chirurgus peritus admodum, ut decuit, illusit; ac mulierem sordidulam idcirco usque eo despicatui habuit, quò non ita multo post exauctorabatur: Nobis autem accersitis, misturam, ex spiritu vini rectificato, sale volatili salis armoniaci una cum sacchari saturni pauxillo conflatam, ægrotulo externè adhibendam imperavimus; cujus admotione unicâ, paulo solertiùs factâ sanguinis grumi, ibidem infixi illico liquescebant, pars sensim (imo sat celeriter) detumuit ac tandem auris forma adeo rediit; ut puerulus jam novem annos natus, quantum nos audimus, inconcussâ fruitur valetudine, quod nisi meatus auditorius forsan cöaluerit, ac auris externa sit etiamnum quadantenus informis.

CAP.

CAP. VI.

DIURETICA.

Calida.


Aq. è Nucleis Persicor. ℥iij. Sal. Tartar. ʒj. m. f. Haustus.

℞ Pulv. Milleped. ʒß. Aq. Vitæ. ʒj. Aq. Petroselin. ℥j. Sacchar. q. s. m. f. Haustus.

℞ Tinctur. Cantharid. gtt. x. xv. Capiant in Vini albi ℥iv.

℞ Vitriol. alb. Tereb. Venet. ana ʒj. m. f. Pil. no. xxiv. Capiant vj.

℞ Spir. Sal. armon. super Cort. aurant. Cohobat. ʒj. Capiant in Vin. alb.

℞ Elixir Nephritic. (fit hunc in modum, ℞ Sal Tartar. ℥ß. Cort. Aurant. ℥j. Aq. Petroselin. ℔ß. m. digerantur per tres dies; filtretur liquor; dein add. Ol. Mac. Cort. Aurant. ana gtt. viij. digerantur iterum) Cochl. ß. detur. in Vino albo.

℞ Milleped. viv. Cont. no. xxx. N. M. ras. ʒj. affund. Spir. Tereb. opt. Tinct. Sal. Tartar. ana ℥vj. destillentur: Capiant gtt. x. in Vino.

℞ Milliped. Siccat. Pulv. ʒij. Coccinell. Pulv. N. M. ras. ana ʒj. Spir. Junip. Sal. Volat. Oleos. ana ℥j m. digerantur per noctem, f. Tinctura, filtra. Capt. gtt. 40. in Vino albo Gallico,

Huic Classi sequentia referüntur.

Ex *Pharmacopœïâ Londinensi.* Aqua Apij ℥iij. Aqua Petroselini ℥iij. Aqua Raphani comp. ℥ij. Aqua Sambuci ℥iij. Floris Salis Armoniaci gr. v. x. Liquamen Tartari ℈ß Ol. Dauci Chymicum gtt. iij. vj. Pulvis Ari comp. ℈j ʒß. ℈ij. Sal fixum Absinthii, &c. ℈j. ʒß. Sal Absinthii volatilis &c. gr. iij. vj. Spiritus Nucistæ ʒß. ʒj. Syrupus Raphani comp. ℥j. iß. ij. Tinctura O-

nonidis ℥ß. j. Tinctura Sal. Tartar. ʒj. vj. Vinum Scilliticum ℥ß. j. ij.

Ex *Pharmacopœïâ Bateanâ.* Aqua omnium Florum ℥iv. Balsamum Lucatelli ʒj. Balsamum Succini gtt. v. xv. Decoctum diureticum Augenii ℥vj. Electuarium Juniperinum ʒj. Flores Salis Armoniaci gtt. v. 15. Mars Diaphoreticus ℈ß. j. Sal Diureticum ℈ß. Sal Tartari ℈ß. j. Sal Tartari Volatilis gr. 10. 20. 30. Spiritus Cerasorum ʒij. ℥j. Spiritus Juniperi ʒij. ℥j. Spiritus Millepedum gtt. 5. 20. 30. Spiritus Salis Armoniaci gtt. vj. xij. Spiritus Salis Armoniaci (succinatus, tartarisatus, chalybeatus) gtt. 5. 15. 30. Syrupus Lumbricorum ℥j. Tinctura Armoniaci gtt. vj. xij. Tinctura Juniperi ℥j. Tinctura Serpilli gtt. 5. 15. Vinum Ecphracticum ℥iij.

Ex *Pharmacopœïâ Fulleri.* Aqua Juniperi compos. ℥j. Aqua Millepedum ʒiv. Aqua Scelotyrbica ℥j. ij. Cerevisia aperiens ℔j. Cerevisia de Baccis ℔j. Cerevisia de Dauco ℔j. Cerevisia Diuretica ℔j. Cerevisia Juniperina ℔j. Cerevisia Scorbutica calida ℔j. Decoctum Allij ℥vj. Decoctum febrifugum Salsum ℥ij. Decoctum Juniperi ℥vi. Decoctum Juniperi compos. ℥iv. Decoctum urticæ alcalisatum ℥iv. Electuarium Nephriticum ℥ß. Electuarium de Sinapi ʒij. Electuarium Terebinthinatum ʒij. iij. Expressio Millepedum simplex ℥iij. Haustus ad arenulas ℥ijß. Hydromel Diureticum ℔ß. Infusum urticæ ℥iv. Julapium Diureticum Aromaticum ℥iv. vj. Mistura balsamica Nephritica Cochl. j. Mistura Diuretica ℥ij. Mistura Juniperina Cochl. j. Mistura Succinata ℥iv. Mistura Terebinthinata ℥jß. Mistura Volatilis ℥ß. Pilulæ de Allio ℈j. Pilulæ de Apibus ℈j. Pilulæ Diureticæ 2. nº. iij. Pilulæ Nephriticæ ʒß. Pilulæ Salinæ ij. Pulvis Diuretic. 2. ℈ij. Pulvis Millepedum comp. ℈j. Pulvis Sinapeos comp ʒß. Tinctura Cantharidum gtt. iv. xx. Vinum Diureticum ℥iv. vj.

Media.

℞ Ol. Vitriol. gtt. v. vj. viij. Vin. Mosellan. ℥vj. viij. m. f. Haustus.

℞ Spir.

℞ Spir. Nitri dulc. gtt. x. xv. Vin. Rhenan. ℥vj. viij. m.
℞. Sal. Prunell. ʒiij. Sal. Succin. ℈j. m. f. Pulvis Dosis ʒß.
℞ Marg. præp. Corall. r. ā ʒj. infundantur in Succo Limonum per horas 24. rad. Petroselini m. j. Sysimbr. aquat. m. iij. Aq. Petroselini Vin. alb. ana ℥xij. coq. ad tertias; pro tribus Dosibus.
℞ Aq. Petroselin. iij. Syr. Limon. ℥j. Sp. Sal. optim. ℈ß. m. f. Haustus.
℞ Syr. Limon. ℥ij. Sp. Terebinthin. ʒß. ʒij m. f. mistura.

Huic Classi referuntur sequentia.

Ex *Pharmacopœïâ Londinensi* Acetum Sambucinum ℥ß. ij. Acetum Scilliticum ℥ß. j. jß. Acetum Theriacale (& *Norimbergense*) ℥ß. ij Aq. Asparagi ℥iij. Aqua Ononidis ℥iij. Diaspoliticum ʒß. ʒj. Lapis Prunellæ ℈j. ʒj. Lumbrici terrestres præp. ʒß. j. Mellepedes præp. ℈j. ʒj. Oleum Salis gtt. iij. x. Oleum Sulphuris gtt. iij. xv. Oleum Vitrioli gtt. j vj. Oxymel (simplex, composit. elleboratum Julianizans, Scilliticum, Scilliticum compos.) ℥ß. j. ij Rob. Sambuci ʒß. Syrup. è 5 Rad. ℥j. ij. Syrup. Sambucin. & comp. ℥j. ij. Tartar. lotus ℈j. Tartar. Vitriolat. gr. vj. viij. ℈j. ij.

Ex *Pharmacopœïâ Bateanâ*, Alkekengi conditum ℥ß. Aqua Cucumerum comp. ℥ij. Aqua Cynosbati comp. ℥iv. Aqua Stimmios Sulphurata (ad acorem.) Conserva hepatica corallitana ʒj ʒij. Cremor Hordei ℥vj. &c. Crocus veneris ℈ß Julapium Fragorum ℥ij iij. iv. Mars fulminans ʒ. ßj. Nitrum hermaphroditicum gr. xx. xxx. Sal Martis Catharticus gr. xij Sal Polychrestum ʒj. (etiam per sedes movet) Silices præparati gr. x. xx. xxx. Spiritus Aluminis dulcis gtt. iv. x. Sp. nitri ℈j. ij. Spiritus nitri dulcis ʒß. ʒj. Spiritus Salis coagulatus gtt. v. xv. Spiritus Salis martialis gtt. vj. xv. Tinctura Corallij. gtt. xxx. xl.

Ex *Pharmacopœïâ Fulleri*, Decoctum Aperiens ℥v. Decoctum Coccineum ℥iv. Decoctum Diureticum ℥v. ℥vj. Decoctum Liberans ℥iij. Decoctum Lusitanicum q. v. Decoctum Malvæ ℥vj. Decoctum Nephriticum ℥iv.

℥iv. Electuarium Acidum ℥ß. j. Emulsio Diuretica ℥vj. Expressio Beccabungæ ℔ß. Haustus Diureticus acidus ℥iij. Haustus Diureticus Oleosus ℥vß. Haustus Nitrosus ℥iv. vj. Julapium Diureticum acidum ℥iv. vj. Julapium Diureticum nitrosum ℥iv. vj. Julapium de Sedo ℥iij. iv. Mistura ad arenulas ℥iß. ij. Mistura ex oculis cancrorum ℥iij. Pilulæ Diureticæ. 1. ℈ß. ℈j. Pilulæ testaceæ. ℈j. ℥ß. Pulvis Diureticus. 1. ʒß. ℈ij. Pulvis Filipendulæ ℈j. ʒß. Pulvis Nephriticus ℈j. ʒj. Pulvis Nitrosus ʒß. ʒj. Pulvis Salinus major & minor ℈j. ʒj. Pulvis Tartari 1. & 2. ℈ß. ℈ij. Pulvis Tilingii ʒß. ʒj. Serum Tamarindinatum ℥iv. Syr. Diureticus ℥j. ij.

SCHOLIA.

In evacuantium tribu, Diuretica minimè omnium quidem irritant; utpote quæ varios prius anfractus penetrare debent, quam ad glandulas renales appellant; quæ demum tam leniter officio funguntur suo, ut leviter ab attenuantibus, gradu nimirum pusillo, diffidere videantur.

Quocirca Diuretica infantulis, hystericis, imo languidis cunctis ideo (evacuationum potentiorum, ac mochlicarum ferè, vices gerentia) prosunt; quoniam sanguinis massam, cùm fibras modicè solùm irritent, parum aut nihil exagitent. Obstructiones reserant, quippe cum è particulis volatilibus seu irritantibus potissimùm consistant, seu coagulum ac offam fundunt, seu vasa usque adeò succutiunt, quo humorum in ramulis minutulis defixorum, ibidem subsistentium, vincula solvantur; hinc fit, ut icteris, à materiâ glutinosa ortis, opem ferant; quoniam mucum eliquant, etiam quà emunctoriis secretoriis, quà ductui choledocho irritationem requisitam impertiunt, ac tandem particulas ipsasmet, meatum opplentes, ac causam proximam imitantes, emulgent, atque eas adeò vinculis eripiunt, ut in posterum imperturbate cum reliquo sanguine in gyrum flectantur. Hinc est, quod Paralysibus, à Colicâ oriundis, suppetias ferant, quandoquidem ad nervorum mæandros ac ambages extimas vi suâ penetrativâ eo usque pertingunt; ut tunicis, membranâ quà durâ, nimirum, quà tenui constantibus, motum impertiant oscillatorium; ex quo

quo fit, ut fluida intus contenta deinceps attenuentur, ac paulò post alacriter circumeant.

Symptomatibus diris, humoribus acidis, pituitosis serosisve prognatis, cruciatis diuretica idcirco succurrunt, quod aciditas exinde quà absorbeatur, qua immutetur; adhæc quod pituita ab eis attenuetur & liquescat; demum quod serum exhinc rapidiùs aliquanto circumagatur, ac tandem aliquando, ad glandulas renales appellendo, corpore penitus exigatur; quocirca melancholiâ afflictis istiusmodi remedia subveniunt, utpote quæ ab acido utplurimum exordium sumat; asciticis etiam aliquatenus opitulantur, quà nempè, humores serosos per renes amandando, ulteriorem ejus effusionem in abdominis spatia eo usque propedire solent; quò tensio progressum suum adeò sistat, ut in eodem postmodo permaneat statu: Anasarcæ demum aliquà ex parte auxiliantur, quandoquidem attenuatio atque evacuatio, ejusmodi hydropes amovere solent.

Renum ac vesicæ calculos, urinæ secretionem augendo, frequentèr extrudunt: Cæterum cautè providendum est, ne inconsulto nunc exhibeantur, siquidem calculum grandiusculum ita non expellunt, ut eum altius infigant, necnon ischurias inferant sæpissime lethales.

Cephalalgiis ideo manus porrigunt auxiliares, universalibus, uti aiunt, primo præmissis; quoniam humores aliò pariter derivant, ac extrorsum pellunt; hinc fit, ut *Fullerus* à *Baglivio* pulveris de guttetâ usum in cephalalgiâ ad drachmam usque aliis frustra adhibitis in thea maximis præconiis efferat.

Præmissis emeticis, Catharticis, ac venæ sectione, modo ostendantur, in colicâ carminantia evadunt diuretica; quatenus, nimirum, saburram primum fundunt glutinosam, deinde eam per renes exturbant, quinimo aliquoties, modo paulo sint validiora, per secessum, ex *Hoffmani* sententiâ, miasma istud morbificum extrudunt.

Non febribus solum lymphaticis, verum quibusvis etiam opem diuretica suppeditant; sed ita si febrium tempora ac indoles seriò perspiciantur; nam quando humores ad renes allexerint, eos foras ablegant; hinc est quod diuretica hic mitiora utplurimum eà introsumantur,

mantur, quia commotio ac ataxia, quam minima, nunc temporis concitanda ſint.

Quemadmodum diuretica humores per renes pellunt, ita eos ab aliis juxta derivant partibus, ac eorum minuunt affluxum; hinc fit, ut fluidorum copiâ primum avulsâ, poſtea aliquanto de ipſorum impetu multum etiam ita ſubtrahatur, ut iſta deinceps aliò ruant: Quamobrem vaſa tametſi diſrupta, longè minorem tamen quantitatem (imo aliquoties nihil) in poſterum expuent: hanc ob cauſam ſanguinis fluxum uſpiam, urticarum ſuccus reprimere comperitur, quia nimirum, tum irritando humores magis tenues ac ſeroſos per renum glandulas foris amandat, tum eos à parte principiò affectâ tam avocat, ut poſthac vaſculo rupto, exeſo, vel alio quovis modo aperto, ſegnius accedant: Et ſicut urticarum ſuccus ſit quadantenus acris, humorum exhauſtionem & accelerat, & circuitus impedimenta ſimul excutit; ex quo fit, ut fluxui hepatico maximè conducat; cæterum ſi ſtyptica præterea unà introſumantur; eâdem aſtutiâ humores paritèr exhaurimus, ac attenuamus; ac vas ruptum ferruminamus.

Hydrocephalis idcirco conveniunt, quod ſeroſos humores aliquatenus extrudant; hoc enim in morbo aqua cumulatius aliquanto, in fibris vel cutis vel etiam cerebri ipſius, in anguſtum concluditur; quod porrò in uteri vel tubæ fallopianæ hydrope, dummodo vaſcula uſquam in his partibus pervia ſint, veriſſimum eſt.

Arthritidis acceſſione decedente, ubi nempe, urina hypoſtaſin deponit laudabilem, ac dolores leviores aliquanto fiunt; diuretica, quippe quæ leniter ac ſenſim humores foris derivant; paroxyſmo, citra tumultus tamen, ſeu perturbationem ullam, finem ſtatuunt.

In ſcorbuto quovis, diuretica idonea, ſalia pontica vel alia peccantia tantopere per renes amandant, ut ſymptomata dira ac cruciantia exhinc germinantia ex integro actutum deinceps ſarpantur.

Quandoquidem caloris febrilis atque hecticæ in empyemate cauſa in hoc conſiſtit, quod materia purulenta in vaſculorum oſtiola remeare ſoleat; idcirco diuretica hic forte fortunâ conducunt, quod pus ſanguinis Maſſæ inhærens extrorſum quaſi clanculum eripiant.

Ad

Ad humorum plenitudinem aliqualem perinde ac ad varios inde morbos à lunæ phasibus iter sterni asseritur; fac ita esse, diuretica sanguinem onere suo sat molesto ita felicitèr expedient, ut symptomatibus hinc initium facientibus certissimè vel occurratur, vel ea & auferantur.

Quanquam diuretica empyematibus aliquam-multum conducere supra adverterimus; haud tamen ibi tum convenire, quia diuretica seu irritantia fuerunt remedia, protulimus; omnimoda enim diuretica adeò non ulceribus prosunt, ut ea maximoperè aliquoties irritent, atque hinc symptomata subinde funesta introducant: Veruntamen individua eorum nonnulla plurimum idcirco conferunt, quinimo valde requiruntur; quod ea perinde humorum acrimoniam acido-corrosivam obvolvant hebetentque, quam glandulas renales lenitèr titillent.

Num diuretica, quia irritant, emmenagoga sint, non magnoperè laboramus; hoc tamen rescifcatis, necesse est; diuretica una non eventus prosperos modo in medium non afferunt, sed sanguinem etiam lentiorem, spissiorem, ac magis obstruentem exinde conficiunt, quia serum tantoperè exhauriunt ut fluidorum, quæ supersunt, gyro deinceps non sufficiat.

Diuretica ætate paulò provectioribus haud prorsus conveniunt, quoniam perinde spiritus atque humores unà exinaniunt; hinc fit, ut ii, qui *Julapium diatessaron* (liquorem scilicet istum celebrem nostratibus usu frequenti receptum, ex spiritu vini, nimirum, succo limonum, aqua, & saccharo conflatum) sæpius ingurgitant, idcirco marcescant atque languescant; quòd particulis nutritiis una cum sero foras per renes amandatis, sanguis principiis nutritioni perutilibus omnino spoliatur.

Hecticæ, præ proritationis cujusvis vehementioris accessione intempestivâ, confestim idcirco augescunt, quod sanguinis in orbem rotatio festinantius exinde conficiatur: Ex quo fit ut massa à particulis quas sibi asciverit, si minus acrior fiat, magis tamen hinc acescat; quamobrem fibræ, vel ad inflammationem usque plerunque torrefactæ sunt: Nec ea, temperamenta biliosa (ni indolis sint acidæ vel saltem salso-acidæ) ferre queunt; quoniam

uti

uti horum ſanguis particulis aliquanto acrioribus fere ſcaturit; ita ejuſmodi (acrioribus nimirum) adminiſtratis acrimonia prius lenis eroſiva evaderet; necnon ægrotantes idcirco in hæmorrhagias atque ulcera ex hoc conjicerentur, quod non ſanguinis ſolùm acrimonia multum eveheretur, verum vel vaſa etiam aliquoties exederentur.

Ideo criſibus catachreſticis ea non competere reperiuntur; quia nihil humorum unquam prius extrudi debet, quam præſidio nobis eſſe oſtendatur: quum ſudores autem, unà cum ſanguinis orgaſmo ſtipati, crudâ prorsùs urinâ, nec ſtatu febris etiamnum emenſo, non ultrâ provehi poſcunt, ex eo, quod ſymptomatici nunc habeantur: quocirca nec evacuantia, vel ſubſellii infimi, Diuretica nempe, etiam tum laborantibus omnino conferre ſciatis.

Quamvis veriſſimum ſit, Diuretica paulo diutius exhibita ſerum foras amandando, menſium periodum non ſolum retardare, ſed ex integro etiam cohibere; ſiquis certè fluxu eorum immodico laboraret unquam, tunc temporis iſta intus ſumere prorſus idcirco iniquum eſt, quòd etſi ea proritando voto noſtro cedere concedatur; ſanguinis effuſionem tamen multò magis provocare comperiuntur: eâ de causâ fluxum iſtiuſmodi imminentem ac proxime inſecuturum potius eludunt, quam præſentaneo, quem reverà promovent, conferunt.

Morbis nephriticis paulo diuturnioribus cruciati Diuretica ideo haud impunè ferunt, quia ſanguinis temperie, propter evacuationem adeo perennem, omnino poſthabitâ; renum tamen fibræ præ plenitudine, quâ pertinaciter laborant, ita diſpanduntur, ut vel nimium deinceps flaccéſcant vel conſtanter intumeſcant; ex quo fit ut, ſecretio in poſterum neutiquam ex naturæ normâ perficiatur; quia urina omnino poſthac nequaquam profluet, vel ex contrario continuò emanabit, ac proinde in diabeten laborantes præcipites dabunt.

Quotieſcunque pelvi, ureteribus, veſicæ, vel urethræ ſeu meatui urinario inflammatio vel ulcus unquam inſederint, toties Diuretica ejuſmodi laborantibus adminiſtrando graviter hallucinamur; quandoquidem motum oſcillatorium illac vehementius aliquanto adurgendo

gendo, inflammatio in abſceſſum extemplo abiret; quinimo laborantes aliquoties in fiſtulæ diſcrimen adduceret; multum autem inter apoſtema & fiſtulam intereſſe ſciatis; cum abſceſſus ſit cito medicabilis, fiſtula vero quam difficillime (imo haud ſcimus, an unquam) ſanari poterit; fiſtulas quibuſdam hâc de causâ olim obtigiſſe meminimus; ſanieſque in uno per muſculos lumborum, in altero per inguinem tam copiosè extillavit, ut hectica, tabes, marcor & maraſmus vitæ tandem finem dederint.

In cauſo ſeu febre ardente ideo non requiruntur, quia irritantia, quoad calor ſummus duraverit, inepte ac imperite exhibentur; ſiquidem evacuationis vice, magis irritando, fibræ & ductus excretorii dietim inardeſcerent ac inflammarentur, nec evacuatio tamen exinde ſubſequeretur ulla; quocirca in ejuſmodi rerum ſtatu, calor ſanguinis immodicus venæ ſectione, enematibus necnon julapiis ac hauſtibus attemperantibus prius imminuatur, quam Diuretica intus exhibeantur; quandoquidem his poſthac ita adminiſtratis, ſi vel febris criſis præ foribus ſit, vel ea in remittentem evadat, tunc voto ſat feliciter cederent Diuretica; quippe quæ, febris emenſo vigore, particulas putridas, modò ſubſidentiæ ſatis aptas, per renes deturbare poſſunt.

Pthiſin querentes ideo non ejuſmodi remedia impunè devorant, & propter hecticam, & ulcus, & demum, quia eorundem languor ac ſpirituum vacillatio eos ampliùs evacuatoriis angi non patietur.

Jampridem ea haud ſanguinis fluxibus nec ulceribus competere advertimus: quamobrem dyſentericis apprimè nocent; ex eo, quod ſanguis neutiquam hic effundatur; quin ex vaſe, propter ulcus ibidem genitum, eroſo effluat.

Uti calculus renum paulo grandior haud prorſus expelli poſcit, ſic commotio hìc prorſus nulla Diureticis cienda eſt, ne propter impetum uſurpatum ſubſequeretur inflammatio: neque veſicæ, urinæ copiâ nimium diſpanſæ, ſuppetias ferent; quippe quæ, cum hinc immane quantum muſculus ipſius detruſor pateſcat, magis exinde viribus cadit contractoriis: quacunque enim

urinam provocare nitimur, fruſtra, ſuſpiciosè, ſaltem, præterquam per catheterem perfici poteſt.

Revulſiones omnigenæ diabeti propterea proſunt, quòd humores illum introducentes alioverſum trahant; necnon eos à parte affectâ, eis onuſtâ, alibi derivent; Diuretica autem vix vel ne vix quidem eà convenire putantur, quià cum omnis evacuatio διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων (per loca convenientia) ſit, ex *Hippocratis* animo, vehenda; atque alicubi *per locum affectum humorem peccantem neutiquam ducendum* eſſe affirmet; Diuretica nequaquam diabeti omnino competere ſenis authoritate palam fecimus: quibus verò *loca evacuationi apta* accuratiùs perpendere animus eſt, perlegant ii partis ſecundæ articulum quintum libri noſtri ſuperiore anno primum editi, *Euodia* inſcripti, *De methodis in criſibus uſurpandis*, Editionis primæ p. 169. aſt ſecundæ p. 177.)

Quandoquidem dyſuriæ cauſa ab humorum acrimoniâ penitùs pendere, plerunque, cernitur; Diuretica in eâ adminiſtrare ineptum ſane foret; utpote quæ acrimoniam ultra eveherent, ac proinde dolorem iſtum vix ferendum amplius ſtimularent.

Arthritides ab humore acri exordium ſumentes à Diureticorum uſu eà magis increbreſcunt: quia inflammationem aliquatenus accelerant; ſiquidem enim ſanguinis motui circulari calcaria adjiciunt, necnon acrimoniam ejuſdem magis intendunt; humores paulo velocius partem affectam verſus feruntur, ac exhinc dolores mirum in modum exacerbeſcunt: demum temperamentum calidum nunquam non à Diureticorum primæ claſſis exhibitione in pejus prolabi obſervatur.

Quotieſcunque metus eſt, ne abortum patiantur fœmellæ, toties Diuretica ſedulò evitentur, propterea quod quies imperanda, non vero ſtimulantibus uterus quatiendus eſt.

Rondeletius, *Cappivaccius*, *Hildanus*, *Bruele*, *Wallæus*, imo medici ad unum ferè omnes in hoc conveniunt, quod ii, nimirum, evacuationes magis univerſales continuo prius præmittant, quam Diuretica exhibendi periculum faciant; quandoquidem enim humorum quantitati

titati evacuationes unicè accommodantur, necnon uti multitudo per glandulas, quarum ora magis patent, commodiùs eripitur; ſatius eſt, ut prius humorum per portas, eorundem copiam facillime, imo confertim, admittentes, exinanitioni operam navemus, quam per loca, quæ iſtis parcius aliquantò aditum præbent; quamobrem per ventriculum, inteſtina, ac glandulas miliares antea elutrientur humores, quam per renes iſtos deturbare nitamur.

Vacuo propinentur ventriculo, propterea quod, ſi unà cum eduliis ſumantur, adeo obtunduntur ac refringuntur eorum vires, ut alterantia tantummodo deinceps evadant: quinimo ſanguinis intemperiei, primas tenenti, prorſus repugnent, cùm omne remedium præſidium idcircò cenſeatur, quod ſit morbi cauſæ adverſum. Quoties vel dolor vel inflammatio quoſdam infeſtant, toties eis abſtinere ſatius ideo ducimus; quia cum iſtiuſmodi incommoda ab irritatione alicubi ortum ducant; irritationem aliam ac majorem ſuper alteram accumulare, atque obſtructionibus exinde iter ſternere, ineptum foret; præterea quando penis cannula vel muco vel calculo obturatur, iſta obſtacula prius amoveantur, quàm Diuretica introſumantur.

Quantum ad methodum in Diureticorum exhibitione obſervandam, hæc ſciatis; 1°, Evacuantia univerſalia, emetica nempe, cathartica, diaphoretica, ac venæ ſectio continuò, modo oſtendantur, eorum uſui præmittantur. 2°, Obſtructiones, inflammationes necnon impedimenta cuncta prius amoveantur, quam ſumantur. 3°, Siquando Diureticum in formâ ſiccâ cuiquam porrigitur, liquor mediocriter calefactus poſtea eò hauriatur, ut particulæ remedii aculeatæ diluantur; quò eæ in ſanguinem expeditius vehantur. 4°. Ocyùs effectus ſortientur ſuos, dummodo exiguum exercitii adhibeant. 5°, Vini tepidi pauxillum, Diuretico ſumpto, devorent. 6°, Cavete, ne paulò impetuoſius urina laceſſatur; ſin ex D^ris. *Paxtoni* ſententiâ nil proprie Diureticum appellari poterit, quandoquidem ea propinata certè utplurimum parum ſuccedere comperiuntur, Diuretica eò præſcribere futile ac inane eſt. 7°, Sint *electiva*, ubi, nempe, calculi, humores

mores viſcidi & ſimilia foras ſunt expellenda, remedia Diuretica ſint aquea & diluentia; ſin morbi ab humoribus aqueis, copiâ peccantibus, oriantur, uti fit in anaſarcis, hydrocephalis, hydrope, cæteriſque id genus, Diuretica ſint ſolida & ſicca. 8°, Ubi Diuretica hauſta immodicum urinæ effluxum cieverint; tum remedia diabeti proficua, hic etiam erunt perquam utilia; qualia ſunt aſtringentia ac glutinoſa ex bolo armenâ, ſanguine draconis, lapide hæmatitâ, corallio, gummi arabico, tragacantho, aliiſque quamplurimis.

Diuretica foris admota ſubinde voto noſtro cedere novimus, ubi primùm intus devorata ne vel hilum proficere experti ſumus; quamobrem nos hiſtoriam ſequentem coram vobis ſiſtere juvat; dux equitatûs, in legione prætoriâ *Northumbricâ*, cui cognomen erat *Heath*, anno 1708, in monomachiâ gladio in thorace tranſfixus; quotannis per idem tempus, æſtatem nempe, urinæ ſuppreſſione, dolore in parte ſauciatâ, unà cum deliquiis necnon pulſu intermittente laborabat; intus remedia quamplurima cardiaca ac Diuretica incaſſum ipſi porreximus; quocirca demum cataplaſma ſequens ex ſaponis nigri ℥vj. Croc. Anglic. ʒß. Sal. Succin. gr. xv. umbilico & regioni lumbari admovimus: urina dein aliquanto poſt affatim effluxit, medicamenta propinata non poſthac evomuit, ac cuncta ſymptomata dira ſe haud multo poſt ſubduxerunt: quî remedia hæc externa renum cataractas reſerare valent, nugatoriè diſceptare haud impræſentiarum operæ pretium erit: ſiquidem verò particulis ea conſtant tam emollientibus, quam volatilibus, oleoſiſque; ſuſpicari licet, particulas iſtas ſalino-volatiles ad vaſa capillaria uſque penetrare, atque ita ſanguinem cuſpidare, ut is ſolida tantiſper irritare valeat, dum particulæ molles fibras, quas tangunt, dilatant: hinc fit, ut fluida perindè vaſa liberiùs introeant, quam velocius ab eiſdem retrocedant. *Ettmullerus* ſequentia ad eundem finem deprædicat; ℞. Fol. Parietar. mij. Chærefol. mjß. minutim incidantur, coquantur, adde Butyri inſulſi ℥ij. Ol. Scorpion ℥iß. m. f. cataplaſma pubi admovendum; linimenta ex oleis chamæmeli, liliorum alborum, ſuccini, ſcorpionum, &c. in hunc uſum componere jubet.

Corollarium.

Vinum Diureticum.

℞. Cortic. interior. Sambuc. p. j. Abſinth. roman. m ß. Rad. Gentian. ʒß. Sem. Dauc. *Sylveſtris* ʒiij. Infund. in Vin. Hoccomorenſ. opt. ℔ij. bibat hauſtum ad libitum.

OBSERVATIONES.

Diuretica calculum minorem in pelvi vel uſpiam iſthinc ad balanum uſque commorantem ſat feliciter extrudunt: cæterum hoc memoratu dignum eſt, quod ſiqui paulo diutius renum calculo fortè ægrotaverint, Diuretica iis minus idcirco ſuppetias ferunt, quod etiamſi iſtum, præ ſuccuſſibus ac irritationibus ſat violentis, vel expeditè nimis deturbent; ſæpius tamen repetita, ſanguinem ſero ſuo, perquam utili, omnino ſpoliant; ex quo fit, ut quam maximè exinde lenteſcat maſſa, necnon concretiones ac offæ, inde orta, motui circulari paulo frequentius obicem ponant.

Renum morbis inflammatoriis vel eorum ulceribus, quinimo veſicæ vel ſphincteris ejuſdem inflammationi maximoperè obeſſe comperiuntur; quoniam cum pars inflammata nequaquam ſit omnino movenda; atqui Diureticorum idea eſſentialis motum iteratò factitatum complectatur, hinc dubio procul ſequitur, quod ſiquidem pars affecta magis exinde irritaretur, inflammatio plurimum increbreſceret: quicquid autem de inflammatione protulimus, id omne de ulceribus, in iſtis locis defixis, intelligi volumus; utpote quæ, cum unitioni motus omnino adverſetur, longè magis inde offenduntur: hoc tamen perinde proferri nolumus, quaſi nulla Diureticorum ſpecies ulceribus opitulari poſſet: quandoquidem, quæ virtute pollent balſamicâ, non ineptè renum ulceribus convenire reperiuntur: quâ de causâ Terebinthina, necnon balſama cuncta inde confecta, urinam cum emolumento proritare cernuntur; quippe quæ renum glandulas ſimul leniter emulgent, ſimulque particulas purulentas, ibidem moram trahentes, fóris

pellunt; ex quo fit, ut pars affecta quà sordibus liberetur suis, quà non multo post cicatrice obduci possit: remedia tamen detersiva non diutius adhibenda sunt, quam ulcus saniem ac pus male coloratum ubertim demiserit; posthac enim medicamenta siccantia & absorbentia eò exhibeantur, quò unitio citius absolvatur: hinc scitè *Groenveltius*, *De usu cantharidum interno* primùm cantharidas ad grana aliquot intus ita dedit, ut ulcus vesicæ mundaretur; deinde remedia glutinantia, absorbentia, ac siccantia, (qualia fuerunt succinum, corallium, gummi arabicum ac balsamica,) bonis propinavit avibus.

Remedia tantummodo Diuretica uteri obturationi reserandæ destinare, secundum *Morellum*, ineptum foret; quippe cum sanguinis massa multum exinde seri copiâ sibi perutili spoliaretur, quà usque eò lentesceret, ut hinc periodo menstruæ in posterum minus foret habilis: in cujus rei fidem, succum urticæ memorare licet, qui quanquam sit acris ac proinde Diureticus, sed usus quotidianus medicinam exercentes, istum hæmoptoi ac sanguinis vomitui opem ferre docet; utpote cum, urinam leniter proritando, particulas sanguinis aqueas ita foris evehat, ut eâ de causâ, non minus sulphureis quam acidis sibi propius accedentibus, lentor certissime exinde oriatur, ac meatus tandem coalescat apertus: artificio haud dissimili nuper quandam tabacum immodice fumigantem propterea apoplexia lethalis corripuit, quòd massa lymphâ, sanguinis in gyrum motui peropus, hinc omnino privaretur.

Quoties fœminæ sæpiuscule abortire sueverint, (quemadmodum recens nuptis, iisve, quorum sanguinis massa sero scaturire solet, seu fibris laxis gaudentibus, obtingere invaluit,) motus intestinorum paulo concitatior, nimium frequenter iteratus, uterum adeo concutere reperitur, ut per consensum patiatur; atque siquid oneris complectatur, id omne sensim foris propellitur, quam moliminis speciem *Borellus* centuriâ 2da, observatione 98va. *Vomitum matricis* idoneè satis appellat: siquidem tali succussu uterus, fibris suis maximopere compressis, infantulum evomere cogetur. In

hoc

hoc rerum ſtatu, ſerum cautè admodum evacuandum eſt; nec hic Diuretica prorſus conveniunt.

Quoniam Diuretica particulis conſtant plerunque ſubtilibus, idcirco illa ipſa, pro lubitu, propter doſin, ſcilicet, paulò minorem vel auctiorem; vel alterantia, vel Diuretica vel Diaphoretica tandem evadent; quocirca præparantium vices iſta quam optime gerere compertum habemus: quandoquidem catharticis ſi præmittantur, humores exinde fiunt magis fluxiles; atque hunc in modum *Hippocratis* ſenſui morem omnino gerimus dicentis, τὰ σώματα χρὴ ὅπου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν. Authores quidam neoterici præparantia tanquam prorſus inutilia nuper repudiaverunt; atque licet in quovis temperamento ipſorum uſus evidenter eluceat; in nullo tamen magis quam in hypochondriaco hyſtericóve perſpicuè liquet: ubi ſymptomata prægrandia ac tremenda catharticorum exhibitioni, præparantium anteceſſu omnino poſthabito, plerunque comitantur: quorum cauſam, ſi placet, paululum perpendemus. Facile adducimur igitur ut credamus, quod acidum, cum ſit principium congelans, ſanguinem, (imo lympham integram) in hypochondriacis, plus minus, lentiorem effecerit; quà de causâ fit, ut motus iſtorum in orbem exhinc non mediocriter impediatur: in actu autem purgatorio, perinde motus fluidorum inteſtinus quam progreſſivus multum increbreſcunt; hinc fit, ut fluida hæc, quæ in arteriolis primum fere ſubſtitiſſent, hoc, operationis nimirum, tempore uſque eò tumultuari cernentur, ut vix citra inflammationis inſecuturæ diſcrimen vaſa capillaria deinde perreptare queant; ex quo fit, ut ſymptomata dira, auſa iſtiuſmodi temeraria, pone fere ſubeant. Cum hæc autem conjectatoriè tantum protulerimus, haud quenquam ita nobis morem gerere volumus, ut ſi continuò res ſic ſe haberet; ſiquidem tamen *Sennertus*, *Sylvius*, *Sydenhamius*, *Etmullerus*, *Dolæus* ac *Waldſchmidius*; imò medici nunc fere omnes ſaniores præparantium uſum prius præcipiant, quam cathartica præſcribant, nobis hâc in re forſan delinquentibus promptiùs, uti par eſt, ignoſcetis.

Quoties

Quoties uteri glandulæ humorum pituitoforum affluxu paulo pleniore adeo laxantur, ut tam ineptæ fiant, quæ fluida contineant fua, ut humores exinde fecretos luculenter deponant; præterea quoties fanguinis maffa tum fero glutinofo nimium fcatere deprehenditur; toties hinc fluor muliebris, albus dictus, exordium fumit; qui fi ad tempus parvi pendatur, immedicabilis ferme fit; utpote qui cum annum quafi, nimirum, præterpropter duraverit; haud prorfus utplurimum deinceps remediis cedere comperiatur: hoc in cafu, Diuretica, præmiffis catharticis, apprimè idcirco fuppetias ferunt, quòd primùm ferum uberiùs aliquanto eliminent, quod fluxum deinde ad aliam trahant portam; & demum quod remediis abforbentibus, glutinofis ac ftypticis, quibus ægrotorum res deinceps in vado fiant, iter fternant: cum hoc au em obiter advertendum fit, quod, fluxu laborantes albo, motu omnimodo prorfus interea dum abftineant; hinc rationum momentis proferri poterit, fluxus quofvis, dum cathartica exhibentur, adeo non minui, ut ad tempus in pejus continuò provehantur; qui tamen expeditiùs inde pofthac remediis cedunt, quoniam humorum copiâ primum aliquatenus demptâ, influxui in pofterum uberiori adeo occurritur, necnon partes ideo affectæ ita detumefcunt, ut vaforum ora ac parietes idcirco ita fibi invicem propius accedant, ut tandem aliquando remediis fpecificis fatis aptè claudantur. Simili fere modo, ficubi inteftina molem fuam expeditius aliquanto, quam fieri oportet, deorfum labi finerent, ex quo fit, ut lienteria exinde oriatur; fibrarum perinde laxitati, quam faburræ vifcidæ feu ferofæ in iftis moram facienti Diuretica idcirco opem ferent; quippe quæ humores iftos, poftquam illos paulo tenuiores fecerint, aliò pellunt; necnon, eos foris amandando, fibrarum tonum cafu fortuito adèò firmant; ut ciborum pondus ufque ad tempus folitum retinere queant: hic autem haud de catarrho ferino, ex *Dureti* obfervatione, verba facimus; qui cum ulcus, inteftina graviter erodendo, in medium attulerit, iftiufmodi remedia, plerunque acria, nequaquam ferre omnino poterit; è contrario enim, per medicamenta id genus æque increbrefceret ulcus, ac

chyli expulſio uſque eo præcipitaretur, ut ſanguis nutrimento ſolito, quo diu egere nequimus, omnino poſthac privaretur; quà inſcitià, geminà de causà, tam ulcus, nimirum, ampliando, quam illos fame enecando, ægrotos perimeremus.

Sanguinis lentor, ipſius, in vaſis minutulis, ſtationis cauſa eſt præcipua; quinimo huic motùs remoræ diſruptio aliquoties comitari ſolet; quæ, cum inteſtinorum vaſis evenerit, fluxus nuncupatur *hepaticus*: tali, quamvis, in caſu, fluxum hujuſmodi ad breve tempus frænare haud arduum omnino ſit, quippe qui ſtypticis expeditè cedere comperiatur, hæc remedia tamen ita voto, (obſtructionis amotioni nempe,) non reſpondent, ut quamplurima agenda etiamnum ſuperſint: quandoquidem enim meatus juxtà apertus atque obſtructio unà quidem præſidium indigitent, alterutro poſthabito, manca certè foret indicationis τελείωσις: quocirca remedia ſtyptica, cujuſmodi ſunt corallia, ſal martis, ſanguis draconis, terra lemnia, ſaccharum ſaturni, conſerva roſarum rubrarum, atque alia ejuſdem generis unà cum acribus, aromaticis, amariſque miſta, in pilulas, electuaria, imo vel quaſvis formulas redacta, ac intus propinata, fluxum hunc ita perinde reprimere quam vaſcula obturata reſerare poterint, ut ægrotantes haud ita multo poſt penitùs reconvaleſcant.

Per fluidorum, in canalibus ſuis, motum paulo inertiorem factum eſt, ut iſta minus rectà progrediantur, quin paſſim in vaſculis evaneſcentibus curſum ſubindè ſiſtant; utpote quæ, cum ita in arteriolis aliquandiu permanſerint, quotidiè magis ac magis adeo lenteſcunt, ut in orbem ultrà flecti poſtmodò prorſus renuant: exhinc fit, ut ea, vel omnino vel quadantenus nempe ſubſiſtendo, ſeu anaſarcas ſive humores œdematoſos, in ſuperficie defixos, in medium afferant: uti medicis vel minimum exercitatis, quibus nautarum à S^ti^ *Michaelis* portu ſolventium valetudo curæ eſt, frequentius eluceſcit: hujuſmodi enim fluida perinde à victu craſſo, quam à frigore ſævo, atque à quamplurimis aliis *anguſtiis*, his ſolennibus, valdè concreſcere ſolent: quamobrem, univerſalibus præmiſſis ac pro re natâ iteratis, Diuretica tam humores fundendo quam

meatus obstructos reserando, imo perinde motum fluidorum circularem renovando atque illa per renes foris amandando, istis hoc modo laborantibus quam maxime opem ferunt.

Uti axioma apud *Hippocratem* celeberrimum, ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰήματα, morbo fere omni, soli, & semper accommodetur; ita inanitiones repletionis vice præscribere ineptum agere sanè foret: Diuretica ergo emaciatis præbere nullo, quod scimus, jure concessum est; quippe cum repletio sit anchora istiusmodi, reipsà, sacra; ii succoladâ, gelatinis, ovorum vitellis, succo inspissato arboris Lybicæ, *sago*, dicto, temporibus opportunis, virium resarciendarum gratiâ, adeo saginentur, ut remedia alterantia administrandi etiam, ad humorum malitiam obtundendam, locus præbeatur.

Alma mater, Tellus, ab ærâ dominicâ 1500, ad hoc usque seculum particulis aculeatis, metallis deciduis, scaturire fertur; ex quo fit, ut aquæ, quibus utimur quotidie, istiusmodi salibus viventium sanguinem adeo inquinaverint, ut morbus iste atrocissimus, *scorbutus* appellatus, jam inde ab isto tempore mortales immaniter cruciaverit: uti *Johannes Harrisonus* Dunelmensis, M. D. Senex perspicacissimus, in tractatuio, cui titulus, *scelera aquarum*, ejus morbi perinde fastos atque causas enumerando, nos sat palam edocuit; quemadmodum autem salium istorum indoles plerunque deliteat, nisi quod à temperamento nobis ea innotescat; *Willisii*, viri disertissimi, sententiam, scorbuti causam bisecantem, jure merito amplectamur. Temperamentum itaque biliosum, seu istud saltem calore immodico stipatum, dummodo vasa impendiò repleantur, evacuationes postulat; per venæ sectionem, ubi vasa sanguine impensè tenduntur, uti rubore, vasorum repletione, oculorum gravitate cæterisque id genus signis liquet; per emetica, si quando nausea, aliaque signa ventriculum laborare denotantia adfuerint; per cathartica, ubi abdominis tensio, crepitus atque alia intestinorum idiopathicè affectorum signa præstò sunt; ac tandem per Diaphoretica vel Diuretica, quoties ponderis in renibus sensu, seu lassitudine per totum corpus sparsâ (quæ ponderis etiam glandulis incumbentis

species

ſpecies revera eſt) ejuſmodi remedia oſtendantur; his ita præmiſſis, remedia diluentia, quæ ſalium acrimoniam utramvis efficaciter diſſociando emendant, primum exhibeantur; necnon, modo potis ſit, acrimoniæ ſpecies, alcalina an acida, mineralium an vegetabilium, eò penitiùs indaganda eſt, quò remedium contrarium meliuſculè accommodetur. Ex egregii viri præſcriptis, aciditates ſuccis animalibus præfuiſſe, ipſius tuliſſe ſententiam, quam maxime enitet; ſi igitur praxin fœliciter, iſtorum remediorum uſu, continuò confecerit; quemadmodum ex ipſiûs magnificentiâ ac pompâ, necnon ex honore ipſi delato egregiè conſtat: nulli omnino dubitamus, quin pulveres hi teſtacei ægrotis opem tulerint maximam. Cum ſanguis autem in temperamento frigidiori limoſus ac lentus utplurimum ſit, proinde juxtà, evacuatoria ἄνω καὶ κάτω inanientia, maxima à medicis ambit ope; atque Diuretica, quæ reſiduam humorum vitiatorum portiunculam per renes planè amandant; quam ad rem vinum hoc haud parum conducere reperietur: à quo, ſalia quæcunque volatilia, ſal nimirum, volatile cornu cervini, ſal volatile ſalis armoniaci, ſal volatile oleoſum ſive ſiccum ſive liquidum, ſpiritus cornu cervini, ſpiritus ſalis armoniaci; plantæ quævis volatiles, *Raphanus*, ſcilicet ruſticanus, cochlearia, naſturtium, beccabunga, ſemen ſinapios; amara cuncta, abſinthium, nempe, centaurium minus, fumaria; ſalia fixa, ſal, videlicet, abſinthii, geniſtæ, cardui benedicti, juniperi, & ſimilia, in varias formulas confecta, ſcorbuto frigido colophonem addunt.

Quotieſcunque materia lenta ſeu glutinoſa ductui communi, veſicæ felleæ orificio, ſive glandulis hepaticis uſpiam in iſtis locis adnaſcitur, ac proinde bilis ſecretioni debitæ impedimento eſt; Diuretica, utpote quæ tam motûs obſtacula ſummovere quam urinam proritare poſſint, quam maxime conferre comperietis: quâ de causâ fit, ut vinum hoc ictero maximas ferat suppetias; icterum vero omnimodum iſto auferri non aſſeveramus, quandoquidem non modo ab humore lento, verum aliquoties etiam à calculis, à viperæ morſu primordium ſumit, quæ morbi hujus ſpecies iſtiuſmodi

ſtiuſmodi remedia adeo non oſtendunt, ut hic acida, ille vero mollia ac lubricantia omnino poſcat.

Mulieres perinde hyſtericæ atque infantes, langueſcentes jure merito nuncupari debent: uti vero ejuſmodi evacuantia fortiora haud impunè ferunt, ita nec hi; quocirca Diuretica ſola his convenire affirmamus.

Infuſum Diureticum.

℞ Sem. Sinap. ℥ij. Sem. Dauc. *Sylveſt.* ℥iij. Abſinth. Roman. p. j. Infund. ſimul in Vin. alb. Gallic. ℔ij. capiat doſin ad libitum.

OBSERVATIONES.

Quandoquidem præſcriptum hoc à vino Diuretico parum diſſidet, ſiquid cuiquam iſtud proderit, id omne de hoc quoque, gradu tamen longe eminentiori proferri poteſt; quocirca vela trahamus.

Pilulæ Nephriticæ.

℞ Terebinth. è Chio ʒß. Opobalſam. ℈ij. Pulv. Oc. Cancror. è Chel. Cancror. ā ʒiß. Syr. Balſam. q. ſ. m. f. Pilulæ Mediocres Obvolv. Pulv. Oc. Cancror. Capiat iv. bis de die.

OBSERVATIONES.

Quanquam urinæ odor, ſumptâ terebinthinâ, violaceus continuè fiat, inde ſolummodo ſubſumere, particulas terebinthinæ ſulphureas cum ſanguine confundi par eſt; ſed an perinde quantitatem urinæ majorem idcircò proliciant Diuretica, quam iſti odorem impertiant, litem hanc expedire nobis neutiquam vindicabimus: ii tamen, qui ab hujuſmodi remedio præſidium efflagitant, vehicula copioſè ſub idem tempus ebibere meminerint; qualia ſunt ſerum lactis cum vino albo, vel julapio diateſſaro conflatum, ut arenulæ, pelvi vel ureteribus incubantes, paulò expeditiùs eluantur: ut enim verum fateamur, Diuretica inceptum non magis indubitanter unquam pertexunt ſuum, quam cùm liquores, eà propinati, particulis imprægnentur aculeatis; quippe cùm perindè liquoris affatim ingurgitemus, atque glandulas unà proritemus renales, iſta ſimul juncta muneri

muneri huic continuò ſat eſſe reperiemus. Quoties igitur nephritidis acceſſio quenquam adoritur, diuretica iſta, *aqueo-acria* nimirum, arenulas uſque ad veſicam ipſam deturbabunt, quæ poſthac tantò commodiùs ejicientur, quantò quis validius veſicam comprimendo, urinam diutiùs continet; quoniam cum arenulæ nunc eò pervenerint, quo lotium uberiori prorumpit rivo, eò certius iſtæ tam ex canalis dilatatione temporaneâ quam ex vi, quacum contenta profluunt, prorſus abluentur: Proinde ſpaſmi, causâ omninò loco meabili prognati, hunc in modum quam expeditiſſimè, ac ſine morâ, mitigari ſolent. Hæc autem de arenulis ſolis proferimus; quippe renum calculum paulò grandiorem diureticis impetere haud æquum eſſe cenſemus; utpote cum, aut impetu, quo ſolidum iſtius molis concitari ſolet, ureteres dilacerarentur, aut ſpaſmi ſaltem ac dolores ſævi, aut inflammationes (quæ morte ægrotos utplurimum multant) citius aut ſerius exhinc accelerarentur: Monitum hoc vobis haud inculcâſſemus, quod niſi experti, periculis inſcitè iteratis, loquamur; infortunia porrò hæc eò magis lugubria ſunt, quod cum à calculo primum initium ſumpſerint, uſque eò deinde ſub eodem titulo, improperio autem, etiamnum occultantur, dum humorum gradum nunquam deinceps revocare poſſimus: Sin forti ſuper iſti iniquæ fuerint; ulceri renum mors caſu fortuito palmam defert; quod denſim, dummodò citra meatûs urinarii fines ſubſtiterit, fiſtuloſum, ac proindè immedicabile fit: Quod ſi meatibus urinariis infigatur, experientiâ propriâ duce, ſæpenumero remediis cedere reperitur: Pilulæ autem quæ, præ particulis ſuis abſorbentibus ac balſamicis, huic conducunt fini; ulceris igitur genium paulò accuratiùs, ſi placet, ad ſtateram exigamus; ex quo fiet, ut medicinarum energias longè expeditius intueri valeamus. Quum fibræ fluidorum mole adeò explicantur, ut eorum sarcinam ultrà ſuſtinere nequeant, eæ tam tenues ac raræ evadunt, ut confeſtim exinde crepent; atque materiam purulentam in ſpatium iſtud promiſcuè effundant; unde fit, ut materia hæc, fibris tantopere diſruptis circumſcripta, abſceſsûs nomenclationem adepta ſit: Qui reapſe ea ulceris ſpecies eſt, quæ ab inflammatione

exordium fecit: Simul autem ac primum materia hæc fibrarum obstacula adeò discutiit, ut ex foramine, seu sponte suâ formato seu secto, profiliat, fibrarum læsio in eodem etiamnum statu permanet, fibra intra diabroseos ambitum singula pus, quod in se complectitur, in spatium hoc usque eò sejungit, donec unaquæque ad metas consuetas rursum redigitur; deinde eæ sponte, modo sanguis particulis adeò vacet aculeatis, ut oleosis, balsamicisque solis affluat, ita coalescunt, ut fluida sua imperturbatò ac ex ordinè in posterum circumagant: Quod si ex infortunio, quale nimirum sanguinis seu lymphæ acrimonia quadantenus septica vel caustica foret, solida vel putrescant, vel exedantur, proinde saniem continuo, quinimò diutiùs aliquanto, extillent: Pilulæ hæ, acrimoniam hanc aliquatenus obvolvendo, humorum suppetias admodum imminuunt; sin proximè fibras ipsasmet læsas hujusmodi remedium admoveatur, longè citiùs rem absolvemus: Imò citiùs adhuc medelam inchoatam, absolutam faciemus; ita si laborantes venustatem ac vulnera flocci faciant; quippe cum remedium deinceps uniuscujusque ac universarum fibrarum oscula in propinquò amplexetur, nullo modo fieri potest, ut remedii admotio universis fibris non magis auspicato, quam si quibusvis solummodo admoveretur, voto cederet: Hac de causâ fit, ut chirurgi paulò consultiores aperturis amplioribus aliquanto haud immeritò tantoperè capiantur.

Quicquid cæteri de terebinthinæ, in gonorrhœis venereis sanandis, usu vel senserint vel protulerint, nos longè secus, atque ii, certè opinamur. Recentiores quidam injectiones in urethram per siphonem pulsas adeò impensè mirantur, ut gonorrhœam virulentam iis unis auferri jactitent; illas equidem haud improbamus; si tamen istæ præfinito tempore admoveantur; quippe cum eæ peculiari cuivis fibrarum incommodo jugiter aptari queant, quid vetat, quo istæ minus introducantur: Quandoquidem autem hæc meliuscule capi volumus, sententiam nostram paulò fusius explicare liberum nobis sit; quippe, hoc agendo, pseudodoxiam haud minoris momenti, quam infortunia quamplurimis optimatum natalibus ac stirpi per futurum genus tradendi,

ac

ad rectam rationem traducemus. Esto, quenquam à certamine, cum pellice lue infecta, aliquando conflicto, contaminatum esse; ac portiunculam veneni hujus septici, per coitum vel in balanum, vel præputium, vel etiam in ipsum urethræ canalem, irreptâsse; quod magnâ ex parte, propter attritionem vehementiorem, in poros membri priùs introducitur, quam semen in vaginam effunditur, quodque istis pressius aliquanto adhærescit; nulli enim dubitamus, quin attritio partium veneni hujus subtiliorum perinde intromissionis causa sit, atque embrocatio, sit modus, quo materia haud magis spirituosa poros longè minus flexiles introire cogatur: neque Themidi non litare, ullis artis medicæ peritis, omninò videbimur; cum emissionis moram ætati ut plurimum, seu, quod unum idemq; est, scortatoris impotentiæ rationem gestare asseramus; eadem itidem ratione & attritio protrahi solet; unde fit, ut contagii sors certaminis diuturnitati obsequium præstet. Rebus ita se habentibus, analogia, per quam venenum hoc animalium venenis quadrare quit, sat elucescit: Quemadmodum enim hæc aliquatenus à se diffideant, ita & illud, imò vel à seipso, multum certè discrepat; haud facile cæteroquin esset proferre, quî fit, ut ii, qui juxta primum fodiunt, licentiâ blandâ pœnam subterfugiant. Cum ista ipsa tamen mœcha, paulo magis conspurcata, nullum deinceps aggressorem arietantem accipit, quem non tabo isto fœdissimo imbuit; quod si morbum quo inquinatur, sive ex penuriâ sive egestate vel adhuc spreverit, ac posthabuerit, væ homines istos, quos hæc postmodo inescaverit! Quotus igitur quisque is est qui istiusmodi mutilatis, nullo discrimine, pharmacum adhibere velit? Quanquam enim remedia necessario sint ejusdem speciei, sed medicus immeritò nuncupatur, quod nisi propter solicitudinem de salute ægroti maturam, seu veneni copiam, dosin remedii vel minuere vel augere devinctum se crediderit: Quocirca quemadmodum topica, si tamen confestim adhibeantur, atque quoad & quantum chirurgi sagaciores sat esse concedunt, particulas morsuum virosas nunquam non à parte affectâ efficacitèr amandant, ac proindè obstaculo istis sunt, quo, propter moram, quam in fibris fecerint, minus cum sanguine

confundantur; sic si horâ unâ vel alterâ elapsâ venenum istud corio nostro, vel etiamnum, insideat, remedia externa citra internorum consortium metam propositam haudquaquam attingent: Quæritur idcirco, nec injuriâ, utrùm in casu hoc, in medium dato, topica una admoventes, an remedia simul intus præscribentes, consultius agunt? Siquem ideo canis momorderit rabiosus; neminem, ni multum fallamur, reperiemus, qui chirurgorum istorum incuriam non adeò dedecorabit, ut fotibus spirituosis, cæsuris, cucurbitulis, vel quibusvis externis unis non fidat: quin præterea diaphoretica selectiora aliquantò (quæ experientiâ duce, concretiones funestas, necnon vicissitudines diras, delirium istud avium præ vulneris hujusmodi cicatrizatione præmaturâ introducentia, efficacitèr expugnant) jugiter exhibere soleant: Quanto solatio perinde morsi quam chirurgi, propter hanc diligentiam nimiam, modo siccine improperetur, potientur? Qui hunc igitur in modum ulceribus illiusmodi medicari conantur, ineptè idcirco agunt, quod pericula eminus, at certò ferè certius, à tergo tandem aliquandò eventura, haud trutinantes, ægrotantibus, diris contra eos, præ noxis haud multo post exinde pullulantibus, in posterum, agere permittant. Si igitur præter injectiones id genus, intus præterea exhibeantur *purgantia*, ex mercurio dulci, pilulis rudii, cochiæve, resinâ jalapii, unà cum balsamo seu peruviano seu opobalsamo, similibusve conflata; si itidem, remediis evacuantibus præmissis, (quæ cum detergentibus omninò uni conveniunt tertio) *balsamica* seu digestiva, terebinthinata aliave ideo introsumantur, quoniam urethræ tubulos undique prætumidos usque eo humorum onere suo levant, ut in mensuram ac molem nativam rursum redigantur; exindè fiet, ut quam facillimè postmodò remediis *stypticis* necnon absorbentibus meatus, etiamnum dehiscentes, tutò deinceps claudantur; petimus, num remedia nimirum insubida olim sumpta perinde laborantibus, atque caries, carunculæ, nodi, spinæ ventosæ aliaque quamplurima, aliquot post annis, quinimò vel mensibus, succretura, odio esse poterint? sententiam, vel ipsimet, heterodoxian hujusmodi propagantes, pro nobis ferant.

Præscriptum

Præſcriptum hoc ulceribus pulmonum propterea competere poteſt, quod uſu hoc compertum ſit, quòd phthiſici non diutius in hominum cœtu verſari ſoleant, quam cùm materiâ ſuâ purulentâ pulmones ſat liberaliter expediantur; quandoquidem autem remedia iſtiuſmodi balſamica expectorationem ſat fœliciter abſolvunt, vitam, vel ad menſes uſque, producunt.

Quoties febris in empyemate parum exæſtuat (febris autem non multum urgere ſolet quoties ſólida haud magnoperè læduntur; ſaltem iſta defervere advertitur, ut primum materia purulenta in thoracis ſpatia defluxerit) pilulæ hæ, ſanguinem particulis ſuis balſâmicis imbuendo, fibras ſaucias valdè mundificant; ex quo fit, ut fibræ, cum materiâ hâc admodum fœdâ expediantur, adeo poſthac detumeſcant, ut abſorbentibus (præ acidi ſeptici immutatione, quod unitioni obſtaculo nunquam non præmagno extat) aliquoties cedat ulcus.

Cap. VII.

Maſticatoria, Ptyaliſmica.

1°. *Maſticatoria Calidiora.*



Sem. Sinap. ʒj. Maſtich. pulv. ʒij. m. f. pulvis.

℞ Rad. Pyrethr. ʒij. Gum. Maſtich. ʒj. m. f. pulvis.

℞ Pulv. Staphid. agr. ʒß. Sal. vol. CC. gr. vj. m. f. pulvis.

℞ Lign. Sanct. ʒj. Sem. Cubeb. ʒij. m. f. pulvis.

℞ Merc. præcip. alb. bene lot. ʒß. Merc. d. ℈ß. Maſtich. pulv. ʒij. m. f. pilulæ minores cum Balſam. peruvian. Sub linguâ tenendæ ſubinde.

℞ Aq. Cinnam. ℥ij. Sp. CC. ʒß. m. f. miſtura in ore volutanda.

℞ Nicotian. rec. ſuccolent. Mij. Rad. Pyrethr. ʒiij. Zinzib. ʒj. m. f. pulvis, qui poſtea formetur in globulos vehiculo quovis appropriato.

℞ Pulv. Nicotian. ℥iij. Rad. Pyrethr. præp. ʒj. Cardam. Cubeb. ana ℈j. Maſtiche pulveriſatâ f. pilulæ majores.

℞ Succ. Nicotianæ inſpiſſat. ʒij. Maſtich. ʒiij. Pyrethr. ℈j. Cardam. Cubeb. ana ʒß. cum ol. piperis f. pil. majores.

℞ Rad. Pyrethr. ʒjß. Maſtich. ʒij. Sem. Sinap. ʒj. Cardam. Cubeb. ana ℈j. contundantur, & indantur Sacculo pro Maſticatorio.

℞ Herb. origan. Majoran. Serpill. ana p. j. fol. Nicotian. p. j. Rad. Pyrethr. ℥ß. Sem. Nigell. ℈ß. Cardam. Cubeb. ana ℈j. Coq^r. in aq. font. Colatur ℥iij. add. Syr. Nicotian. ʒiv. Oxym. Scillit. ʒij. m. f. apophlegmatiſmus.

Frigidiora.

℞ Sal. prunell. Maſtich. ana ʒj. m. f. pulvis.

Ex Pharmacopœïâ Londinenſi; nulla prorſus continet.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Maſticatoria; Mixtura Tubularis; Pilulæ Maſticatoriæ.

Ex Fulleri Pharmacopœïâ. Electuarium apophlegmaticum; Gargariſma paralyticum; Gargariſma ad pituitam; Gargariſma de pyrethro; Gargariſma ſinapinum; Lohoch apophlegmaticum; Maſticatoria; Pulvis ſalivam movens; vapor ad anginam.

Saccharum Nitratum, refertur Maſticatoriis frigidioribus.

2°. *Ptyaliſmica.*

℞ Merc. dulc. g^r. x. xv. ℈j. ʒß. Conſ. Roſar. Rub. ʒj. m. f. Bolus. *Mediocre.*

℞ Turpet. mineral. g^r. ij. Merc. dulc. g^r. x. Conſerv. Lujul. ʒj. m. f. Bolus. *Forte.*

℞ Turpet. mineral. g^r. ii. ad viij. Conſ. Roſar. Rub. ʒj. m. f. Bolus. *Fortius.*

℞ Cinnab

℞ Cinnab. nativ. ℥j. Benzoin. Myrrh. Oliban. Styrac. ana ℥ß. Maſtich. ℥ß. Tereb. q. ſ. f. ſuffitus; *Fortiſſimum.*

℞ Axung. porcin. ℥iv. Mercur. crud. bene purgat. ℥ß. m. f. unguentum, ʒij. ſemel pro infantibus. *Fortius.*

℞ Axung. porcin. ℥ij. Mercur. crud. ℥j. m. f. Ung. pro tribus vicibus, in adultis. *Fortius.*

Ex Pharmacopœiâ Bateanâ, Aqua ſalivalis ( ); Panacæa aurea ( ) Mercurialia.

SCHOLIA.

Morbus, qui Ptyaliſmo potiſſimum dirui ſolet, lues eſt venerea; utpote quæ evacuatione hujuſmodi ſtirpitùs evellatur: Hinc eſt, quòd haud immeritò Ῥιζοτόμος ſubinde nomen adepta ſit; qui uſque eò protrahatur, modo vires ſinant, donec puſtulæ, nodi, gonorrhœa, ulcera necnon dolores atque alia quædam morbi ſymptomata primaria ac paulo graviora prorſus, ſaltem quadantenus, evaneſcunt: Salivâ hunc in modum ſat ubertim aliquandiu eductâ; lignorum decocta, ad tempus, introſumantur; ſudores in hypocauſto vel laconico aliquoties, pro virium modulo, proritentur, necnon cuncta luis antidota ſat abundè propinentur; quò fiet, ut humoribus quà eductis, quà linitis, reliqua *ſanguinis maſſa* deinceps protinus balſamica, atque acrimoniâ poſterius omni expers ſit.

Ulcera quam graviſſima exinde auferri non ſemel experti ſumus; quinimo quæ non alteri ceſſerunt methodo, hac ſat fœliciter demoliti ſumus: quippe cum ſalia pontica, ſeptica, cauſtica atque adeo ſalia cujuſvis ſpeciei unà cum lymphâ per glandulas ſalivales foras avehat; ſanguinis moles integra, quæ ſupereſt, adeò poſthac non aculeata eſt, ut confeſtim balſamica, ramoſa, ac mollis prorſus evadat: Ulceribus autem minus infeſtis, ſeu iis, quæ minoris ſunt ambitûs, per ptyaliſmum mederi operæ non erit pretium, utpote quæ methodo, *paginâ* hujus libri *ſexageſima quintâ*, ſub titulo *Pilularum præparantium* ac *matutinarum*, memoratâ, longe commodius, quà propter vires, quà diſpendia, relevantur.

Morbis catarrhalibus, omnigenis, paulò contumacioribus ſeu frequentiùs recidivis, ptyaliſmus idcirco ſubſidio

ſidio venit, quod particulas quaſvis tam tenuiores, quam copiâ delinquentes, uti ſalinas etiam, quæ ſunt horum morborum origo, prorſus eliminet.

Ptyaliſmum *Ettmullerus* in caſu paralytico, nempè hemiplegia, ab apoplexiâ per metaptoſin, *diadochen* dictam, ortum ducente magnis præconiis effert; *Mayernius* itidem eundem in guttâ ſerenâ laudat; quæ cum reapſe idem ſit morbus, nervi obſtructio nimirum, propter ſitûs igitur varietatem ſolùm diſcrepat: Quandoquidem paralyſis hæc medullæ ſpinalis, amauroſis autem nervi optici obturatio ſit: quâ de causâ qui[illegible] paralyſi huic opem iſte ferat, guttæ etiam ſerenæ auxilio erit. Quoniam vero ii, qui hydrargyri fodinis ſeu fumis gnaviter inſudant, paralytici utplurimum evadunt; exindè eſt, quòd nonnulli haud infimi ſubſellii medici mercurialium exhibendorum poteſtatem in morbis ſyſtematis nervoſi negent: Siquidem autem hydrargyri minima neque medicorum, quod ſcimus, quiſquam hactenus certis nobis indiciis patefecerit, ſint-ne videlicet acida an alcalina, calida an frigida; quî fit ut hydrargyrum ſit unicum remedium ſalivam ubertim ac aliquandiu proritans; fateamur, neceſſe eſt, nil de ipſo pro certo prolatu dignum eſſe, quod experientiæ fulcro non prorſus nititur. Quemadmodum omne, quod in hydrargyro eſt, præter molem ac gravitatem ſpecificam, nobis huc uſque latet; mercurialium idcirco energias, nullo ratiocinio, extra pondus ipſius, confirmare poſſumus; cum verò quamplurimis proprietatibus, ponderis hujus ope haud enodandis, gaudere comperiatur; argumenta de virtutibus ipſius aliorsùm neceſſariò petenda ſunt; quamplurimorum phænomeνων cauſas cum peripateticis indagare, vel inſanire vel ſaltem nugas agere prorſus eſſet; quæ hi enim de idioſyncraſiis, ſympathiis, antipathiis, formæ parentalis, in fœtibus, congruentiis, olim protulerunt, anxiè perquirere operæ non eſſet pretium; philoſophi, vel recentiores, cum proprietates unas, eſſentiis intimis omninò poſthabitis, indagent, cum cæteris tantundem egiſſe reperientur: Cum remedii hujus cæterorumvè eventuum Ὅτι ſolùm, eorum vero Διότι non vel etiamnum exploraverint: Quod mercurialia igitur exhibita ſalivam

vam abundantius aliquanto proliciant certò nil certius; quâ de causâ vero id obtingit, nemini usque huc istud innotuit.

Quemadmodum igitur mercurialia nonnullis opem ferunt, aliis vero mala quamplurima accersunt; ita horum eventuum rationes paululum, si velitis, subducamus. Quoties mercurialia, quatenus talia, nervis prodesse solent, toties nunquam prorsus obessent; cæterum è contrario, ubi, in sensu reduplicativo, accidentia mala inferre solent, laborantes ea nunquam deinceps impunè ferrent: Quapropter susumamus necesse est, hujusmodi remedium præ *regimine unico*, vel ægrotantibus prodesse vel obesse. Nonnulli autem fossores necnon hydrargyrurgos paralysibus aliisque quamplurimis morbis exinde affligi regerunt: Serio verò secum perpendant ii, quid sit, cur opifices perinde alii atque isti subterranei morbis multifariis, cavernarum istarum uligine, ac vaporum exhalantium frigiditate prognatis, quam sæpissimè prehenduntur? dein attentè pervolvant animo, quî fit, ut acida una, quibuscum mercurius in minutias rapitur; opificibus istis damnum inferre soleant? His autem ita prolatis, atque probatis, sententiam nostram libentèr in medium proferemus. Quoties ptyalismum nimium nempè evehimus, toties è sanguinis massâ particulas serosas adeò elicimus, ut ista crassa ac lenta confestim exinde fiat; quod si in eo humores paululum tantum fundamus, necnon sub idem tempus liquorum affatim istis propinari præbeamus; perinde motûs istius intestini causa, quam fluidorum tenuitate, atque mineralis hujus pondere relativo obstructiones, vel quam contumacissimæ, expedite defodientur: Hinc patere speramus, particulas mercuriales non magis ex naturâ suâ quam particulas salino-volatiles nervis unquam noxam intulisse.

Quanquam ad febrium quartanarum medelam ptyalismum deprædicent nonnulli, sed ii haud consulto nimis res suas gerere reputantur; quandoquidem enim remediis evacuantibus paulo lenioribus primum exhibitis, remediis deindè alterativis aliquandiu, modo requirantur, propinatis; cortex demum peruvianus febris istius vel pervicacissimæ, medelam ad umbilicum perducet. Quid

igitur

igitur ptyalismum, modum inaniendi periculosum, evacuantium leniorum, tutiorum, ac magis exploratorum vice moliremur?

Ptyalismus propterea maniæ conducere poterit, quod demptâ humorum necnon spirituum redundantiâ, vesania posthac sensim ità compescatur, ut somno per opiata noctu, conciliato, ac alimoniâ paulisper subducta, pristinam haud multò post recolligant valetudinem.

Remediis topicis frustra aliquandiu admotis, ptyalismum gingivarum ac labiorum ulceribus (scorbuticis, an venereis, hic non est disceptandi locus) olim, opem tulisse comperimus.

Tametsi ptyalismus, salia aculeata foris eliminando atque adeò eruptionum fomitem efficaciter subtrahendo, scabiebus omnigenis, fermè subsidio sit; elephantiasi tamen ita non præsto est, ut cis tres quatuorve menses continuò, eâ laborantes, recidivam patiantur; quî autem morbus hic penitùs auferri poterit, nemini, quod scimus, etiamnum constat. De arthritide porro, idem fere pariter asserendum est, quoniam ptyalismo valido, vel aliquoties, attentato; tantum abfuit, ut voto cederet, ut certò, aliquanto serius autem, laborantes denuo salutaverit.

Quoniam epilepsiarum fomes sero utplurimum insidet, isto maximâ ex parte per ptyalismum exhausto; humorum, qui supersunt, acrimoniam deinceps adeò auferri subinde novimus, ut morbus hic postmodo haud redierit; epilepsiæ verò, quæ ad annum vigesimum quintum usque duraverunt, sanari recusant.

Mercurialia extrinsecus admota dolores ac nodos venereos auferre solent; quum verò de mercurii energia solùm evacuatoriâ hic sermo fiat; virtutem ipsius anodynam, dissipantem, aliaque in præsenti reticere placet.

Petunt nonnulli, num utero gerentium vires ptyalismum perferre valeant? culpatur à *D. Juncken*; laudatur à *G. Morriceau*, litem vero hanc, in modum sequentem, facile est expedire: Quandoquidem enim morbus quam gravissimus matris atque infantis vitas adeo in discrimen adduceret, ut vel ambos perimeret: quid vetat, quo ptyalismus modicus, ubi sensim scilicet effluunt humores, minus instituatur, mensibus præcipue

mediis

mediis; quippe cum, hunc in modum, morbus, ſymptomatibus diris comitatus, in univerſum auferri poterit: hoc tanto audactius affirmamus, quantò felicius olim voto noſtro ceſſiſſe comperimus.

Temperamentis perinde paulo calidioribus quam frigidioribus, plethoricis quoque, ac macilentioribus ptyaliſmus nocumentum inferre plerumque advertitur; utpote cujus cauſa plethoricorum ac frigidiorum ſanguis adeo in immenſum explicatur ac elevatur, ut ſpatium longe majus poſthac occupare notetur; quo fiet, ut hæmorrhagias, aliáve mala huic ſimilia, inferre ſoleat; quinimo cum macilenti ac bilioſi magis inde febricitent; providendum eſt nobis, ne ſuper noxas, temperamentis ejuſmodi ſolennes, alias etiam adjungamus.

Quoniam tremores potiſſimum à ſpirituum inopiâ ortum ducunt ſuum (qui cum pauci ſint, *ἀνομάλως* quam ſæpiſſimè tum exilire ſolent) inanitiones iſtiuſmodi afflictis inepte propterea accommodantur, quod ii exinde ulterius juſto debellentur; quocirca evacuationes tremori, ſenili præcipuè, ita non competere obſervantur, ut è contrario, remedia ſpiritus recreantia ac victus reficiens ſolummodò tunc exhiberi debeant.

Quanquam ulceri palati ac narium, *ozæna* dicto, initium à lue confirmatâ ſumenti, ptyaliſmus idcirco utplurimum obſit, quod, cum humores exinde ſurſum vehantur, faucium ac oris caro, glandulæ ac aliæ partes vicinæ, quam maximè adeo tendantur, ut continuitas ſolvatur ac partes quæ anteà ſibi adfuerunt, nunc miram in diſtantiam ſejungantur; ſed hinc non immerito concludere licet, quod neceſſe ſit, ulcera iſtiuſmodi aquis mercurialibus prius carne propemodum obducantur, quam ptyaliſmus inſtituatur.

Nonnulli authores, homines ptyaliſmum primùm expertos nequaquam poſthac omnino febricitare, audacter aſſeruerunt: hoc notavit imprimis *Poterius*; deinde *Ettmulierus* p. 217. cerdones iſtos hydrargyrum è fodinis eximentes raro aut nunquam febricitare affirmat; cum quodam autem jampridem amicitiâ nos conjunximus, qui, anno poſt ptyaliſmum ſecundo, febri mali, imò peſſimi, moris adeo laborabat, ut comata, feſtucarum ac ſtragularum collectio, convulſiones

nes, deliria, fæcum ac urinæ effusiones involuntariæ ac alia symptomata quamplurima dira, illi incumbentia, ægrè, Epispasticis nimirum pluribus, Julapiis, in quibus *Sal præfuit regale*, emplastris solearibus, cæterisque id genus remediis cederent.

Methodus usitatior ptyalismum instituendi hæc est; mercurii dulcis, seu potius calomelanos, grana quindecim aut scrupulum (plus minus pro ætatis ratione) cum quavis conservâ primo exhibemus die; deinde secundo die, drachmæ semissem; ac tertio die, drachmam unam; ex quo fiet, ut quarto vel quinto die (subindè autem non ante septimum vel etiam decimum diem) saliva profluat; mercurius dulcis usque adeò reapse mane & vespere repetendus est, donec caput ac fauces doleant, facies paululum intumescat, fœteat os, necnon saliva pauxillum effluere cœperit: his ita se habentibus, mercurii exhibitionem ulteriorem ipsis paulisper interdicamus; dum fluxus, aliquatenus minutus, eum paulo post rursum propinandum esse ostendat: fluxus autem per decem, quindecim, imò vel viginti dies, etiam vel usq; protelari debet, dum oris fœtor, modo robustiores aliquanto sint laborantes, penitus evanuerit: posthac cathartica ac sudorifera, propinamus, enemata sæpiusculè injicienda curamus; quinimo sulphuris flores ad ℥j. partitis vicibus, aurum foliaceum ad grana decem quater vel quinquies in confectione alchermes exhibemus; ac demum gargarismis è stypticis conflatis, os frequentius colluimus; salivam porro deglutire sensim se consuefaciant: Cum hæc aliquamdiu fecerimus, ptyalismus sensim quiescit.

Quoties ptyalismum ungendo instituere vehementer avetis; Tarsos atque articulos inferiores per tres dies, se invicem proximè excipientes, unguento perlinitote; nonnulli verò carpos, poplites atquè axillas unguento mercuriali perungunt: quandoquidem autem methodus hæc potiùs corbulonibus, mesonautis cæterisve id genus homuncionibus, quam delicatulis accommodari videtur; medicis idcirco, quibus proletariorum incolumitas curæ est, omninò, saltem utplurimum, permittatur.

Quando

Quando ſuffumigando ſaliva proritanda eſt; pulverem ſupra præſcriptum vel alium quemvis mercurialem carbonibus ſternamus; ægrotus autem fumum tectus recipiat; methodus hæc cæterarum omnium longè incertiſſima ac perniciofiſſima idcirco eſt, quod mercurii quantitas in corporis poros ſe inſinuans, vix vel ne vix quidem adjudicari poſſit.

Ubi diarrhœa mercurii exhibitionem aliquando exceperit, laudanum in quavis formulâ devoratum eam certiſſimè dirimere ſolet; quo-circa methodus noſtra hæc eſt, ut mercurium dulcem ſeu καλομέλανα unà cum laudano commiſceamus, atque iſto ita exhibito, ptyaliſmus quarto vel quinto die poſt ferme ſubſequitur; quod ſi nec hoc modo ſaliva efflueret, à mercurialium doſibus noſmet poſtmodo temperemus, quandoquidem vero ſimile ſit, ejuſmodi naturas mercurium, propter idioſyncraſian, averſari; quamobrem his, diaphoreticis unis, mederi moliamur; quandoque enim mercurii quantitas introſumpta temperamento vel laborantis viribus adeo non quadrat, ut metus ſit, nè virtus ac ſpiritus obruantur exinde; quâ de causâ, iſte quamprimum è corpore deturbandus eſt; adhibendo, nimirum, cathartica, enemata injiciendo purgantia, lodices atq; induſium permutando, ac demum flores ſulphuris, devorando; hæc enim cum egerimus, ptyaliſmus vel omninò non ultrà fluet, vel uſque eo minuetur, ut vires non exinde proſternantur: quoties etiam prælargam mercurii doſin quivis incaſſum introſumpſerit, eum foris eliminare confeſtim ideo laboret medicus; quia nocumenta corpori alias inferret quamplurima. Jampridem nos quidam de dolore fixo ſcapularum quam graviſſimo conſuluit; quippe vero remedia multifaria antea fruſtra aliquanto diutius attentaverat, ptyaliſmum tandem experiri voluit; cum ipſi mercurium dulcem, καλομέλανα, imo turpetum minerale, ad quantitatem ſat largam intus non modo incaſſum exhibuiſſemus, verum unguentum mercuriale quam copioſiſſimè forinſecus admotum fruſtra etiam adhibuiſſemus; ſalivam etiam dum proritandi obtentu, cathartica quamplurima feliciter (quod mirum dictu) illi propinavimus; atque ſanguine particulis mercurialibus ita tandem expedito

dito, diaphoretica ex lignorum decoctis diutinè exhibuimus; his ita confectis, ipsi clanculum valediximus, id arbitrio ipsius permittendo, nos furiis addiceret, an pro nobis se supplicem exhiberet; haud multò post mercurium, chirurgi cujusdam consilio denuo ea sumpsit dosi, quæ salivam certè elicuit; post decem, à meo recessu, septimanis, homuncionis uxor musæum nostrum tandem properanter advolat, impense rogans, ut maritum suum rursum inviseremus; ipsius jusso libenter morem gessimus; cæterum eheu virum, non morbi modò gravitate, sed mercurii etiam quantitate oppressum, occumbentem reperimus.

Deliquia ptyalismo præcedentia, vel istum, sub initia, subsequentia, vini haustulo subinde pro re natâ devorato quam optimè sublevamus; periculo autem istiusmodi omnino vacant.

Deliria necnon alia syptomata quamplurima nervosa ptyalismum male institutum excepisse nota, epispasticis cucurbitulis seorsim vel simul admotis, una cum remediis causæ proximæ idoneis aliquoties evanuisse comperta sunt.

Ex *Cornel. Bontekoe* sententiâ, satius est ptyalismum bis terve, ad aliquot hebdomadum distantiam, excitare, quam graviorem unquam aliquando instituere. « Optime igitur, ait, est in lue, aliisque morbis sanandis, ut potius duæ vel tres salivationes leviores instituantur, quam unica gravis, longa & periculosa. *p.* 63. *c.* 5. *Fundament. medic.* Quantum hoc observando tam ægrorum incolumitati quam propriæ ac suæ famæ consulerent medici ac chirurgi, haud dictu difficile erit.

Toto salivationis tempore fauces lacte & aquâ, mistis, tepefactis, seu jusculo avenaceo non salito quam sæpissime laventur.

Quum glandulæ gutturales adeo intumuerint, ut deglutitionis functio exinde incommodetur; vel eà vena secetur, dummodo tumor sit phlegmonodes; vel cathartica exhibenda, si tamen sit œdematodes; quia amygdalæ cæteræque pharyngis glandulæ, in immensum tumefactæ necnon humoribus nimio plus oppletæ, his de causis extemplò detumescent; neque ptyalismi cursum eò secius tenebit secundum.

Vict

Victus inter salivæ fluxum sit jusculum pullinum, vitulinum, ovinum, panatella, possetala, ova ac cætera cuncta sorbilia; quamprimum autem dentes conserere valent, carnes teneriores pullorum, vitulorum, aliaque comedant: Tempestate brumali lecto per omne tempus affigantur, quo salivatio duraverit; æstivâ autem, igni assideant.

Nonnulli mercurii præcipitati albi grana quatuor in pilulam conficiunt, eamque aliquandiu, per horam scilicet unam vel alteram, sub linguâ detinendo ac circumvolutando, ptyalismum aliquantisper exinde cieri affirmant; qui morbo graviori tamen certe accommodari nequit.

Quantum ad *masticatoria* seu *apophlegmatismos*, quando salivam, perinde ut masticantur, etiam pro vi suâ irritativâ, proliciunt, ita anginis pituitosis subsidio propterea sunt, quod cum humores id genus in glandulis istius loci passim coacerventur; totidem patent glandularum portæ, quot sat erunt, ut à quovis apophlegmatismo manducato tanta effluat saliva, quantâ opus fuerit ad tumoris œdematoδεως istiusmodi subsidentiam: Atque etiam apoplecticis succurrunt, propterea, quod (cum oris glandulæ materiam in se contentam seponant) quantum istius ejicitur, tantum, nec amplius, à vasorum plenitudine detrahitur: Quocirca quoties sive *humores, propter plethoram genuinam vel notham*, redundare advertuntur, uti coryzâ, uvulâ laxatâ, cephalalgiis, epilepsiis, linguæ paralysi, odontalgiis, surditate, odoratu abolito, cæcitate, ranulâ facieive pustulis afflictis solenne est, seu quoties *saliva paulo copiosior est vel salibus nimium aculeatis* imprægnatur, uti lue vel scorbuto laborantibus communiter evenire solet; toties apophlegmatismi, universalibus præmissis, ejusmodi incommodis opem ferent.

Remedia autem hæc non semper tantoperè prosunt, quin aliquoties etiam temerè usurpata mala quamplurima vel accersere vel intendere observentur: Hinc est, quòd faucium ulceribus nocumento sint, quippe quæ humores jam ibidem depositos, præ nimio partis læsæ motu, ulterius illuc allicerent: Necnon catharrhis ferinis, ab humore acri, septicove ortis, phthisicis, hæmoptysi,

tysi, atque hecticæ febri damnum inferre solent, quoniam humores aliò evocandos, huc suspiciose sollicitant: Macilentis ideo obsunt, quia hujusmodi inanitiones ulteriores haud impunè ferunt, quandoquidem hoc usu receptum est, sputatores, nimirum, qui salivam abundè nimis expuunt, phthisicos utplurimum fieri. Asthmaticis idcirco fraudi sunt, quod cum humores copiosius aliquanto non ad os solum, verum ad laryngem etiam, proin ad pulmones ipsos pelliciant; ij aliquoties exinde inflammationes patiuntur graves; quinimo hinc fit, ut anginæ veræ adeo non prosunt, ut eam multo magis irritant; utpote cum materia impacta, in istis locis, pertinaciter ibidem subsistat, nec in orbem posthac ritè volvi queat, quin quo major humorum copia ad partem affectam deinceps appellat, hoc eorum statio in horas securior fiat; ut tandem ij vel nimium, seu paulo magis, aucti, in posterum, omnino subsisterent; quæ omnia longe secus in anginâ nothâ evenire solent; ubi saliva, præ masticatoriis, placidè atque imperturbatè perfluere observatur.

Quomodo ptyalismum vir egregius aliquando instituerit, parum nobis equidem refert; cum hic non tam petatur, quî iste excitari poterit, quam quare illum omnino proritaverit.

Cap. VIII.

Errhina, Ptarmica, Sternutatoria.



Sem. Nigell. in Aceto macerat. pulv. ʒij. Succi majoran. ʒvj. m. f. Errhinum.

℞ Fol. Betonic. Salv. Thym. Majoran. ana pij. Rad. Pyrethr. ℈ß. m. f. pulvis Errhinus.

℞ Sal Nitri ℈j. Fol. Tabac. ℥j. m. f. pulvis Errhinus.

℞ Vitriol. alb. ʒj. Aq. Betonic. ℥j. Majoran. ℥ß, m. pro Errhino.

℞ Rad.

℞ Rad. Pyrethr. ℈j. Hellebor. alb. gr. xv. Sem. Nigell. Staphid. agr. ana ℈ß. m. f. Pulvis Ptarmicus. *(forte.)*

℞ Pulv. Rad. Irid. Florent. ʒij. Euphorb. Lilior. Convall. ana ℈j. Ol. Caryoph. Chymic. gtt. v. m. f. Pulv. Sternutatorius. *(forte.)*

℞ Pulv. Fol. Nicotian. Majoran. Flor. Lilior. Convall. ã ʒj. Rad. Helleb. alb. ℈j. Castor. ℈ß. Ol. Majoran. gtt. v. m. f. Pulvis Sternutatorius. *(forte.)*

℞ Merc. dulc. (vel Turpet. mineral.) ℈ß. Pulv. Glycyrrhiſ. ʒj. m. f. Pulvis Ptarmicus. *(forte.)*

Ex Pharmacopœïâ Londinenſi; nulla prorſus.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Balſamum apoplecticum; Pulvis Sternutatorius.

Ex Fulleri Pharmacopœïâ. Errhinum Chymicum; Errhinum detergens; Errhinum de Elaterio; Errhinum de Euphorbio; Errhinum ſolidum; Errhinum è Succis; Errhinum Vitriolicum; Pulvis Sternutatorius.

SCHOLIA.

Parum equidem intereſt inter medicamenta Errhina ac Sternutatoria (πταρμικὰ dicta) quandoquidem hæc membranam narium pituitariam ſeu papillas ibidem nervoſas adeo titillent, ut exinde ſternutemus; quòd illa verò humores, extra ſternutationem, omnino proliciant; quamobrem, propter irritationis morem unum, à ſe invicem diſſidere percipiuntur.

Qua humores foris eliminare ſolent, eatenus plethoras capitis particulares uſpiam auferre comperiuntur; hinc autem eſt, quòd ea morbis capitis pituitoſis, imo vel quibuſvis inibi paulo pervicacioribus, cephalalgiis nimirum gravativis, catarrhis, cæcitati, ſurditati, oculorum morbis à pituitâ oriundis, necnon morbis ſoporoſis opem ſæpe tuliſſe exploratum habeamus; nam ſiquidem hiſce in caſibus adſit, utplurimum, humorum plus ſatis, qui partibus iſtis firmiter inſederint, atque ita dolores, oppreſſiones, humorum decubitus ac ſimilia introduxerint; idcirco fieri non poteſt, præmiſſis primùm univerſalibus, quin evacuatio deinde particularis

plenitudini iſtiuſmodi ſat idoneè accommodari reperiatur. Febribus etiam lymphaticis plurimum ideo conferunt, quoniam cum coctio hic parum eà attendatur; quia non tam putredo quam copia adeſſe obſervetur; quamobrem humoris quantitate ſat amplà primo ſubductâ, hæc febris deinceps fere conſidet: at de hâc paulo prolixius infra loquemur.

Etiamſi ptarmica errhinis quadantenus ſimilia ſint; quatenus, nempè, pari modo irritant; cum tamen non ex æquo hoc faciant, gradu ſolummodo à ſe invicem differre hic rurſum affirmamus: Hinc autem fit, ut ſternutamenta plurimum nobis utilia ſint; quare ſiqui polypo leviori, ac paulò laxiùs naribus adnaſcente, affligantur, pulvere quovis ſternutatorio iſte quam expeditiſſimè exinde excuti poterit; ſiquando abſceſſus ſinum frontalem occupaverit, ex vi compreſſivâ partibus vicinis communicatâ materiam proſilire cogent: partui difficili, fœtui mortuo, vel ſecundinis retentis idcirco præſtò ſunt, quod cum ſternutando abdominis muſculi maximè comprimantur; ſiquid in utero grandiuſculum capiatur, id omne fortiter exinde propelli cernimus; huic ſententiæ tam *Mercurialis S.* 7. *in Aphor. p.* 781. quam *Wedelius* ac *Dekkers*, cum aliis quamplurimis, uno conſentiunt ore.

Errhina autem hæmorrhagiis, naſi ulceribus, anginis, oculis inflammatis, epilepſiis, vertiginibus, ac ſimilibus morbis, à ſpirituum tumultu ortis, obeſſe comperiuntur; etiam aphthis haud conducunt; præterea herniis, hydropi, doloribus nephriticis, pulmonum morbis, ac gravidis etiam oculorum morbis ſiccis (*ex Hollerij obſervatione ſecundâ & libello proprio*) ac guttæ ſerenæ (*ex Hollerii obſ. Chirurg. c.* 1.) noxam afferunt; quoniam hiſce in morbis, ſuccuſſus quivis, præcipue ſi corpus plethoricum ſit, periculum minantur.

Fiunt tam ex ſalibus volatilibus (ex *Etmullero*) quam ex mercurialibus (ex *Barbetto* & *Fullero*) ad morbos ſoporoſos debellandos; quandoquidem enim ii plenitudine nituntur particulari, evacuatio per nares portiunculam humorum eliminare poterit.

Vitriolum album cum aquâ quâvis cephalicâ commiſtum, à *Wedelio* in infantulis, qui, præ naribus muco

co obturatis, vix ſpirare poſſunt, tanquam errhinum optimum laudatur.

Sternutatoria ſingultibus opem ideo ferunt, quia motum diaphragmati alteri morboſo adverſum communicant; coſtis fractis incommodare reperiuntur, quippe quæ partes, quæ quieſcere debent, nimiùm explicant: neque doloribus capitis venereis adſunt, utpote cum caput, humoribus jam nimium diſtentum, particulis aculeatis ultrà ſufferciant. Summatim, ubi acriora ſunt ſternutatoria, rarò in uſum vocentur; ubi vehementiora, providendum eſt ne frigus inde ſuſcipiant ea uſurpantes; has cautelas tamen de mercurialibus præcipuè proferri volumus; demum manè præcipuè uſurpantur.

Sternutatoria quædam eâ gaudent acrimoniâ, quæ cathæretica audit; nam colcothar vitrioli præ ſale ſuo cauſtico, tam vehementer irritat, ut meatum uſquam apertum eſcharà occludat; hinc fit, ut iſtud hæmorrhagiis narium quam maximè, cæteris cunctis fruſtra inceptis, ſubſidio celerrimo venire novimus; notandum vero eſt; quod quoties pauxillum ejus, pennæ inditum, naribus inſufflamus, toties os aquâ impleamus, nequid pulveris, laryngi incumbentis, in ventriculum delabatur.

Corollarium.

Errhinon Cephalicum.

℞ Fol. Mari Syriaci, Majoranæ, Lilior. Conval. ana ℥j. Fol. Aſari pulv. ʒij. m. f. pulvis pro Errhino, quo utatur ad libitum.

OBSERVATIONES.

Pulvis hicce quamplurimis morbis vel obviam ire vel prodeſſe obſervatur; quoties enim caput oculive pituitoſis humoribus ſcaturire notantur, pulvere, hoc naribus inſufflato, materiæ iſtius portiuncula ſubtrahitur, ac pars aliquatenus ſublevatur; eſto, quenquam lethargo laborare, ubi cerebrum pituitæ copiâ obruitur; perindè ſpirituum generatio atque motus fluidorum progreſſivus,

greſſivus, juxtà ab ejuſdem quantitate atque lentore valdè intercipiuntur; quî enim pituita vapida ſpiritus, quibus vacat, cerebro ſuppeditare poſſit? Hinc autem elucеſcit, cur nervi cordis ſuppetiis adeò ſibi neceſſariis privantur, ut vibratio ipſius, quâ ſanguis in orbem pellitur, admodum poſthac elangueſcat; quandoquidem enim fibrillæ extremæ muco valde obturantur, necnon uti quod à tergo inſequitur, haud ſat fortitèr in poſterum propelli queat, humorum lentorum ſarcina illic accumulatur; quæ cum ſenſorii emporio admodum aliquoties incubuerit, ni maturius aliquantò ſtationi ipſius occurratur, morbus deinceps immedicabilis fiet. Evacuationibus autem pituitam educentibus iteratò ac abundè præmiſſis, Errhinon hujuſmodi, pariter humores aliquâ ex parte exhauriendo ac, ſenſionem moleſtam nimirùm inferendo, ægrotos expergefaciendo, lethargicis auxilio fere ſunt.

Quendam ſinûs frontalis ulcere cruciatum olim novimus, quod carunculas fungoſas quâque ſeptimanâ vel ſaltem quoque decimo quarto die jugiter extruſit; quas, cùm ad nares uſque neque citiùs delapſæ fuiſſent, iſtos emungendo, quam facillimè foris ejecit; petimus ergo num errhina opus hujuſmodi ſat felicitèr emetiri valuiſſent? dubio procul! Siquidem autem de ſinûs frontalis ulcere verbis egimus, nonnulla de *Riverii* necnon *Williſii* ſententiis hâc de re incautè prolatis, memorare liceat: *Riverius*, in centuriâ primâ, obſervatione autem triceſimâ ſeptimâ, mercatoris, nomine *Fezon*, filiam capite doloris lethali afflictam nobis ſpectandam præbet; ipſâ è vivis emigratâ, materia putris è naribus proſiliit *Williſius* in anatome cerebri, capite duodecimo, dominam memorat nobilem, è cujus naribus, à cephalalgiâ gravi, ſerum flavum ſat abundè profluxit; cadaveris cerebrum cultri anatomici auxilio perſpectum, ventriculos eâdem materiâ flavâ plenos fuiſſe, indicium fecit; horum authorum uterque in hâc ſententiâ conveniunt, quod, nimirum, humor iſte, qui è naribus effluxit, à cerebri ventriculis emanaverit: Cum tamen *Lowerus* ab iſto tempore rêi huic tunc coopertæ, detegendo nempe non potis fuiſſe ut quicquid à cerebro ad palatum vel nares appellere potuerit,

lucem

lucem jam clariorem aliquanto attulerit; ſerum hujuſmodi igitur abundè effluens, non à cerebro quin aliunde promanâſſe elucet: Quandoquidem vero liquamen hoc nuſquam niſi in naribus vel ſinu frontali hoſpitari potuerit; palam nobis fiet, hydatides in *ſinu* poſitas, membranam nimio plus explicando dolori huic immaniori principium dediſſe: quî autem fiebat, ut eodem momento cerebri ventriculi tali ſarcinâ onerarentur; non aliâ ſit de cauſâ, quam quòd hoc ſit *argumentum propagationis*, ſeu incrementi cauſæ; non autem *ſedis unicæ morbi:* Cum *ſedes morbi*, ab effectibus partem aliquam indeſinenter affligentibus, manifeſtò deprehendatur; *cauſa* vero *morborum* à *ſanguine*, & *ſpiritibus*, à *ſolidis*, necnon à *corporibus ſuperfluis* malè affectis quam optimè ac jugiter petatur; nam quoties *ſanguis* quantitate, qualitate vel motu peccare advertitur; toties *nutritio*, *calor*, ac *ſecretiones* modo aliquo afficiuntur inſolito; cum *ſpiritus animales* autem malè multantur, tum vel *motus organicus* vel *ſenſatio* aliquatenus incommodantur; ubi vero *ſolidæ partes* aliquo læduntur morbo, ibi *morbus iſte inceſſanter affligit, nec unquam remediis cedere*, *ſaltem continuò revertere obſervatur.* Quum demum *ſuperflua* irrepſerint *corpora*; ea dein aut ab *introſumptis*, proin ægri relatu; aut *vermium* aut *calculorum ſignis* quam evidentiſſime eluceſcunt: Siquidem vero longè extra oleas ferimur, inde ad explicationem errhinorum, unde expatiari cœpimus, nos denuo conferamus: Pulvis autem hic ſternutatorius membranam pituitariam adeò percelleret, ut cyſtim perrumperet: atque materiâ putri, ſeroſâ, ſimilive primum excluſâ, ſuffitus, ex cinnabari cum maſtiche miſtâ, humorem reſiduum deinde vel abſorberet, vel diſſiparet; ac tandem fibrillas læſas ita conſtringeret, ut citò poſthac clauderentur: Remedia autem internè ſumpta copioſius aliquanto ſub idem exhibeantur tempus.

Inter ſternutandum, fortiter expiramus; diaphragma ac viſcera cuncta cum impetu ſurſum feruntur, ac abdomen juxta cartilaginem xyphoidem immane quantum intumeſcit; cæterum ſubter ſeu infra umbilicum ac in regione hypogaſtricâ tantùm abdominis capacitas minuitur,

minuitur,

minuitur, quantum ſupra ampliata fuerit; hinc fit, ut uterus, quoties ſternutamus, adeo comprimatur, ut quicquid intra ſe capiat, celerrimè prorumpat; quocirca pulveres hi tam partum facilitant quam fœtum mortuum vel ſecundinas diutius ſolito retentas ſat valide deturbare obſervantur.

Febres, *catarrhales* nuncupatæ, ſunt febris ἀκρισίμου exemplum ferme unicum; ſiquidem enim ad ſynocham imputrem utplurimum ſpectare comperiantur, febris nomine per improperium ſolummodo gaudent; quippe quæ ſanguinis excandeſcentia una potiùs ſit quam febris, cum febris idea non efferveſcentiam modo, verum putredinem etiam ſubter ſe comprehendat; hæc autem ita materiæ putridæ pauxillulo fruatur, ut ipſius juxtà, atque vaſorum plenitudinis causâ, propter pororum obturationem, oſtendatur evacuatio: Quoties igitur particulæ noxiæ capiti uſpiam incubuerint, remediis magis univerſis primum exhibitis pulveres hujuſmodi ptarmici membranam narium pituitariam ita fodicabunt, ut particulæ cunctæ reſiduæ ac loco-meabiles per glandulas naſales facile poſthac tranſmeare queant.

Quibuſdam ſurditate conflictatis adeo pulveres ſternutatorii tulerunt auxilium, ut humores, nervis vel tympano firmiter inſidentes, atque eo nomine immobiles ferè cenſendi, extemplo iſthinc migraverint; quo fiebat, ut ſolatio maximo exinde denuò potirentur iſtiuſmodi.

Quemadmodum autem hydrographorum eſt tam ſcopulos quam portus indigitare; ita medicos perinde remediorum nocumenta ſubjungere, quam eorum commoda notare oportet; quid igitur eſt quod ptarmica hæmorrhagiæ obſint, niſi quod energiâ ſuâ irritativâ vaſa ſat ſanè ferruminata recludant? oculis inflammatis nocumento propterea ſunt, quòd cum ophthalmia humorum lentore fermè ſata ſit, illos paulò uberius illuc accerſimus, nec foris tamen iſtos exhaurimus; hinc fit, ut in dies altius impellantur ii, ac plus pluſque impervia deinceps evadunt vaſa, tandemque diſſiliunt, ita ut oculorum humores non poſſunt non adeo perturbari ac ſitum ſuum ita mutare, ut viſio in poſterum vel non

omnino

omnino vel parum recte peragatur: Quicquid de ophthalmiâ affati sumus, id etiam de inflammatione omni propinquâ sive anginâ sive peripneumoniâ, proloqui liceat; quandoquidem enim sternutando pulmones validius aliquanto contrahuntur, sanguis eâ ratione ocyus propellitur, ac cum impetu partes invisit inflammatas, easque magnoperè, humores ulterius accumulando, intendit; quippe cum hoc tritum sit, ut *organa inflammata, quo minus moventur, eo citiùs persanentur*, cæterum quando humorum acervus quotidie augescit, nullo fieri pacto potest, quin ij ad partem concitatius aliquanto appellant, atque eam nimio plus stimulent. *Hollerium* igitur sat expedite jam capimus, cum in ptarmica in morbis oculorum invehat; quoniam oculi solum uliginosi; at inflammati non item, istis sublevantur; *Hildanus* autem ea in guttâ serenâ defamando nobis omni ex parte haud placet. Neque adhæc ozænæ auxilio sunt, quoniam uti stimulando humorum appulsum ultra solicitant, ulceris labia latius hinc disjunguntur, ac unitio quam maximè exinde præpeditur.

Herniosis idcirco subsidio non sunt, quod cum à motu vel exercitio modico intestina adeo delapsa fuisse meminerimus, ut de laborantibus posthac actum fuerit; quid istis fiet, ubi musculi abdominis tam validè comprimuntur, ut intestinis ipsismet locus non præbeatur ita competens, quin foris è foramine in scrotum prosiliant?

CAP.

Cap. IX.

PESSARIA.



Gum. Galban. Elect. Ammon. ana ʒvj. Camphor. ʒj. cum Vini q. s. f. Massa mollis cui imprimantur Pulv. Rad. Helleb. nig. ʒij. Pyrethr. ʒj. M. cum Ol. Succin. q. s. m. f. Pessi.

℞ Gum. Ammon. Opoponac. ana ʒiß. Ellebor. n. staphid. agr. Aristoloch. long. Colocynth. ana ʒiß. Scammon. ʒj. Fell. Taur. q. s. f. Pessus lanæ involutus, syndoni insuendus & intrudendus.

℞ Myrrh. Pulv. ʒj. M. P. Coch. min. ℥j. Ol. Succin. q. s. m. f. Pessus.

℞ Spec. Hier. Picr. comp. Benedict. Laxativ. ana ʒj. Mell. q. s. m. f Pessaria.

℞ Pulv. Rad. Helleb. n. ℈ß. fol. Persicar. Maculos. ʒß. Gum. Tragac. in Vin. alb. infus. q. s. m. f. Pessarium.

℞ Rad. Asar. Agaric. ana ʒij. Myrrh. fol. Rut. Sicc. major. Sicc. ana ʒj. Sem. Pæon. ʒß. Gall. Moschat. ℈ij. contundantur, excipiantur in Melle Anthosato, addendo Fell. Porci ad ʒj. m. f. Pessaria.

℞ Fol. Meliss. ʒj. Spic. Nard. ʒß. Caryoph. ʒiß. Nuc. Cupress. ʒij. Mosch. ℈ß. Styrac. liquid. ʒj. Tereb. (in ovi vitello solut.) parum m. f. Pessarium.

℞ Myrrh. Thur. ana ʒj. Caryoph. Cinnam. Meliss. ana ʒß. Xylo. Aloes ℈j. Storac. calamint. ʒvj. Styrac. liquid. ʒiij. Mithridat. q. s. m. f. Pessaria.

℞ Fell. Bov. ℥j. Rad. Asar. Agaric. ana ʒj. Cinnam. ʒiß. Succ. Mercurialis ℥j. coq. cum Mellis pauxillo, reliquisque permistis, fiat instar unguenti ad Sacculos implendos.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri; Pessaria. Raphani radix sectus.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

Pessaria irritantia perinde inter evacuantium classem quam purgantia vel alia quævis locari debent; quandoquidem ea juxtà vellicant atque humorem è vaginæ lacunis exhauriunt.

Hæc notatu digna sunt; providendum est, ne frequentius in usum vocentur, ex eo quod vaginam exulcerarent; per noctis spatium solummodo retineantur; nuptis *Pessaria*, virginibus autem *Nascalia* adhibeantur.

CAP. X.

Scabra, Sinapismi, Psilothra, Detersiva, Vesicatoria, Caustica, (Pyrotica.)

SCABRA.

℞ Sem. Sesel. ʒß. Fœnic. ℈ij. Sacch. Cand. ʒij. Off. Sepiæ ʒj. Aloes Succotrini Troch. alb. Rhas. Tutiæ pp. ana ℈j. Sal. Armoniac. gr. x. m. f. pulvis oculo insufflandus.

℞ Vitriol. alb. ʒß. Sal Nitri ℈ß. Aq. Rosar. ℥v. m. f. Collyrium.

℞ Aq. Chelidon. ℥j. Fœnic. ℥ß. Croc. Metallor. (vel Vitr. Antim.) ℈ß. Nitri gr. v. macerentur, filtrentur, f. Collyrium.

℞ Aq. Fœnic. Rut. ana ʒij. Euphrag. Ros. alb. ana ℥iij. Vitriol. alb. gr. v. virid. æris gr. ij. m. f. Collyrium per Mensem unum vel alterum usurpandum.

℞ Sacch. Cand. Marg. pp. ana p. æ. & q. s. m. f. pulvis oculo insufflandus.

℞ Aq. Rosar. ℥j. Sacch. Cand. ʒj. Croc. Metallor. pulv. ℈ß. m. f. Collyrium.

℞ Aq. Calcis ℥j. Mercur. præc. alb. ℈j. m. pro Collyrio.

℞ Aq. Rosar. ℥ij. Fœnic. ℥j. Mercur. sublimat. gr. v. m. f. Coll.

f. Collyrium ad gtt. j. vel ii. mane & veſpere, in ungue, oculo inſtillandum.

℞ Pumic. ignit. ter vino albo extinct. & relict. donec refrigeſcat; trit. & lot. f. *pulvis dentifricius.*

℞ Origan. cum Vitriolo & Melle, m. f. linimentum dentifricium.

℞ Corn. Cerv. Calcinat. ℥j. ſpong. uſt. ℈j. m. f. Pulvis Hyperſarcoticus.

℞ Farin. Puleg. Cyperi calcinat. ana ʒiß. Putam. ovor. cochlear. uſt. ana ℈ij. m. f. pulvis pro gingivis ſanguinolentis.

℞ Merc. Rub. præc. ʒj. Lap. Calamin. ℈ij. Vitriol. Calcinat. ʒß. Emplaſtr. Diacalcit. ℥j. m. liquefiat, & candela cerea eo immergatur, *pro Carunculâ Penis.*

SINAPISMI.

℞ Sem. Sinap. Contuſ. ℥ß. Cepar. No. j. Acet. ℥ß. Oxymel. Scillitic. ℥jß. m. f. *Phœnigmus.*

℞ Euphorb. ʒij. Ferment. acerrim. ʒvij. Alij. ℥ß. m. f. Phœnigmus.

℞ Pulv. Sem. Sinap. ℥j. Pulv. Rad. Pyrethr. ʒij. Mell. ℥ij. Acet. q. ſ. m. f. *Sinapiſmus.*

℞ Sem. Sinap. ʒij. Sapon. Nig. Ferment. acerr. ana ʒiij. Acet. q. ſ. m. f. Sinapiſmus.

PSILOTHRA.

℞ Ruſmat. Turcic. Calc. viv. ana p. æ. m. admoveatur mucilago hujus miſturæ partibus piloſis.

℞ Auripigmenti ℥j. Pulv. Pyrij. ℥ß. Calc. viv. ℥iij. coqr. in dimidiâ menſurâ lixivij, in ollâ vitreatâ, donec uſui accommodetur; quod ſcietis, cum penna eo oblinita facile plumas dimittat in manum.

℞ Reſin. Laryc. ℥ij. Maſtich. ſubtiliſſ. trit. ʒß. liquefiant ſuper ignem, dein effundantur in aquam frigidam, f. *Dropax* parti piloſæ admovendus & ubi adhæſerit avellendus.

DETERSIVA.

℞ Aq. Phagædenic. (ex Aq. Calc. cum Mercurio ſublimato miſtâ) q. ſ. parti ulceratæ admoveatur.

℞ Alum.

℞ Alum. crud. virid. Æris ana ʒij. Coqʳ. in vino ℥xviij. f. decoctum admovendum.

℞ Vitriol. alb. ℥ij. Alumin. Ærugin. Æris ana ʒij. Acet. fort. ℥iij. Acetum mist. evapʳ. tum calcinentur f. pulvis, cui addatur unguent. Ægyptiac. q. s. m. f. unguentum.

℞ Alum. usti ʒj. Ung. Basilic. q. s. m. f. Unguentum.

℞ Mercur. præcip. rub. ʒß. Unguent. Basilic. compos. q. s. m. f. Unguentum.

℞ Ægyptiac. seu Apostolor. q. s.

℞ Resin. ℥ß. Cinnab. nativ. ℈ij. Ærugin. ʒiß. m. super ignem, f. Emplastrum pro *Clavis Pedum.*

VESIGATORIA.

℞ Cantharid. abject. pedib. & capit. ʒj. Ferment. acerrim. ℥ß. Mell. ʒij. m. f. Cataplasma.

℞ Euphorb. ʒj. Sem. Sinap. ʒij. Cantharid. ℈j. Ferment. acris ℥ß. q. s. m. f. Emplastrum.

℞ Pulv. Cantharid. abscisſ. pedibus & alis ʒß. Sem. Ammeos. ℈j. Ferment. ℥ß. Caricar. ping. Nº. j. Acet. q. s. m. f. Cataplasma.

℞ Emp. Diachyl. ℥j. Euphorb. ℈j. Cantharid. pulv. ʒj. m. f. Emplastrum.

CAUSTICA.

℞ Butyr. Antimon. Ol. Vitriol. Aq. fort. Residuum ex Lixivio Saponis; Lap. infernal. lunar. vel vener.

Ex Pharmacopœiâ Londinensi; *SCABRA*, Trochisci albi Rhasis, Sief de Plumbo, Sief de Thure, Tutia præparata, Lapis Calaminaris præparatus; *DETERSIVA*, *Unguenta*, Ægyptiacum, Apostolorum, Agrippæ, Amarum, Aregon, de Artanitâ, de Bdellio, è Nicotianâ, è Succis aperitivis; *VESICATORIA*, Emplastrum Epispasticum, Vesicatorium (in appendice); *CAUSTICA*, Lapis infernalis seu septicus.

Ex Pharmacopœiâ Bateanâ; *SCABRA*, Aqua Camphorata, Ophthalmica, Ophthalmica Sapphirina; Vitriolum Camphoratum, Unguentum Ophthalmicum;

PSILOTHRA, Unguentum Depilatorium; *DETERSIVA*, Aqua aluminoſa, Vulneraria; Balſamum Martiale, Sclopetarium; Mercurius præcipitatus omnis, Mercurius Sublimatus; Pulvis Sympatheticus; Tinctura Myrrhæ, Proprietatis; Unguentum fuſcum; *CAUSTICA*, Pulvis ſine pari, Unguentum herpeticum.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri; *SCABRA* nulla neque collyria ulla pro oculis; *SINAPISMI*, p. m. 306. Edition. 5 Sinapiſmus; *PHOENIGMUS* Epithema de Calce; *PSILOTHRA*, nulla; *DETERSIVA*, Gargariſma myrrhiſatum 1 & 2. Gargariſma de Pyrethro; *VESICATORIA*, Emplaſtrum Epiſpaſticum; *CAUSTICA*, nulla.

SCHOLIA.

Cum cuncta remedia, in hoc capitulo memorata, ſint propemodum cauſtica, gradu ſolummodo à ſe diſſidentia; idcirco de iis omnibus hic ſimul diſceptandum cenſemus.

Quantum ad remedia *Scabra* ſeu *Teſtacea*, ſintne propriè cauſtica, animi, nec immerito, adhuc dum pendemus; quoniam autem tam figurâ gaudent angulari quam duritiem poſſident, excreſcentias quaſdam partium ac organorum delicatulorum, oculorum nempe, paulò teneriores ſenſim ac paulatim abradunt; quocirca non aliâ de causâ cauſtica cenſentur, quam quod affrictu continuo à ſcabritie eorum orto, ſubſtantiam hanc membranoſam atterunt ac defricant: Hinc etiam eſt, quod *dentifricia* habeantur; quoniam materiam quamvis tartaream, quæ *Lithodonton*, ſeu tophi, nuncupatur, valdè deterunt: Fungos demum, ulcerum cacoëthέων prolem efficaciter, ſi tamen paulo acriora etiam ſint, exedunt; hinc fit, ut gingivæ, quæ ideo ſanguinem expuunt, quia vaſorum ora, præ fungosâ carne, patent, ejuſmodi ſcabris multum adjuvantur; ex eo quod fungi à pulveribus his ita exeduntur, ut poſthac ſtyptica rem expedite abſolvant.

Inter evacuantium cenſum *Sinapiſmos* ſeu *Phœnigmos* diſpoſuimus, non quod reapſe evacuant, ſed quia irritando

tando ſanguinem ſuperficiem verſus pelliciunt, necnon ſæpiuſculè admoti veſicas jugiter excitare ſolent; quamobrem à nobis haud immeritò inter evacuantia locantur.

In arthritide anomalâ idcirco adhibentur, quod ſtimulando ac vellicando, humorum, regimine quovis malè inſtituto retroactorum, curſum ad partes ſtativas denuò accerſant; hinc eſt,quod, malleolis admoti, arthritis pedes digitos ſolito more actutum reviſat: Nec arthritidi uni, verum cuivis etiam tumori critico, vel retrocedenti vel haud ſatis prominenti, ſubſidio veniunt ſinapiſmi; quippe qui humorum affluxum eò uberiorem ad locum quemvis provocant, quò ſtimulatio gravior ſensûs principio accommodatur.

Quod ad cautelas inter eorum uſum adhibendas; obſervandum eſt, quod ſinapiſmi neutiquam diutiùs cuticulæ adhæreſcant, quam ubi ruborem (quocirca *Rubificantia* etiam appellantur) parti impertiverint; nec, vel eis amotis, rubor iſte omninò diſpareat: Quàm calidi parti admoveantur, quæ, utprimum refrixerint amoveantur; tum alii uſque eò adhibeantur, dum rubor ac tumor permanens adfuerint: His ſpei noſtræ non reſpondentibus, epiſpaſtica cum fructu admota novimus, utpote quæ non humores ſolùm ad partes invitaverint, verum iſtos etiam adeò exhauſerint, ut in poſterum ſanguinis particulæ noxiæ, foris derivarentur.

Ad *Pſilothra* (a ψιλόω nudo) ſeu *Depilatoria*, quæ pilos defluere cogunt; cum ea apud ſeptentrionales parum ſint in uſu, *illa prolixius* illuſtrare in præſenti nobis non eſt animus; quandoquidem capilli ſeu crines hìc novaculâ ſolâ auferri ſoleant; quoniam tamen verendorum, muliebrium præcipuè, pili, propter ſudores profuſos vel pediculos inguinales, cancrinos dictos, aliquoties moleſtiam quamplurimis aliqualem afferunt, necnon pungendo vel angendo admodum diſcruciant; nec hortando novaculam uſurpabunt, pſilothra iſtiuſmodi opem ſuppeditabunt, ubi cætera fruſtra imprimis adhibuerunt.

Toties remedia *Deterſiva* ulceribus adhibenda ſunt, quotieſcunque adſunt hyperſarcoſis; ſeu calloſitas; nam

quî fieri poteſt, ut caro, quæ luxuriat, ſanari poterit, cum ſit poroſa, cellularis, malè colorata, ſpongioſa, ac uvida nimis, cum è contrario, neceſſe eſt, ſit firma, fibroſa, vivida, nec humore ſanioſo, quin pure laudabili ſcateſcat? ſimili fere modo, quî fiet, ut calloſitas, quæ labiorum ſeu ſinuum ſcirrhoſitas quædam eſt, mollibus prius tollatur, quam durities iſta cultro vel deterſivis imminuatur? his ſymptomatis autem, deterſivis ſemel everſis, balſamicis deinde digeſtivis, ſarcoticis, ac epuloticis ritè uſurpatis, ulceri finis aderit; nimirum, dum ulceris labia humorem ubertim effundunt, eò uſque balſamica admovenda ſunt; ſarcotica non ſunt prius uſque adhibenda, quam quoad ſaniei ſeu puris copia minuatur; quo demum plurimùm ceſſante, necnon cum labia rubra ſint, ac detumeſcat ulcus undequaque; tum epulotica denique ſunt applicanda.

De *Epiſpaſticis*, ex *Bartoleto*, phrenitidi febrium ſtatui comitanti propterea præſto ſunt; quod humoribus magnâ ex parte coctis emiſſario ſint, quodque iſtorum affluxum ulteriorem, tantâ in copiâ ad cerebrum uſque adeo propediant, ut non modò ſuppetias præcidant, verum iſtas etiam proficuè aliorſum derivent; multoties autem admota novimus, cùm maximam delirantibus attulerint noxam; quamobrem ut uſus eorum in deliriis indiſtinctus in poſterum præcludatur; quæſumus, ut quæ infrà dicturi ſumus, auribus non averſis accipiatis: Phrenitis autem in furioſam ac comatoſam ritè biſecatur; ambo deliriis, deſipientiâ, ac ſermone inconcinno nunquam non ſtipantur; in hâc tamen ſanguis particulis ſeroſis aliiſve inactivis ſcatet, cùm in illâ bilioſis atque activis principiis adeo redundet, ut immane quantum evehatur ebullitio; quando igitur in *Phrenitide furioſâ*, ſanguis paulo rapidiùs adeò circumagi ſolet, ut rareſcentiæ ſeu motui ipſius quicquid ſuperinjicere imperitorum eſſet, cum inde vaſorum rixin, ac proinde hæmorrhagias funeſtas, periclitaremur; epiſpaſtica tum admovere, mala hæc vel ſimilia certo ferè certius ægrotis impenderent: In *Phrenitide* autem *Comatoſâ*, ubi typhomania, ſeu ſtupor cum delirio adeſt, calor juxtà, atque pulſus in omnibus mediocritatem tenent; pulsûs enim ſpatium, non multò latius; ictus paulo

paulò fortior, durior, vel celerior; nec intervallum multò frequentius solito sunt; calor autem potius infra quam supra stateram est; cum res ita se habeant, epispastica pro symptomatum ratione ac violentiâ adhibenda, quinimo reiteranda sunt; quippe quæ motum sanguinis tam progressivum quam intestinum rursum invigorant ac instaurant; ex quo fit, ut particulæ noxiæ, cerebro vel insidentes vel jam incubituræ, efficacitèr excutiantur ac avocentur ac tandem foris amandentur: Ita authores primi subsellij continuò hactenus senserunt; nimirum, ubi *torpidi*, *veternosi*, *leipyrici* sunt ægrotantes, ea jugiter admoveri jubent.

Tussibus item humidis epispastica magno idcirco sunt commodo, quod perinde irritationem adeò prosperè conficiant, ut ex inani tussiendi conatu pituita Bronchiis firmiter adnascens, tandem felicitèr expuatur, quam humores ad extrema, pelliciant; hinc fit, ut tam humores pulmonibus influi quam ibidem defixi, vel anticipentur vel eliminentur. Hincque est, quod quoties in pleuritide expectoratio parum ex voto succedat, ita ut vel nequaquam pus omnino, vel in minori, quam par est, quantitate expuatur, eximius *Baglivius* suris utrisque epispastica admovere jubeat; nec immeritò; hæc etiam nosmet ipsi cum eventu fœlici in famulo nobil[mi]. Baronis de *Blankney* olim admovimus; hic enim ex aëris injuriâ in pneumo-pleuritidem inciderat; morbi vero inscius, saltem reconvalescentiæ securus nimis, foras prodeambulat, nec pectoralia neque V. S[m] adhibuerat; quid tandem fit? Puris expuitio primum minuitur, ac deinde in totum cessat; adeo ut metus erat ne secundum Hippocratis sententiam empyicus moreretur, *Aphor.* 8. *Sect.* 5. [a] *Qui pleuritici facti, non repurgantur supernè in quatuordecem diebus, his in suppurationem convertitur*; à pilulis è fuligine, salibus valatilibus ac balsamicis conflatis; decocto pectorali cum oxymelite scillitico misto perquam calidè devorato; ac tandem epispasticis acribus, suris internis, admotis; ex im-

(a) Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται.

proviso

proviſo priſtinam recollegit valetudinem; ut qui heſterno adeo anhelus fuerat, ut è veſtigio, ab aſtantibus de vitâ migraturus haberetur; cùm die vero proximè inſequente pus cum ſanguine, ubertim excreverit, ac reſpiratione liberiori exinde factâ, ita quotidie melius ſe habuit, ut illum è fati faucibus emerſiſſe ac ab inferis revocatum fuiſſe videretur.

Morbis pituitoſis ac frigidis, cujuſmodi ſunt comata, lethargi, apoplexiæ, quinimo ſubinde convulſiones, ideo auxilio veniunt epiſpaſtica; quoniam cum humorum iſtorum cataclyſmus ſeu diluvium, quibuſcum iſ perquam opprimuntur, ſit omni ex parte ſeu pituitoſum ſeu ſeroſum, atque adeò vel exudare vel ſubſiſtere ubique proclive ſit, idcirco epiſpaſtica, quando proritant impenſius aliquanto, perinde motum fibris oſcillatorium, quo ſanguis circumpellitur, impertiunt, atque vitioſos humores foris eliciunt, atque hunc in modum morbos hos vel minuunt, vel iſtis finem ſtatuunt.

Nulli dubitamus, quin ſolertiſſimorum virorum Bellini ac Baglivi libros *de ſtimulis* quiſque in medicinâ vel parum verſatus, pervolverit; quocirca epiſpaſticorum commoda ſummatim ex iis recenſebimus; ſunt igitur utilia, *ubi ſolidæ partes ſtimulandæ ſunt*; *ubi fluida agitanda*; *circuitus circumpellendus*; *liquida exprimenda*; *quantitas minuenda*; *ſpiritus agitandi*; *ſanguis attenuandus*; *coagulationes ſolvendæ*; *ac revulſiones ſeu derivationes tandem peragendæ ſunt*: Siquidem enim ex particulis volatilibus, aliquâ ex parte ſepticis, ac fibras ſuperficiei proximas exedentibus, conſtent; fieri non poteſt, quin particulas fluidis activas tum adjiciant, cum cuticulam in veſicas attollant; hinc palam fit, quare morbis indolis frigidæ adeò ferè conducunt.

Catharticis, V. S^ne atque aliis multis fruſtra extrinſecus, attentatis aut admotis in dolore fixo; epiſpaſtica tandem illum quam efficaciſſime abſtuliſſe novimus.

De epiſpaſticorum commodis hactenus ſat abundè tractavimus; propè adeſt, quum noxas eorum etiam enumerare oporteat; quoties ideò in urinâ vel ardor vel incontinentia adſunt, eorum admotioni prorſus interdicendum eſt; utpote quæ, ſalibus ſanguinis acribus, acriora longè apponerent; hinc autem fieret, ut

veſicæ inflammationes vel ulcera, quibus epiſpaſticæ quam maxime nocent, inde initium, præ fibris irritatis, imo vel eroſis, ſumerent.

Sanguinis fluxus multum ab epiſpaſticis admotis ferè intenduntur; quocirca ubi febres adſunt, cum hæmorrhagiis comitatæ, cautè admodum procedamus; nec ea, ni quam evidentiſſimè indicentur, hoc in caſu admoveamus unquam; ac interea proſpiciendum eſt, ut eodem, quoque momento remedia intus exhibeantur, quæ hæmorrhagias reprimere queant: hinc autem eſt, quod non admoveantur omnino, ubi fluxus menſium immodicus fuerit, nec etiam in gravidis, niſi perſpicuè admodum oſtendantur.

Tumoribus maturaturis vel iis, qui ſuppurari debent, tales ſunt *bubones*, haud admoventur; quoniam humores magis tenues evacuando, lentiores ac glutinoſiores, ità coerciti, intus latent, qui in poſterum vel cancro vel ſcirrho exquiſito ſeu vero viam facilem ſternent.

Quoniam in *Cauſis* ſeu febribus ardentibus ſalia ſanguini volatilia fermè præſident, perinde pulſus igitur magnus ac fortis, atque calor immodicus erunt; hujuſmodi autem ægrotis haud competere poſſunt epiſpaſtica, quippe quæ ſpatium pulsûs magis ampliarent, necnon ſanguinis fervorem ac motum inteſtinum quam maximè intenderent, adeo ut phrenitides, inflammationes, atq; morbi multifarii certiſſimè ponè ſubirent.

Phyſicus ille perinde inſigniſſimus atque nobiliſſimus *Robertus Boyle, de viſu vitiato* epiſpaſtica immodicè ac iterato admota cæcitatem cuidam olim intuliſſe affirmat; nam, uti ſuprà, vobis demonſtravimus, quòd diuretica, ſerum nimiùm amandando, ſanguinis lentorem introducant, ac ita menſium periodo regulari obicem ponant; ſic, cum epiſpaſtica evidenter ac copioſe ſerum ac deinde pus foris eliciant, ſanguis eò magis neceſſariò lenteſcere, quò magis ſero ſuo privari, ſolet; quò fit, ut ſuccus, nervoſus dictus, ne ſecerni quidem poſſit; nedum idcirco viſionis functionem ritè peragere valeat.

Quandoquidem evacuationes magis univerſæ ac generales, ſpecialibus ſeu individuis continuò præire debeant,

beant, quoniam alioquin humores eà ubertìm ruentes, partem, unde ſenſus afficitur, adeò ſuffercirent, ut mala quamplurima indè exordium caperent; quâ de causâ, nec partibus inflammatione afflictis, neque magis delicatis, neque tendinibus, neque articulis ipſis admoventur unquam; quippe quæ humorum affluxum partes, ad quæ eos haudquaquam impune ferunt, inconſultò laceſſunt: hinc autem inferre licet, epiſpaſtica abdomini œdematoſo vel aſcitico admota, nequaquam iſtiuſmodi omnino prodeſſe, quinimo plurimum obeſſe; quia huic emolumento non erit, cum nihil ſtagni, exindè eliminetur; nec iſti ex uſu erit, quoniam ſerum viſcidius exinde ſolum eliciendo, crura etiamnum, pars magis pendens, œdematoſa permanebunt.

Occo ſalium veſicantium, exemplo ferè inaudito, acutiem probat; cum mictum ſanguineum, cantharidas in perâ geſtando, pone ſubiiſſe aſſeruerit. Eximius vir *Groënvelt* in tractatulo cui titulus *de tuto & interno uſu cantharidum* exhibet cantharidum ſiccatarum & tantum non crematarum grana 6 pro doſi unicâ, quartâ quaque horâ uſque quoad dolor in mingendo increbreſcat, ac urina copioſe fluere cœperit; tum manum ſiſtit; tempore intermedio emulſiones propinandas exhibet; ad veſicæ ulcus detergendum aliquo confecto, teſtacea ac glutinantia tandem fœlicitèr exhibet.

Siquidem *Andræas Schmitzius* cineres vitis ad ichoris fluxum, ab emplaſtro epiſpaſtico excitatum, perennandum deprædicet; quidni & *veſicatorium perpetuum* vel ex pulvere cantharidum ſecundum *Cheſneau*, vel potius ex eis infuſis conficere liceat; uti inter præſcripta in libro noſtro, cui titulus, *CRITICON FEBRIUM*, olim delineavimus: Unguentum hujuſmodi humores diutine ac efficaciter uſque eliciet, dum voluerint medici; hoc autem artificio perquam facili morbis quamplurimis, quibus evacuatio id genus lenis ac perennis convenire poterit, manus auxiliares porrigimus: *Henricus ab Heers* veſicandi modum etiam peculiarem memorat, hiſce, nempe verbis, *p.* 187. *obſerv. medic.* " Veſicis capitis " non amplius fluentibus novas in nuchâ & viciniâ, " ſed *ſolis cucurbitis* excito; quod quando meum in-

" ventum

" ventum eſt, neque quod ſciam, ante me cuiquam
" uſitatum, libenter vobis communico. Capio lati oris
" cucurbitam vitream, aut vitrum humilius, quo mo-
" ſellanica aut rhenana vina ſorbemus, illis ſtuppa ar-
" dente, ut fit, munitis, ubi libet applico; cum per
" horæ quadrantem hæſerunt, detraho, novamque cum
" flammâ, quam poſſum maximâ, ſtuppam adpono,
" paulo poſt in junioribus & euſarcis, (in ſenibus aut
" densâ cute præditis tardius) veſiculæ ſurgunt, par-
" varum acicularum capitella vix æquantes; quibus
" omnibus horæ ſpatio cöeuntibus, ſurgit veſica maxi-
" ma, & orificio cucurbitæ aut vitri par vel major:
" Tum ſi vas vitreum, quorum multa huic uſui paravi,
" non habet foramen cerâ obductum quo acu perforato,
" flatu exeunte ſponte ſuâ cadit, plerumque vitrum
" cultro percuſſum frango, alioquin veſicam dum ma-
" nu avellitur lacerans, dolorem ſævum excitat. Hinc
" eductâ ſemper magna aquæ copia, eſurialibus diebus
" folia, extra quadrageſimæ tempus, macram muſculi
" bovini carnem adligo, tamdiu dum illa virore & fœ-
" tore amovendam ſe indicet. Hoc modo innoxiè &
" intra horarium ſpatium, certò certius ſurgunt veſi-
" cæ, cum omnia alia veſicantia, poſt multas horas
" ſæpe ſpem noſtram eludant, morbumque vel pro-
" craſtinent, vel contumacem autem, etiam invictum,
" reddant.

Tandem ut finem de epiſpaſticis dicendi faciamus, à ſinapiſmis pro irritationis more ſeu gradu ſolummodo diſcrepare aſſerimus.

CAUSTICA, ſunt medicamenta inter irritantium individua longè omnium potentiſſima; quæ non ex acidis ſolum, verum ex alcalinis, impenſe acribus, etiam conflantur; inde autem eſt, quod non cuticulam tantum, ſed cutim porro, quinimo muſculos ac membranas ad os uſque exurant; cum pharmacum tamen cauſticum ſit omnium topicorum extrinſecus admovendorum noviſſimum; brevi eorum perinde commoda, quam noxas vobis enumerabimus. Cauterium in *actuale*, ubi inſtrumenta ferrea ignita cuti admoventur; necnon *potentiale*, ubi medicamenta acria valdè adhibentur, ritè biſecatur. *Actuale Dekkers* in cæcitate elogiis proſequitur;

quitur; ferrum ignitum ſuper ſuturam coronalem depangit, eoque tamdiu os exurit, dum ad diploen uſque pertigerit; os ita uſtum aliquandiu apertum propterea permaneat, quod humores noxii ibidem paſſim defixi foris eliciantur: Dolorem etiam iſchiadicum paulo contumaciorem cauterio actuali ad os femoris uſque protruſo ſublatum memorat; quem etiam olim à patris præſcripto, cum honore colendi, perſanatum in ruſtico quodam meminimus: *Ettmullerus* cauterium etiam actuale, parti, unde cœperint convulſiones, admovere præcipit; quâ verò de causâ morbi hi cauſtico cedere reperiuntur, vos hac de re jam certiores facere oportet; quoties, nempe, humores, qui morbis hiſce anſam præbuerint, adeò partibus incubuerint, ut ſint immobiles, neque per remedia uſitata partes iſtis expedire valuerimus; cauteriis admotis ac altius aliquanto protruſis, ad humoris nimirum ſedem; iſte è veſtigio exhauritur; causâ autem proximâ tam citò amotâ, dolores, convulſiones, necnon ſymptomata cujuſvis generis, in oculi ictu, mirum in modum ideo diſparent, quia humor extra vaſa effuſus, qui ſtimulationi huic principium dedit, foris amandatur; ac tamdiu fluxus iſtius incitari debet, dum medicamentis introſumptis ſanguis in ſtatum meliorem provehi poterit, vel dum vaſculum ruptum humorem iſtum expuens internis ac externis rurſum ferruminari poterit, vel humoris influi copia dempta fuerit: Cauſticum actuale oſſibus carioſis ac nudatis ideò admovetur, quia humiditatem abſumendo, iſta lamellatim vel aſſulatim deinceps excidunt. Idcirco *Gangranis* perutilia ſunt, quod carnem ſanam ab inſana ſejungant; partem autem mortuam cauterio circumcingunt, ne ulterius ſerpat; ulceribus *calloſis* ideò admoventur, quia calloſitatem, quæ deterſivis non ceſſerit, abradunt; inde eſt, quòd *trochiſci vigonis*, ex mercurio ſublimato ac pane triticeo conflati, ad horas aliquot in ulceris ſinum intrudantur; calloſitate autem hunc in modum exesâ, ulcus digeſtivis, ſarcoticis ac epuloticis deinceps facile perſanari poterit; hinc eſt, quòd ulceribus fiſtuloſis ſeu ſinuoſis quam maximè conducere reperiantur: *Bubonibus* ſeu peſtilentibus ſeu venereis propterea opem ferunt, quod cute paulò latiùs exesâ pus

pus contentum confeſtim exiliat: *Nodis* ideo ſubſidio veniunt, quia cyſti exinde abſumptâ, fit ulcus extemplo digeſtivis cedens: *Verrucas* æque ab eis atque à cultro expeditè auferimus, quinimo cùm verrucarum radiculæ altius aliquanto cuti inſederint, ſi minus ocyus at efficacius ab eis quam à cultro tolluntur. *Hæmorrhagiis* ideo opem ſuppeditant, quià vaſa aperta vi ſuâ ſepticâ corrugant, ac criſpant, atque adeo indurant, ut ni ſanguinis pondus ſeu momentum paulo majus ſit, vaſis parietes prope partem criſpatam coaleſcant, ac ita effuſio poſthac ulterior intercipiatur: Notandum autem eſt, quod prius vaſa humoribus expediantur, quam cauteria admoveantur; quoniam irritatio paulo validior humorum influxum ſat ubertim alioquin accerſiret, adeò ut tandem inflammationes, gangrænæ, aliave mala regimini hujuſmodi perperam inſtituto actutum ſuccreſcerent. *Fontanellas* cauſtico frequenter excitare præcipimus; quoniam perinde humorum affluxum parti exeſæ incitamus, atque uberiorem eorum effluxum ulceris labiis accerſimus; hinc eſt, quod uno eodemque artificio juxtà revellimus ſeu derivamus atque evacuamus: Siquidem vero de ſetaceis ac fontanellis infrà ſermonem habituri ſumus, greſſum hic pauliſper comprimamus.

Cauſticorum eventus fœlices hactenus perpendimus; jam reliquum eſt, ut nocumenta eorum paululum trutinemus: Cauſtica igitur nequaquam admoveamus omnino, niſi quum ratio quam evidentiſſimè iſta exigat: Corporis autem partes nonnullæ ita parum eorum adhibitionem tolerant, ut neutiquam iſtis applicari queant; cujuſmodi ſunt articuli, partes nervoſæ ſeu tendinoſæ, venæ, arteriæ, organa delicata v. g. oculus &c. partes inflammatæ, cancri ulcerati, inteſtinum rectum; uti etiam hæmorrhoïdibus, tumoribus calidis, vel infantibus raro aut nunquam adhibentur: Quippe cum vel partium, vitæ omnino neceſſariarum tonum diriment; vel morbos iſtarum partium amplius irritent, vel demum temperamentis, tenerioribus aliquanto multum adverſentur; utplurimum igitur vel eorum uſum hiſce in caſibus omnino interdicimus, vel eorum admotionem parum propugnamus.

Nemo eſt, qui urendi methodum non callet: quocirca ſupereſt ut cauſticum potentiale admovendi modum vos edoceamus: Emplaſtrum quodvis adhæſivum, in cujus medio foramen, cauſtico admovendo æquale, inciditur, admoveatur; huic foramini, cauterium cuti ſuperimponendum adaptetur; huic cauſtico ita admoto aliud emplaſtrum etiam adhæſivum imponimus, quod uſque parti incumbat, quoad eſcharam exuſſerit; hoc autem vel ocyus vel ſerius, pro cauteriorum energiâ, quæ longè à ſe invicem diſcrepant, fieri ſolet; cum dolor omnino deſierit, eximatur cauſticum, & eſchara digeſtivis, baſilico, linimento Arcæi cæteriſve decidere cogatur; vel cultro auferatur.

CAP. XI.

De Aquis Purgantibus.

QUOD ad vim aquarum hujuſmodi catharticam, ſatius eſſet iſtas in catharticorum claſſem redegiſſe; cum ſint reapſe in eorum numerum referendæ; quia tamen ſalibus multifariis, ſanguinem etiam mirum in modum immutantibus ſcaturiant; ideo capitulum hoc pro iis ſigillatim deſtinavimus; cum tam deplendo quam immutando opus abſolvant ſuum.

Quatenus iſtæ humores deorſum trudunt, ſanguinis vaſa cacochymiâ onuſta ſat idoneè deplent: Siquidem etiam ventriculi ſarcinam quadantenus eliminant, *anorexiæ* idcirco, iſtius pediſſequæ, ſubſidio veniunt: *Vomitioni* ideò auxiliantur, quià materiam deorſum trahunt, necnon foris tandem eliminant: *Colicæ* præſto ſunt, quoniam pituitam vel bilem, iſtius fomitem, per ſeceſſum extrudunt: *Melancholiis* adſunt, quia perinde humores diluunt, atque exhauriunt: *Cardialgiis* ſe adjutores præbent, ex eo quod ſalia ſimul diſſociant, ſimulque foris amandant: *Vermibus* propterea ſuppetias ferunt

ferunt, quod quà iſtos enecant, quà foris deturbant. *Doloribus nephriticis, urinæ ardoribus* necnon *iſchuriis* idcirco ſuccurrunt, quòd meatus irrigent, ſalia obvolvant, necnon glandulas lenitèr irritent: *Icteros* auxilio ſublevant, quoniam glandulas irritando, iſtas deoppilant: *Eruptionibus, cephalalgiis, vertigini, doloribus vagis, ſcorbuto, hyſtericis, hypochondriaciſque* ideò patrocinantur, quia ſalia exotica, pontica, imo cujuſvis ſpeciei, deorſum pellunt, ſecretum nativum in ventriculum ac alia viſcera reponunt, inteſtina perinde ac exta proxima expurgant, iſtaque refrigerio perutili perfundunt.

Cum, quî morbis nonnullis auxilio ſunt, jam fati ſumus, reliquum eſt, ut injurias ab eis nobis laturas ingenuè exponamus. *Anaſarcis* haudquaquam utiles ſunt, quoniam cum ſint cathartica paulo aquoſiora, quantum nobis evacuando proſunt, tantundem aquam adjiciendo nobis obeſſe obſervantur: Febricitantibus ideò non propinantur, quia punctione ac ſalium adjectione febris multum increbreſceret: Nec *hæmoptyſi* competent, quoniam ſalium acrimonia, vas jamdudum apertum, magis adhuc vi ſuâ pungente dilacerarent: *Cholerâ* cruciatis non exhibentur, ex eo quod ægrotos plus nimio exhauſtos, ulteriùs evacuationibus fatigare, plane deſipere eſſet: *Paralyſi* ab humore pituitoſo vel quovis alio frigido inductæ haud eò conveniunt, quod etiamſi ſalium vis pungens nervos laxos nimis aliquantulum irritaret; quia tamen aqueis ſcaturiunt particulis, nervis ex æquo noxas accerſirent: *Prægnantibus* ideo primis ac ultimis menſibus uſum earum omninò interdicimus, quia uti catharticum quodvis, irritando fœtum iſtis menſibus excuteret, ita multò magis aquæ catharticæ iſtis, cum ſal earundem ſit fermè ſepticum, damna inferrent: *Calculum renum* paulò grandiorem uti haud movent, ita viſceris iſtius inflammationem ſæpiuſculè introducunt, cum vim eis inferendo, attritio ſuccuſſuum veſtigia æquis ſubſequeretur paſſibus: *Veſicæ calculo* cruciatis haud idcirco conferunt, quod cùm nunc ſtranguriæ ſint frequentiores aliquantò, ſalia ſalibus ſuperinjiciendo dolor immane quantum increbreſceret: Nec tandem *gonorrhœis, diarrhœis* afflictis neque *vomiturientibus* conducere

re reperiuntur; quoniam uti quodvis acre iſtiuſmodi mala quamplurima creat, necnon fluxum perennat, ita iſtas propinando ineptè quidem ageremus.

Quandoquidem igitur ſalium proprietates, quibus imprægnantur, tam *Liſterus* quam *Allenus* jamdudum accuratiſſimè delineaverint; notitias ab eis mutuatas huc transferre, hic inſerere non erubeſcimus.

Salia ex quibus conſtant, ſunt vel vitriolica vel nitro calcarea, vel tartarea, vel alcalina, vel nitroſa, vel denique marina; de quibus in ordine.

Salia Vitriolica malo hypochondriaco necnon eruptionibus quibuſvis ſubſidio maximo ſunt; quæ tamen vomitiones, hæmorrhoideſque introducunt: Hâc autem ſalis ſpecie ſcaturiunt *aquæ Richmondenſes* ac *Scarburgenſes.* Quî vero febres introducere obſerventur ipſi viderint.

Salia Nitro-calcarea, colicis, glandularum obſtructionibus, melancholiæ, cardialgiis, doloribus vagis, ſcorbuto, obeſitati, *alvi conſtipationi*, calculo renum, arthritidi, morbis pulmonum (citra inflammationem invadentibus) conveniunt; ſanguinem calefaciunt; quæ autem calculum, ac alvi conſtipationem paulo poſt, ex *Liſteri* ſententiâ inferre ſolent; huic claſſi referuntur *aquæ Ebeſhamenſes*, *Actonenſes*, *Barnetenſes*, *Strethamenſes.* Quî autem eruptionibus (uti aſſerunt nonnulli) auxiliari queant, paululum hæremus?

Salia Tartarea, aciditates immutant, ventriculum corroborant, vomitui frænum injiciunt, diureſin provocant; febribus vel morbis proſunt periodicis; huc referuntur *aquæ Upminſterienſes.* Num autem hydropibus quibuſvis unquam conferant, ultra inquirendum eſt?

Salia Alcalina acidum in ſanguinis maſsâ mutant; fluxibus ab acido introductis proſunt; malo hypochondriaco adſunt; lepræ tamen ac impetigini damno ſunt; hujus ſpeciei ſunt *aquæ de Brentwoodweal.* Quî vero menſium fluxui alcalina obicem ponunt, penſitandum eſt?

Salia Nitroſa, diureſin proritant, bilis acrimoniam obvolvunt, ſitim ſedant, ac refrigerant; ad hanc aquarum claſſem pertinent *aquæ Kenſingtonienſes.*

Salia

Salia Marina, lumbricos enecant, eruptiones fræ-nant, pepsin juvant, flatus dissipant; huic classi referuntur *aquæ Alfordenses*, *Colcestrienses*, *Lambethenses*, *North-hallenses*, *Dulvicenses*.

Brevi igitur, aquæ purgatoriæ, quæ salibus vitriolicis seu marinis redundare percipiuntur, scabiebus, eruptionibus, vermibus medicari observantur, ac refrigerant: Quæ vero salibus alcalinis seu nitro-calcareis constant, sanguinis fluiditatem ac tenuitatem augent, calefaciunt, scabiei, lepræve obsunt; *nitrosæ* vero bilem acrem temperant ac figunt.

Ordo bibendi hic est; 1°. Mane hauriantur ab heminâ unâ ad duas, tres imo plures, pro operationis more: 2do. Ubi tempestas pluviosa salia earum nimium dissociaverit, vel usque coquantur, donec pellicula seu cremor innatare percipiatur, vel salis Glauberi seu cathartici amari semuncia cum eis inter bibendum commisceatur. 3tio. Cum tempore æstivo plerunque usurpentur, ideo regimen exercitio omne, cum non aliud agunt, præterquam quod tamdiu peragrare soleant, dum foris amandantur, bibentes posthabere mos invaluit. 4to. Tempestate vero brumali eo usque decoquantur quoad pellicula supernatet, tum aquas has bullientes neogalacti superfundite; sepositóque coagulo cum custodiâ solitâ hauriantur.

Hactenus quicquid authores, quicquid etiam nosmet, vel soli vel eorum authoritate muniti, de medicamentis evacuatoriis, utilitatis, praxeos diuturnæ adminiculo, usque adhuc deteximus, vobis libenter admodum impertivimus; reliquum autem est, ut evacuationum, instrumentis peractarum, paucis deinceps mentionem faciamus; his confectis, parti deinde primæ coronidem addemus.

Cap. XII.

De Venæ Sectione, Arteriotomia, Sanguisugis, Cucurbitulis, Transfusione.

QUandoquidem libellum huncce praxeos regulis accommodandis unicè destinaverimus; theoria igitur exercitii omninò vacua pro nobis inculta maneat: Ingenuè tamen fatemur, quicquid de sanguinis extractione hic dicturi sumus id omne maximâ ex parte fundamento Belliniano, quippe quod id cæteris longè sanius nobis esse videatur, reverà niti.

Quemadmodum sanguinis missio nequaquam ostenditur omnino, nisi cum plenitudo vel vera vel metaphorica adfuerit; ita symptomata cuncta istam indicantia, ex plethorâ universâ vel individuâ fermè pendere advertuntur, hinc est, quod doloribus quibusvis immanibus, nec non fœminis gravidis mediis in mensibus iis cruciatis convenire reperiantur; *Cornax* ac *Burgravius* venæ sectionem in febre Hungaricâ deprædicant, modò cautelæ à *Cobero* memoratæ ante oculos versentur; doloribus pleuriticis, imo pleuritidi ipsimet adeo succurrit, ut quamvis pulsus inæqualis vel intermittens micaret unquam, nihilo tamen secius missio ipsius plurimùm competere idcirco *ex Ballonio L.* 2. *p.* 214. *epidem.* reperitur, quod sub morbi initium pulsûs debilitas seu anomalia quævis ipsius vix vel ne vix à spirituum absumptione, cum nihil quod ipsos exhalet, omninò præcesserit, dimanare queat; quin ista ab humorum sarcinâ proficiscatur, necesse sit: In quo rerum statu sanguis usque eò vasa rarescentiâ suâ dispandit, ut paulum absit quin ea haud multo post dissiliant: Inde est, quòd cum ventriculorum cordis parietes parum sibi invicem accedant, pulsus fit oppressus, qui debilis perperam nuncupatur: Nam statim ut onere vasa, depletione, expediuntur, pulsus fortis confestim, ex apparenter debili, evadit: Quamobrem idem author *p.* 204.

204. *l.* 2 *epidem.* Sanguinis miſſionem, vel in pulſu languido, à nobis celebrandam, ſupra modum ni fallamur, efferre videtur, cum ſic fari *audeat, fortuitus ſcilicet, auſus ſæpe rationem prudenter initam ſuperat*; cum ægrotantium incolumitatem medicorum peritiâ unicè niti palam ſit, hoc autem in caſu controverſiæ cardo circum axem hunc volvatur, ut pulſum languidum ac debilem ab oppreſſo internoſcamus; pro exercentis igitur facultate aut fortuna labori noſtro aſpirabit, aut illam infeſtam habebimus. Quandoquidem inflammationes ſuccreſcentes intercipiat, eas in viſcere quovis defixas itidem amovere poterit: Quoniam vaſis à ſanguinis onere magnâ ex parte expeditis, de impetu ipſius poſthac in partem affectam aliquid in horas adeò ſubtrahetur, ut tandem, vaſis majoribus ſic depletis, rami evaneſcentes, quibus inflammationes potiſſimùm incubuerint, deinceps omninò flacceſcant; ex quo fit, ut diluentia cum medicamentis reſerantibus exhibita, necnon diſſipantia cum emollientibus extrinſecus admota, concretiones, quæ ſuperſunt penitus ſolvere queant, vaſis & ſanguine ita in ſtatum naturalem reductis inflammatio prorſus in poſterum diſparebit. Uſque eò pleuritidi reverà convenire venæ ſectionem experimur, ut in eâ ad nonum uſque diem ſanguinem, modò expuitio adeò parum votis reſponderit, ut ne vel minimum ſputi prorſus apparuerit, extrahere liceat; cum haud vero ſimile ſit pleuritidem hujuſmodi expectorando unquam finitam iri; Quinimo vel puerperarum pleuritides hinc etiam auferri patet. *Vigilias*, ſanguini nimium fervido ortum debentes, actutum compeſcit; quoniam cum eæ nunc, à rareſcentiâ unâ cui depletio adverſatur, initium faciant. Quoniam in maniâ ſpirituum ἀταξία, à ſanguinis motu concitatiori oriri percipitur, idcirco ſanguinis extractio, tumultui huic omnino obſequium præſtare debet; hinc autem eſt, quòd venæ ſectio, ſæpius iterata maniacis auxilio fere maximo ſit; quippe cum vaſa eo uſque depleantur, donec unum ſanguinis momentum alterius veſtigia ita parum urgeat, ut oſcillationi vaſorum uni, non autem fluidorum etiam copiæ, circuitus morem tantum gerat. Aſthmati, catarrho ſuffocativo, necnon apoplexiis propterea adeſt, quod cum

in

in hujuſmodi morbis ſanguis ex improvisò vel omninò ſubſiſtere vel extra vaſa effundi ſoleat, uti ex ſymptomatis paulo gravioribus ſuſpicari fas ſit, venæ ſectio igitur raptim celebranda, cæteroquin in poſterum omittenda eſt. Quippe cum phthiſis ferme omnimoda, ſive acuta ſive lenta, ſit ex morborum inflammatoriorum genere, citius aut ſerius humores in vaſis minutulis tandem adeò defiguntur, ut bronchiarum glandulæ ac membranæ admodum inde intumeſcant; reſpirationis organo ita tumefacto, ægroti difficulter ſpirant, impenſe tuſſiendi conatibus affligantur; cum inflammatio tamen aliqualis ſit tuſſis hujus cauſa unica, fit aliquando ex humidâ, adeo ſicca, ut nil prorſus expuatur: Phthiſi recens inchoatæ venæ ſectio ideo efficax adeſt reconvaleſcentiæ cauſa.

Quoties inter ptyaliſmum, à mercurio inſtitutum, adeò dolorifice intumuerint glandulæ pharyngis ſalivales, ut ſaliva ultra fluere deſinat, ac ſalivantes in ſuffocationis diſcrimen inde conjiciantur; his venæ inciſio emolumento erit, quippe quæ inflammationis pullulaturæ progreſſum impediat.

Ophthalmiis eò ſuccurrit, quò nihil certè magis prodeſſe comperitur; quinimo nonnulli venæ jugularis inciſionem ~~in~~ hujuſmodi inflammatione pertinaciori aliquanto, tanquam carmen magicum deprædicare ſolent. *Veromanduus* ſanguinis extractionem miris in abortu præconiis propterea effert, quod vaſis liquorum ſuorum onere quadantenus expeditis, placenta in utero depacta impetum ſanguinis adeò deinceps ſubterfugiet, ut non timendum erit nequà refigatur. Quando variolæ vel ἀνομάλως erumpunt, vel quoties ſuffocationis periculum febre putrida, undecimo ſc. ſuperveniente, ſubeunt laborantes, apprime conducit tum ſanguinis ſubtractio, ex eo quod ſymptomata horrenda, exinde oriunda, ferme præcidantur, cùm ſanguis deinceps reſpirationis organa aliaſve functiones ultra laceſſere deſinat. Siquando menſium ſeu hæmorrhoïdum fluxus ſtativus aliquandiu quieverit, ac hunc in modum vaſa, morâ ſuâ, humorum vitiatorum onere ita ſufferſerit, ut ſymptomatis hyſtericis, hypochondriaciſve anſam præbuerit; venæ apertio jure merito primùm oſtendi ideo cenſetur,

quia

quia vasa humore excernendo prius redundant, quam sanguis facultates auxiliares ac vitiosas sibi ascifcat; qui tamen prætereà deinde vasis depletis, mutandus est.

Venæ sectio palàm ostenditur ubi pulsus perinde fortitèr micare percipitur, atque ubi calor aut ebullitio vehemens laborantes infestare solet, uti ex *Sylvii operibus p.* 236. manifestò elucet; quinimò quoties calor febrilis immaniter sævierit, etiamsi unà petechiæ adessent, pulsusque digitum paulo validius percusserit, sanguinem, aliquo saltem modo, extrahere certè licet.

Quoties inflammatio parti cuivis incubuerit, vena lateris oppositi idcirco tundatur, quod humor in partem influus exinde revellatur, hoc est, sanguis præ antispaseos istius molimine, seu depletione vasorum ideò illic expeditius vehitur, imo pellitur; quia ubi moles minuitur ac pondus sublevatur, ibi liquoribus à tergo pressis facilior paratur aditus; inde est, quòd *Waldschmidius* sectionem saphænæ, alteriusve in pede venæ, phrenitide captis, elogiis cohonestet.

Quanquam regionibus nostrâ soli vicinioribus mos hic invaluisse feratur, ut sanguinem massæ totius partem subquadruplam, ubi quis febricitaverit, extrahant; cum tamen inter medicos lites, de sanguinis ac fluidorum mensurâ, etiamnum moveantur; eæ prius componendæ sunt, quam quantum sanguinis hic demendum sit, dijudicari poterit; medici hodierni longe aliter sentiunt hac de re atque theoretici jampridem opinati sunt; cum hi libras viginti ad summum assignaverant; ii vero libras centum & quinquaginta, in homine ducentorum pondo, delegaverint; quam igitur quantitatem subtrahunt exteri, adhuc cespitamus.

Ut fœminæ longiùs à partu absunt, ita venæ superiores tutius inciduntur; quo minus igitur è contra à partu distant, tutius inferiores venæ secantur, inquit *Riverius*; saphænam enim tundere, cum primos vel medios saltem menses gravidæ nondum emensæ fuerint, sanguinis ῥοπὴν uterum versus adeo accersiret, ut abortus presso subsequeretur passu.

Quotiescunque tam venæ sectio à plethorâ, quam catharsis à cacochymiâ unà ostenduntur; toties vena prius tundatur quam catharticum exhibeatur; ex eo, quòd detracto

detracto ſanguine, perinde copia à cathartico eliminatura perquam minuatur, atque impulsûs, in vaſorum parietes, momento, à quantitate initium ſumenti, ac à commotione, præ vi cathartici illatâ, protracto, occurratur.

Quemadmodum variæ uſurpantur methodi, quibus ſanguis è naribus extrahatur, uti *Hollerium* conſulentibus facile patebit de *capitis doloribus*, nimirum, eos frequenter ſcalpendo, ſetis, foliis arundinis, feſtucâ, herbis aculeatis, ſanguiſugis (pinnis narium admotis) cucurbitulis ſcarificatis; ita Indi, occidentales præcipuè, in doloribus capitis paulò pertinacioribus, uti fertur, ramulum venæ jugularis, in naribus ſitum, hujus gratiâ cum eventu fœlici tundere ſolent.

Prægnantes primis gravidationis menſibus vomituritione quam graviſſimâ ſæpiuſculè afflictatas novimus; ſiquidem verò à ſemine virili ſanguinem rarefaciente ac alio forſitan modo mutante ortum debet, ita illam inciſâ venâ, iteratò, modò à ſymptomatis diuturnitate indicetur, diſparere vidimus: *Riverius* ita ſententiam ſuam hac de re eloquitur; "Et docuit experientia vomitum, qui prægnantes frequenter infeſtare ſolet, primis geſtationis menſibus, à purgatione exacerbari; à venæ ſectione vero plurimùm ſublevari; imo verò in totum auferri, ſi uſque ad ſolutionem ſymptomatis ſingulis menſibus iteretur; quam ſententiam etiam eximium *Boerhaave* amplexum fuiſſe videmus, cum *p.* 341. §. 1297. hæc habeat, "Quæ (nauſeæ, vomitus &c. in §. 1296.) proinde pendentia ab unâ causâ, eodem remedio, venæ ſectione, tolli ſolent.

Luſitanus Cent. 1. *Curat.* 10. Duo à nobis in venæ ſectione penſitanda eſſe affirmat; 1°. Nimirum, num iſta à morbo indicetur? 2do. Num ægrotorum vires eam tolerare queant? *Foreſtus l.* 1. *de febribus, obſ.* 12. *in ſcholio*, tutius eſſe venam iteratò tundere, quam nimium unicâ vice detrahere aſſerit: Hinc autem concludamus, neceſſe eſt, eam, nempe, ſanguinis menſuram ſolummodo, quæ morbo vel ſymptomati urgentiori opem ferat, à medicis eſſe demendam. Brevi igitur ſanguinis detractio æque evacuat ac alio derivat; quocirca plethorâ universâ priùs diremptâ, cùm ſanguinis

nis influxuri momentum minuatur, portiuncula istius, quæ parti insederit, posthac expeditiùs in gyrum flectetur.

Hactenus de venæ sectionis utilitate sermonem habuimus; reliquum est, ut de ejus nocumentis, ex eo quod perperam in usum aliquoties vocetur, verba faciamus: Quoniam igitur in languentibus necnon temperie frigidâ contactûs momenta adeò minuuntur, ut sanguis lentè ac segniter circumpellatur, ejusmodi sanguinis detractionem malè idcirco ferunt. Neque pleuritici liberius aliquanto, materiam albam, lævam, dolores in horas sedantem, quarto vel etiam nono die, expuentes, eam tolerant; quia cum Ἀνακάθαρσις hæc sit omnino critica, quoad fieri potest, proritanda est. Ubi febres ad Ἀκμὴν seu statum pervenerint; venæ sectione tum perperam celebratâ, coctio, quæ antehàc naturæ normam exactè secuta fuerat, ita parum deinceps perrexerit, ut gradum stiterit, ac urina statim ex coctâ cruda facta est, necnon symptomata funesta confestim exorta sunt. Neque Diarrhœis neque vomitibus (nisi in prægnantibus ut supra notavimus) opem fert, quippe cum ista spiritus plus nimio priùs exhauserint, illos ulterius derivando ineptum ageremus.

Febribus mali moris afflictis neutiquam prodesse potest, utpote cum hic spiritus vel figuntur vel evaporantur, non igitur evacuatione ulteriori opus est.

Neque paroxysmo infantum convulsivo præsto erit, quippe cum hic sanguis in vasis fermè subsistat, necnon hujusmodi nimium elanguescant; hinc est, quòd si residentiæ opem suppeditemus, languori accessionem quam maximam faciamus.

Neque contra *Sylvium* apoplexiis *positivis* (seu ab assumptis *opiatis* originem ducentibus) auxilium ferent, quoniam eæ emeticis, volatilibus introsumptis, ac stimulis externis unicè cedere observantur; nisi quod adfuerit plethora, ventriculum tranaverit opium, pulsusque virtutem ac robur palam, per ictum, ostenderit: *Privativis* equidem (à sanguine, pituitave, obstructioneque inductis) incisio venæ ideo conducit, quia cum eâ laborantes sint adolescentes, facies eorum in paroxysmo rubescat, vitam prius egerint desidem, genio indulserint,

ſerint, fluxus ſanguinis ſoliti ſuppreſſio præceſſerit, ac ſanguis demum ſubſtiturus ſit, vaſorum depletio ita clarè oſtenditur, ut nil velocius venæ ſectione iſtis ſubſidio venire poterit. Neque Aſthmati humido, quippe cujus ſarcina expuitione ſolummodò levatur, auxilio erit.

Scardius, p. m. 2517. Venæ ſectionem in pleuritide vituperando, non ita ab uſu ejus nos metu exanimet, ut ab eâ noſmet in hoc morbo ideo contineamus; quandoquidem vel de Pleuritide malignâ loquitur, vel de ſtatu ejus verba facit.

Quod ad *Arteriotomiam* attinet, paucis, ſi placet, operationem iſtam expediemus: Non authores modo antiquiores, ſed hodierni etiam arteriotomiam quibuſdam in caſibus paulo contumacioribus ſupra modum, ex *Williſii* ſententiâ, extulerunt: Siquidem verò ii, qui de illâ meminerunt, non ſunt optato utplurimum eventu deſtituti; operationem hanc rationibus aliquantulum expendere pro viribus noſtris contendamus: *Cephalæam* quam ſæpiſſimè necnon quam expeditiſſimè eam ſuſtuliſſe quamplurimi jampridem aſſeruerunt; *Riverius* enim illam in praxeos libro primo, capite decimo ſexto, *de dolore capitis*, hemicraniam abſtuliſſe affirmat; ille ipſe in centuriæ ſecundæ obſervatione quinquageſimâ ſextâ, necnon obſervatione duodecimâ à *Jacoz*, ac trigeſimâ primâ à *Formio* communicatâ, eandem arteriæ ſectionem cum eventu fœlici inſtitutam commemorat; *Nicholaus Cheſneau, c.* 1. *l.* 1. *de doloribus capitis obſ.* 11. arteriam, licet ab imperito pauxillulum tactam, emolumento laboranti fuiſſe retulit: Arteriotomiam ſæpe felicitèr inſtitutam in melancholiâ laudat *Dolæus*; in epilepſiâ etiam eandem deprædicat: Eximius circulationis inventor *Harvæus* noſtras arteriam in ſcrophulis ligâſſe fertur, adeo ut ſanguinis portiuncula, tumorem iſtum per influxum nutricans, penitus iſthinc averteretur: His autem ab authoribus practicis, ita libatis, exitûs proſperi cauſas, quoad fieri poterit, jam enumerare navemus operam. Quandoquidem arteriæ perinde, nec magis, canales atque venæ ſunt; revulſio igitur, derivatio, ſeu averſio tam in iſtis quam in his valere queunt; quia tamen arteria præтереà circulationis ſcaturigini

gini venis propius accedunt, inde eſt, quòd derivationes ocyus arteriotomiæ quam phlebotomiæ cedere comperiantur: Quamobrem, cum dolores capitis immaniores iſti intra dimidiam horam ceſſiſſe ferantur, quid eſt, quod iſta noſtris temporibus rarius ſit in uſu? Fingamus nobis amnem itaque biſectum, cujus ſinui ad dextram ſito iter claudatur liberum; canalis, hàc, adeò aquarum mole inundabitur, ut longè extra conſuetos terminos ſtatim exundabit fluvius; ripâ tamen alicubi perforatâ ſtatim ac primum profluent aquæ in declivioria loca, ac deinde ſubſident: Cum autem inter fluvii canalem ac vaſa, maximum ideo ſit diſcrimen; cum hæc ſecus atque iſte ſint perquam flexilia; arteriæ, quæ ita fluidis oppreſſæ ſunt ut neutiquam omninò ferè micent, eò quod haud ſe contrahere valeant; tandem aliquando onus hoc per ſyſtolen reſtitutam ac iteratam, dimovent, ac ita laborantium ſanguis, impoſterum more ſolito ac imperturbatè circumagitur: Hæc autem hactenus dicta de *evacuatione particulari* intelligi debent; quantum enim ad revulſiones per arteriæ ſectionem factas, conſulatis, quæ ſupra de venæ ſectione explicuimus; cum hàc factæ revulſiones gradu ſolummodo, ab iſtis illàc peractis, diffideant. Arteriæ ſurculo quovis graviter obturato; membrum, cui ſanguinem prius iſte advexerit ramulus, ariditâ plerunque laborat; hinc, quî fit, ut, arteriolà ligatâ, vel etiam ſectâ, ſcrophulæ iſtius ſucco depravato altæ, ſenſim decidant, perſpicue liquet.

De *ſanguiſugis* ſeu *hirudinibus* deinceps ſermonem habituri ſumus, quæ cùm ſanguinem, à vulnere vaſi cum ore triſulco inflicto, pedetentim exhauriunt, vel noxam vel utilitatem aliquatenùs in nos conferre reperiemus: Caſus quoſdam ex authoribus probatis præ vobis primò ſiſtemus, deinde conjecturas noſtras ſubnectemus. *Zacutus Luſitanus* in libri primi obſervatione octavâ, dolorem in temporibus defixum hirudines admovendo ſuſtulit; *idem author* in libri ſecundi obſervatione quinquageſimâ ſeptimâ, dolorem in lumbos defixum, ſanguiſugas ſuper partem affectam applicando, penitus amovit. *Platerus* in obſervationum libro tertio, paginâ 797, *de vomitione*, ſanguiſugas podici, canalis ope, fa-

S miliaritèr

miliaritèr ac sæpiusculè admovit, quo artificio sanguinis nigri vomitionem frequentèr recurrentem intercepit. *Mayernus* in variolis sanguisugas adhibet, ait enim "In frequenti, brevi, & difficili respiratione non sine "suffocationis periculo, vel si in variolarum matura- "tione inflammatio ingruat summa, aut tumor erysi- "pelatodes caput occupet; sine morâ præsens pericu- "lum præcaveatur applicatione hirudinum sub auribus. (Addit, vel ranularum sectione.) *Willisius* pro epilepsiâ seu motibus convulsivis puerorum, sanguinem hirudinum suctu à venis jugularibus ad sesquiunciam vel ad uncias duas, modo vultus floridus sit, extrahi jubet, providendo, ne inter somnum sanguis, paulo fortassis tenuior, stragulorum ac cunabulorum ope, factus, rursus effluat. *Ettmullerus* in mesenterii inflammatione hirudines ano admovere in mandatis habet. Quid multa? quæ jam de hirudinum commodis diximus, ab eorum ferè inficias euntibus hoc sine labore, ni fallamur, extorqueri potest, ut earum admotionem, praxi ac exercitio quotidiano firmatam, utilem quinimo necessariam aliquoties fateantur: Admotæ enim non *evacuatio particularis* modò evadunt, sed revulsionis etiam vices gerunt: Hinc est, quòd vel umbras horrentibus ac meticulosis, perinde ad humores alio derivandos venæ sectionis vice fungantur, quam humores non extra vasa quidem effusos, cæterum subsistentes ac canales circumcirca opplentes, sine morâ ita exhauriant, ut doloribus, hæmorrhoïdibus suppressis, ac interdum mensibus suppressis, evacuationibus magìs universis prius adhibitis, allevamento ferè sint perquam efficaci.

De *Cucurbitulis* deinceps pauca advertamus: Egregius *Waldschmidius* eas venæ sectionis locum in languentibus tenere affirmat; *Dekkers*, vir eximius, in doloribus, ac cæcitate, earum admotionem laudibus effert; uti etiam in ischiade; *Forestus* in capitis dolore istas inter cætera tanquam utilia deprædicat; *Hippocrates* hæc habet, (a) *Menstrua si velis cohibere, cucurbitam*

(a) Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

quam

quam maximam ad mammas appone, Sect. 5. Aphor. 50. *Ettmullerus* eas in catarrho ſuffocativo commendatas habet. *Riverius* eas ſummo capiti in phrenitide admovet; item occipitio in guttâ ſerenâ; ſub mento ad linguæ inflammationem; ac lateri dolenti in pleuritide. Siquidem earum admotionem authoritate ſatis firmâ munivimus; reliquum eſt, ut operandi modum paucis explicemus. Cum cucurbitulæ igitur ſenſionem quandam partibus moleſtam inferre ſoleant, cum humores ſubſiſtentes ac parti impactas evacuent; cum tandem humores extravaſatos etiam, pro ſectionis ac ſcarificationis modulo, exhaurire poſſint; palam fiet, quî perinde humorum parti cuivis influxum inſidioſum aliò derivare atque eos alicubi ſubſiſtentes evocare valuerint: Hinc fit, ut non venæ ſectionis vices modo gerere notentur, ſed evacuationis immediatæ ſeu aperturæ etiam locum teneant.

De *Transfuſione*; cum pauca habeamus, quæ experientiâ illuſtrari queant; iſtam ſilentio diſſimularemus, quod niſi à quibuſdam adeò in morbis, alioquin inſanabilibus, deprædicetur: Hi, nimirum, in epilepſiâ, ictero, mania, pervigilio, phrenitide, phthiſi, pleuritide, ſcorbuto, aliiſque quamplurimis, ampliſſimis verbis, utinam & exemplis, illam ornant: Cautè etiam, neque niſi obtentâ magiſtratûs ac ægri veniâ, peragendam inculcant: Hanc transfuſionis operationem à *Richardo Lowero*, primùm inventam, ita parum hactenus excoluerunt medici, ut jam penitus, quòd ſcimus, exoleverit: Num verò hoc fiat, ne quis in hoc opus inſudantes ludibrio habeat, an quoniam hominum ingenia nunc otio torpeant? etiam dum hæremus.

Cap. XIII.

De Paracentesi, Abscessuum Apertione, Setaceis, Fontanellis.


Ariis instrumentis Paracentesis perfici solet; sive, scilicet, acu sive cestri specie; acus una à *Blockio*, vel altera à *Barbetto* inventa, in usum vocari solet; hodierni verò epistomium, in apice acuminatum, siphoni quam exactissimè aptatum, ex argento fabrefactum, in abdominis spatia confodiunt; tum, epistomio evulso, liquamen ex siphone tantisper effluit, dum medico, sanitatis præsidi visum fuerit. Paracentesin olim aggressuri, siphonis crenæ superiori syringam ita aptavimus, ut, cochleæ siphonis syringa figeretur: Hunc autem in modum ideo instrumentum fabrefactum fuit, quia sic tam gelatinam quam serum simul extrahere potuimus. An in cavitatem penetraverint, facilè propterea conjectari poterit, quod chirurgus se omnem repugnantiam superâsse sciat; ex eo quòd, dum instrumentum altiùs trajicit, sponte ferè illabatur.

Siquidem autem paracentesis raró aut nunquam, votis respondet nostris; quia ad operationem hanc ægri vel serius properant, an quia vasa rupta, præsertim modo majora sint, vix aut ne vix quidem rursum ferruminari queant? Litem non expediemus: Cùm vero paracentesis sit tensioni perquam molestæ levamini sat efficaci; ita tironum animos, tam de modo eam instituendi, quam de quantitate demendâ, præceptis expoliemus.

De modo eam instituendi pauci nunc disceptant; de quantitate vero unicâ vice exhauriendâ, argumentis adhùc contendunt varii: Eximius D^mnus *Thouvenot* aquas ad libras septem, decem, imo vel viginti usque simul ac semel in robustis; at in debilibus, non ultra quinque, sex vel decem ad summum extrahere solebat; proinde intra tres quatuorve dies integram aquarum molem exhausit;

hausit; quod si tantum non statim regenerarentur, paracentesin denuo, ut ante, instituit: Interea diuretica leniora, hydragoga necnon reficientia exhibuit, motum denique modicum, quo liquamen melius efflueret, deprædicavit: Authores alii consultò internè exhibere solent conservam rosarum rubrarum, pulverem diarrhodon abbatis, absinthium, aquam cinnamomi, ac traumatica, corpore primò catharticis ac diureticis expurgato; quid vero est, quod istiusmodi remedia introsumantur? non aliâ certè de causâ, quam quod humoribus intra vasa aliquatenus exhaustis, vires vacillantes renoventur, ac vascula evanescentia vel lymphatica disrupta rursum adeò ferruminentur ac consolidentur, ut nec sanguis nec lympha in posterum emanare possit.

Divinus senex *Hippocrates l. epid.* 6. *sect.* 7. §. 8. jubet anasarcicos cito incidere; item *Aphor.* 27. *Sect.* 6. *Qui hydropici, secantur, hi—aquâ acervatim effluente, omnino moriuntur.* Hinc colligendum est, hydrope (de ascite vero hic sermo est) laborantes, vel cito κέντρῳ perforandos, vel missos inde ab illo tempore omnino faciendos esse; præterea nisi sensim exhauriatur aqua, vires impendiò prosternuntur: Quoties igitur maturè exhauritur, viscera sarta tecta manebunt; quoties sensim sine sensu extrahitur, vires pro molis exhaustæ modulo tantum concident.

Paracentesis igitur instituenda est, ubi ascite laborantium vires constant; nec cachectici nec invaletudinarii sunt; ubi febre vel vacant, vel modicè saltem fervent; ubi viscera labe quâvis immedicabili, (scirrho, phthisi, similibusve) cassa sunt; ubi denique vas lymphaticum vel aliud disruptum minutulum est. Instrumentum, ex *Blockii* sententiâ intrudatur " Sub umbilico interpositis tribus digitis (quem locum, inquit *Barbettus*, in " omnibus non accuratissimè tamen observat) ubi etiam " musculos & peritonæum ad aquam usque instrumento hoc perforat, & raro ultra duas libras simul & eodem tempore emittit. Deinde instrumentum illud " rursum extrahit, & facto foramini nihil aliud imponit quam plumaceolum siccum & emplastrum glutinatorium, quibus optimè impeditur, ne aquæ gutta, " se invito, exeat. Nostra es autem, cum tantum,

quantum voluerint, liquaminis extraxerint, laborantes ad lectum consultò relegant, ac abdomen totum spiritu vini camphorato, (cui nos saccharum saturni semel, ut partes nimium tensæ constringerentur, addi curavimus) aquæ bullientis ope calefacti cum stuphis aliquandiu fovent; deinde vulneri unguentum peniculo extensum, emplastrum adhæsivum, ac lintea quadruplicata imponunt; demum panno laneo wallico, spiritu vino intincto, abdomen quaquaversus cooperiunt. Paracentesin, quantumcunque potis est, tempestate tam æstiva quam brumali instituere declinemus? Quantitas viribus cum æquis adjungenda est passibus; inde est, quòd ad uncias vel libras usque extrahatur; si hodie tamen extractio vires nimium prosterneret, ad plures dies, imo vel septimanam usque, operatio procrastinetur.

Quod ad *abscessuum incisionem* jam pauca dicturi sumus: Primùm vero de empyematis operatione, deinde de abscessuum, minoris momenti, apertione locuturi sumus.

In *empyicorum sectione*, hæc notanda sunt; est *locus necessitatis*, est & *locus electionis*; *locus necessitatis*, iste est, 1mo. Cum, nimirum, dolor alicubi ad tempus laborantes cruciaverit, nec illum ullo pacto dissipare valuerimus, quin in apostema abierit; 2do. Cum tumor promineat; hisce enim in casibus, sectio in loco, ubi dolor aliquandiu substiterit, instituatur; cæterum si tumor tandem se in conspectum protulerit, in protuberantiæ istius parte imâ aperiatur. *Locus electionis* autem iste est, ubi nec tumor adfuerit, nec pondus, calori, dolori, dein abscessui cysti alicubi incluso, succedaneum, sensenrint laborantes; tum enim culter, inter 4tam. & 5tam. costam infernè numerando (secta prius cute) in parte superiori musculorum intercostalium, transadigatur. Ubi laborantes febre, sitique vacant, bene appetunt, pus extractum album, lævum, nec fœtidum est, diarrhœa abfuerit, vix nostris excidemus ausis. Aëris ingressus quam maximè præcaveatur; pus ad libram unam vel duas, pro virium ratione, primâ vice extrahamus; tum minori in quantitate, in dies, eo usque exhauriatur, quoad tota puris moles eliminetur; his confectis, injectiones conflatæ, ex hordeo & herbis traumaticis una

coctis.

coctis, ac cum melle mistis, syringâ introducantur; ac à posturâ reclivi eà rejiciantur, ut tum partes sauciæ à sordibus, istis adhærentibus, liberentur, quam detergeantur, mundificentur ac tandem aliquando cicatrizentur; interna verò remedia sedulo etiam exhibeantur, balsamica, nimirum, testacea, absorbentia, cardiaca temperata, lactea, ac hydromeli (ex antiphthisicis conflatum) quinimo aliquoties opiata ad vigilias compescendas. Homini jampridem pyrœni ingluviei dedito ministravimus; qui pleuritide laboraverat; illa autem malè judicatâ, in empyema tandem abiit; ex inciso latere, pus ubertim effluxit, symptomata graviora in horas evanescebant; cum ipse tamen, ut compotatores occursaret, foras prodeambulaverit, ex virtutibus ornatus est, nam in ipso quasi reconvalescentiæ limine seu exordio vitam conclusit.

Quantum ad *abscessuum apertionem* hæc notandà veniunt; *sectio instituenda est*; ubi materia corrosiva est, atque adeò nervos, tendines vel ossa ipsa erodere apta nata est; ubi visceribus vitæ necessariis aliquando insederit; ubi articulum ipsum adortus est; ubi abscessus tralatitius est ac à molimine critico initium fecerit; ubi demum ad maturationem perduci nequit. "*Quod ad modum* " verò, hæc attendatis, necesse est: *Sectio igitur fiat* " per longitudinem & rectitudinem musculorum sub " cute jacentium, v. g. *In capite* secemus secundum " capillorum ductum; *in palpebris*, transversè; *in tem-* " *poribus*, *naso*, *cervice*, *pectore*, *dorso*, *brachiis*, *pedi-* " *bus*, *articulis*, per longitudinem; *in inguine*, parum " transversè, non admodum profundè, ob vasa sper- " matica; *in lateribus ventris*, parum oblique; *in me-* " *dio ventris*, per longitudinem; in genere cave tibi, ne *venam magnam*, *arteriam*, sive *nervum* attingas, ita *Barbette*.

Setacea, hunc fiunt in modum, acus serico, oblito unguento digestivo, abunde armatur, cutim eâ utrinque transadigunt chirurgi; tum sericum à dextrâ ad sinistram, & è contra, in dies trahatur, unguentoque illinatur: Foramen à foramine, unciarum duarum, trium, quatuorve intervallo distet. *Fontanellæ*, vel cauterio inuruntur, vel phlebotomo secantur; Setacea ac

fontanellæ

fontanellæ in hoc conveniunt, quod utraque materiam purulentam extrorſum exportant; cum ſetacea autem in magnitudine longe fonticulos exuperent; facilè eluceſcit, quî fiat, ut iſta his magis efficaciora ſint: Setacea ac fonticuli igitur à *Baglivio* ad acceſſiones arthriticas anticipandas apprimè laudantur; num eæ verò ità intercipi poſſunt, ut nunquam in poſterum revertantur, admodum hæremus: *Bootius* in labriſulcio ſeu cheilocace infantum (ubi infantum, nimirum, labia ſcrophularum inſtar tument) uſum eorum deprædicat; catarrhos frequenter recidivos, inflammationes oculorum, phthiſes recentes, epilepſias, dolores iſchiadicos, raucedinem, rachitidem, arthritidem vagam, aurium ac faciei morbos, multùm ſive anticipando ſive curando, adjutant; quandoquidem enim continuò ac ſenſim humores extrahunt, morbi diuturnioris fomes partite ſubtrahitur; hinc eſt, quòd cuivis plenitudini cacochymicæ manus auxiliares porrigant: Humores igitur foris eliminant nec non aliò devocant: Ubi primum vaſa per ea humoribus noxiis ſat expedivimus; cathartica iterato uſque eò propinentur, quoad humorum, fonticulos verſus, affluxus ſat aliò avertatur; hoc peracto, ulcera occludantur: Quoties humores ubertim ejicere deſinunt, toties *piſa lutea, viridia, vel rubra Batai*, vel piſa ex aurantiorum corticibus facta, ex Italiâ ad nos importata, adhibenda ſunt.


Siquidem tandem de evacuationum tam commodis quam nocumentis ſat abundè ſuprà commentati ſumus; reliquum eſt, ut de alterantibus, in paginis ſequentibus, verbis agamus.

Finis Partis primæ.

DE




DE ALTERANTIBUS, PARS ALTERA.



De Medicamentis alterantibus.

Procemium.



Uemadmodum homines morbis paulò gravioribus rarò aut nunquam prehenduntur, nisi si vasa humorum sarcinâ aliquantò vel multò antè onusta fuerint; ita necesse est, *evacuationes* ferè prius semper moliamur, modò his virium consideratio, nempe, moras haud nectat, quam alterantia omninò adhibere incipiamus. Quinimò evacuantia non ordine solum alterantia antecedere debent; sed plethoræ, puræ vel cacochymicæ, etiam ita sunt accommodanda, ut ex ipsius respectu uno, rariùs vel frequentius in usum trahenda sint; quicunque de hujus normæ animadversione parum soliciti sunt,

ſunt, jure merito à medicis, artis peritis, malè audiunt: Siquidem verò evacuantia ſuprà ſat abunde, imò prolixiùs, illuſtravimus; reliquum eſt, ut alterantia, in paginis ſequentibus, pluribus etiam perſequamur. Cum axiomata verò nonnulla ita omni alterantium ſpeciei continuò conveniant, ut nunquam non medicorum pectoribus infigi debent; ſi de iſtis jam, paucis, ſermonem habeamus; tirones, uti ſperamus, eorum mentionem, citra faſtidium, æquo ferent animo. Quamobrem,

1mo. *Medicamenta qualitatum ſenſibilium, ſaltem ſecundariarum, exceſſu laborantia, non ſunt intus exhibenda*; hinc eſt, quòd *aqua fortis, oleum vitrioli, arſenicum*, & ſimilia minus introſumenda ſint; ſaltem medici conſultiores ejuſmodi citra ſummam cautelam ac neceſſitatem urgentiſſimam non propinant unquam: Quippe cum iſta ſanguinem vel nimium tenuent vel ulterius juſto congelent: Vel quoniam etiam vaſa noſtra humorum vitiatorum onere referciunt; vel demum quia fibras rigidiores, laxiores, curviores, tenſiores, magis ſolitò corruptas efficiunt, quinimo aliquoties exeſas nobis præbere ſolent; adeò ut oſcillationes, contractiones, dilatationis functiones ritè poſthac peragere nequeant; his, nimirum, de cauſis, medio tutiſſimi ibimus. Quocirca, cum Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον ſit, ſiquando conſilia igitur extrema moliremur, dedecori certè noſtro velificaremur. Inde eſt, quod morbi cautè admodum abigendi ſint: ſimul ac enim fluidorum ſeu ſolidarum partium vitia depulimus, vel ſuperflua corpora foras abegimus, illa ad ſtatum naturalem uſque perduximus; remediis non ſunt homines ultra fatigandi; nam uti ſanitas in puncto conſiſtit; cum temperamentum iſtud juſtum primùm attigerimus, quod ita ſe habere, ex ſymptomatum gravium reſciſſione, ac functionum omnium ſtatu naturali reſtituto, ſuſpicari fas eſt; medicamentorum faſtidio poſthac intermittamus: Quocirca ii haud leviter peccant, qui medicamenta nimis attenuantia in tuſſi humidâ propinant; nam uti *N. Piſo* rectè obſervat, *humores craſſi tenaciores fiunt à calore; undè incidentia non ſine humectantibus dentur*; quiſquis aromatica intempeſtivè ac immodicè ingurgitavit, hic cephalalgiâ, hæmorrhagiâ, vel ſimilibus pœnas dabit:

bit: Hinc palam ſit, quî omne nîmium vertatur in vitium.

2do. *Medicamenta vel diæta alterantia ſenſim, non ubertim, nec in prælargis doſibus, propinanda ſunt.* Sicut enim ſanitate paulatim ferè excidimus, ita ſenſim reconvaleſcendum eſt: Nam uti eſt in *Hippocratis* aphoriſmo 7mo ſectionis ſecundæ, (a) *Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet: Quæ verò brevi, celeritèr.* Viſcera enim morbo chronico vexata, uti eximius *Liſterus* obſervat, nec pondus ſuſtinere, nec humores concoquere, neque glandulæ recrementa ſua ſupervacua diſſipare, queunt.

3tio. *Hinc eſt, quòd laborantes medicamentorum numero nec perterrefaciendi, neque urgendi ſint.* Egregius *Baglivius* optimatum liberos eorum multitudine utplurimum obrui palam profitetur: Agyrtarum ſanè, non medicorum eſt, medicamenta crumenæ uni, non morbo verò accommodare.

4to. *Quo propiùs pars emendanda ventriculo adeſt, eò medicamenta leniora; quo longius verò ab eo diſtat, eò potentiora ſint.* Utpote cùm partis ſolidæ vel ſanguinis vitium in propinquo ſit, medicamentum vitio emolumento erit efficaci; ex eo, quod illud cum fluido vitiato ſtatim colluctetur, vel fibris confeſtim adhibeatur; quæ ſecùs longè eveniunt, ubi pars malè affecta procul à ventriculo abeſt; quippe cum, in iſto caſu, medicamentum à ſuccis depravatis nimiùm obtunderetur; pars malè affecta ægerrimè tandem remedio cederet.

5to. *In morbis chronicis ac diuturnis, medicamenta horis medicis; in acutis verò, quâque horâ quintâ vel ſextâ; in magis acutis, unaquâque horâ tertiâ vel quartâ; in maximè acutis, quâque horâ ſecundâ; vel etiam in horas propinanda ſunt.*

6to. *Cum pulveres teſtacei faucibus adeo hæreant, ut ſitim utplurimum inferant*; inde eſt, quod quotieſcunque propter febrim oſtenduntur, toties fauces liquore quovis poſtea colluantur; hinc forte eſt, quòd medici qui-

(a) Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

dam

dam absinthii salis grana aliquot pulveribus hisce consulto adjiciant, hâc, nimirum, de causâ, ne præ succis ventriculi viscidis in lapillos rursum abeant; uti aliquoties malaciâ affectis usu venire solet, quemadmodum eximius *Nehem. Grew*, in prælectionibus, coram societate regiâ *Londinensi*, habitis, jampridem rei huic lucem attulit.

7mo. *A remediis repellentibus usque eò nos contineamus, donec evacuantia in usum sat abunde traxerimus:* Quippe cum, ejusmodi admovendo, humores vasis rursum committamus, hi in partem primò affectam invicem adeò arietarent, ut dolor, tumor, vel aliud quodvis symptoma homines, priùs angentia, vehementius paulò post laborantes cruciarent.

8vo. Quandoquidem *Hippocrates l. de flatibus* hæc habet, "Qui enim morbi causam cognoverit, is utique ex his quæ in corpore insunt, adeptâ per contraria morborum cognitione, facilè poterit, quæ conferunt, offerre. Ipsa enim ars medica maximè à naturâ inest. Ne longè abeam, fames morbus est. Quicquid enim homini molestiam adfert, morbus appellatur. Quodnam igitur famis est remedium? hoc certè quod famem sedat. Id autem cibus facit, illius ergo hic medela est. Rursus quoque sitim potio sedat. Plenitudinem item evacuatio sanat, evacuationem verò plenitudo, laborem otium, & otium labor. Atque ut uno verbo dicam, [a] *Contrariorum contraria sunt remedia.* Item *aphor.* 22. *sect.* 2. [b] A repletione quicunque fiunt morbi, evacuatio sanat. Et quicunque ab evacuatione, repletio. Et aliorum contrarietas sanat. Planè igitur constat morborum medelam ex contrarietate omninò pendere; quocirca cum remedia morbi speciem præcognitam æmulentur; causarum diagnostica præcipua sunt medelæ fundamentum: His enim semel perfectè indagatis remedii genus facilè nobis occurret.

(a) Ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰήματα. (b) Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή· καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

9no. Nec

2

9no. *Nec totius corporis vitia, citra partis cujusvis etiam vitium; neque partis cujusvis citra totius corporis vitia, omnino respicienda sunt;* quippe cum singulæ causæ remedium seorsim indicent, indicatio curatrix istis unis æquiparanda est; quæ propterea vel *simplex* vel *composita* jure merito censetur.

10mo. *Serio pensitandum est, num pars idiopathice ac essentialiter, an sympathicè laborat:* Quoniam enim pars idiopathicè laborans *morbi sedes* propriè nuncupetur, *sedi* remedia *veræ* admovenda sunt; nam *sedi* ejus *nothæ* seu *parti sympathicè affectæ*, ineptè medicamina prorsus admovemus.

11mo. *Morbo demum depulso, partis, quæ malè fuit affecta, tonus nativus quamprimum remediis idoneis instauretur:* Cum paragraphus autem hic sit ipsissimus quasi nonus; de eo, non habemus, quod ultra fari possumus.

Hoc demum adjicere liceat; senem divinum medicinæ artem compendiosè in duas partes jamdudum divisisse; cum in libro Περὶ Φύσων, ait, Ἰατρικὴ μὲν ἐστὶ πρόσθεσις καὶ Ἀφαίρεσις (additio & substractio;) quod redundat igitur, subtrahatur; cui autem adjiciendum est, modo deficiat: Hactenus *substractionem*, seu alio nomine, *evacuationes* paulo fusius explicuimus; jam superest, ut *additionem*, seu *alterantia specifica*, sive amica sive vulgaria sint, tandem etiam illustremus.

Eximius vir *Hollerius* additioni seu alterationi quinque conditiones, perinde quasi omninò necessarias, considerandas assignat; *movens*, *motum*, *terminum à quo*, *terminum ad quem*, & *tempus*; *per movens*, spiritus seu calorem; per *motum*, chylum ac sanguinem; per *terminum à quo*, cordis pulsationem; *per terminum ad quem*, regiones corporis superiores ac inferiores; per *tempus*, horarum numerum subaudit. Quoties igitur *movens* est aliquanto validius, necnon *motum*, eâ vel aliâ de causâ, remedio immutante plenius imbutum est; ac ubi demum *terminus à quo* celeriùs vibratur; *termini ad quos*, seu spatia percursa longè productiora erunt; ac *tempus*, alterationi idoneum, contractius erit: Seu ut clariùs alterationem capiatis, philosophiæ novæ nos paulisper accommodemus; vires igitur motrices,

vires impreſſas, materiæ quantitatem, ſpatia percurſa, celeritates, & momenta breviter expendamus: Cum noſtri tamen non ſit, extra propoſitum inepte divagari; *Johannis Keill mathematici inſigniſſimi lectionum phyſicarum paginas* 97 *&* 98 hac de re conſulatis; ubi aperte vobis demonſtravit, quod, $C \times A = M$ ſeu $C = \frac{M}{A}$ ſeu $A = \frac{M}{C}$. ſeu $S = C \times T$. ſeu $C = \frac{S}{T}$. ſeu $T = \frac{S}{C}$. ſeu $M = \frac{A \times S}{T}$. ſeu $M = A \times S$. ſeu quod celeritas ducta in materiæ quantitatem æquet *momentum*; ſeu celeritas æquat *momentum* diviſum per materiæ quantitatem; ſeu quod *materiæ quantitas* æquet momentum diviſum per celeritatem; at cum *ſpatium percurſum* expendendum ſit, *ſpatium* iſtud æquat celeritatem ductam in tempus; ſeu *celeritas* æquat ſpatium diviſum per tempus; ſeu *tempus* æquat ſpatium diviſum per celeritatem; demum *momentum* (cum de ſpatio percurſo ac tempore ſimul ſermo ſit) vel æquat quantitatem materiæ ductam in ſpatium, diviſa per tempus; vel (ſi tempus detur) *momentum* æquat materiæ quantitatem ductam in ſpatium. Quod ad *virium motricium* & *impreſſarum* vires conſulatis eundem authorem in problem. 2do theorem. 24ti; hinc eſt, quòd, notis ſingulorum viribus, alterationis menſura ac modulus facilè nobis innoteſcant. Nam quo numeris majoribus illorum ipſorum vires increbreſcere advertuntur, eò citius alteratio perficietùr; quo minoribus autem, eo lentiùs certè progredietur.

CAP.

Cap. I.

RESTAURANTIA.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Fragrar. ana. ℥iij. Epidem. Scord. Cinnam. h. ana ℥j. Marg. pp. ʒj. Sacch. Cryſtall. q. ſ. m. f. miſtura, *in languore ſpirituum exhibenda.*

℞ Juſcul. ℥xij. Vin. alb. Aq. Cinnam. ana ℥j. Vitell. ovor. n°. ij. m. f. juſculum reſtaurans ſorbendum, *in virium proſtratione.*

℞ Cocolat. ℥ij. Pulp. Citri fruſtulatim conciſ. ʒvj. Cinnam. ℥ß. Caryoph. Mac. ana ʒij. Cort. Citri conciſ. ℥iij. add. Conf. Alcherm. ℥ß. Sacch. ad Tabulat. coct. q. ſ. m. f. Rotulæ, ſ. cum Aquâ Succolada pitiſſanda, *in virium proſtratione.*

℞ Carn. Bubul. ex Lumbis exect. ℔iv. Medull. Bubul. ℔ß. Prunor. ℥iv. Paſſul. Sol. ℥ij. Medull. Arboris Lybic. (*Sago* dict.) ℥j. coq. in q. ſ. Aq. font. ad juſculum uſque conſummatum, addendo inter coctionem Mac. Caryoph. ana q. ſ. m. f. juſculum, *in languidis exhibendum.*

℞ Aq. font. ℔ij. Raſ. CC. ℥vj. ſtent in Balneo parumper; deinde coquantur per tres horas; colaturæ frigidæ add. Amygd. d. (in Aq. Roſar. excort.) ℥vj. Miſceantur in mortario; ſenſim affundendo Flor. Lact. ℔ij; iterum coquantur parumper; add. Sacch. albi refinat. q. ſ. Liquor coletur & ſervetur uſui. Vocabatur à Dominâ inſigniſſimâ, à cujus libro MS. huc tranſtulimus. *Flos Lactis Imperialis*, eſtque nutrimentum quam jucundiſſimum. *In Languidis.*

℞ Flor. Lact. ℔ij. coq^r. cum aromatis quibuſlibet, (Mac. vel Caryoph.) q. ſ. colatur. add. pollinis oryzæ Cochl. ij. Aq. Flor. Aurant. Coch. ij. Sacch. alb. opt. q. ſ. Dein coq^r. ad conſiſtentiam juſculi avenacei. Vocabatur *Flos Lactis oryzatus*, ſi cum Flore Lactis & Saccharo, vel Vino Saccharato comedatur, nutri-

mentum erit quam optatiſſimum, imò & quam gratiſſimum. *In Languidis.*

℞ Aq. Fontan. ℔j. in eâ calefactâ infundr. Cort. Limon. no. j. per horæ ſpatium; Colatur. add. Succ. Limon. no. ij. addendo interim, liquori calefacto, Vitell. ovor. bene conquaſſat. no. xij. M. edulcoretur. Capiat ex hoc ad libitum. Vocabatur, *Flos Lactis Limonatus*; eſt nutrimentum palato quam acceptiſſimum; valet tam in ijs, quorum ventriculi fermento ſuo nativo privantur, ſeu *in defectu fermenti ſtomachici*; quam ubi nutrimentum deeſt.

Hæc tria Præſcripta ab inſigniſſimæ cujuſdam Baroniſſæ codice popinali manuſcripto olim tranſtulimus.

℞ Juſcul. Vitulin. ℥xij. Vitell. ovor. no. ij. Vin. Hiſpanic. ℥ij. m. f. Enema nutritivum. *In Chyli Defectu.*

℞ Seri Canarin. ℥xij. Vitell. ovor. no. ij. Eſſent. Ambr. Gryſ. gtt. xij. m. f. Enema nutritivum. *In Nutrimenti Defectu.*

℞ Vin. Canarin. ℥iv. Sp. Salis gtt. vj. viij. x. m. *In Defectu Fermenti Stomachici.*

℞ Vin. alb. ℥iv. Elix. Vitriol. gtt. x. xv. m. *In Fermenti Stomachici Defectu.*

℞ Juſculi conſummat. ovin. ℥xij. Spir. Vitriol. gutt. x. m. *In Defectu Fermenti Stomachici.*

℞ Spir. Theriacal. ℥jß. Spir. Vitriol. gtt. iv. Sp. Sal. rectif. gutt. v. Elix. Proprietat. cum Acido fact. ʒj. m. Capiant in quovis vehiculo. *In Fermenti Stomachici Defectu.*

℞ Spir. Sal. Armon. Acid. ʒj. Ol. Menth. gutt. xx. Tinctur. Succin. ʒß. m. *In Defectu Fermenti Stomachici.*

℞ Elix. Proprietat. ʒß. Vin. Abſinthit. ℥iij. m. *In Bilis Defectu.*

℞ Sal. Volat. Oleos. ʒj. Elix. Propriet. ſine Acido ℥ij. m. Capiant. gutt. xx. in Vino. *In Bilis Defectu.*

℞ Tinctur. Abſinth. ℈ij. Elix. Propriet. ʒij. Ol. Mac. Chym. gtt. vj. m. *In Bilis Defectu.*

℞ Vin. Hiſpanic. ℥vj. Vitell. ovor. no. ij. Eſſent. Ambr. Gryſ. gtt. x. m. *In Seminis Defectu.*

℞ Lact. ℥iij. Succolad. ℥ß. Piper. ℈j. Sacch. Cryſtall. q. ſ. m. *In Seminis Defectu.*

℞ Gelatin.

℞ Gelatin. CC. ℥iij. Vin. Hispanic. ℥iv. Conf. Alcherm. ʒj. Tinct. Cantharid. gtt. x. Vitell. ovor. no. j. m. *In Seminis Defectu.*

℞ Lapid. osteocoll. ʒj. Syr. è Symphyto ℥ij. m. *In Calli Defectu.*

℞ Aloes Succotrin. Acaciæ ana ʒij. G. Tragacanth. (In Aq. Rosar. vel alia solut.) m. pro Topico. *In Callo generando.*

Huic Classi sequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi Aquæ Fœtidæ, Aromatica (Anethi, Angelicæ, Angelic. C. Anthus, Bezoartica, Bryon. C. Calaminth, Calendul. Caryoph. Chamæmel. Citri, Cœlestis, Cordial. Saxon. Epidem. Fœnicul. Galeg. Gentian. C. Absinth. mag. comp. Gilberti, Hormin. Hungaric. Imperial, Juniper. Lavendul. Lilior. convall. Limon. Majoran. Mariæ, Mirab. Naphæ, Ocimi, Pæon; & Pæon. C. Puleg. Rorismarin. Rof. damasc. alb. Rutæ, Sabinæ, Salviæ, Satureiæ, Scord. C. Serpylli, Stephani, Thymi, Flor. Tiliæ) simplices ad ℥ij. compositæ, ad ℥ß. *in Languore.* Aromatic. Caryophyllat. ℈j. *In Languore.* Aromaticum rosat. ad ℈j. *In Languore.* Condita Aromaticor. q. f. *In Languore.* Conf. Alcherm. ʒj. *In Languore.* Conf. de Hyacinth. ʒß. *In Languore.* Diacinnamom. ℈ij. *In Languore.* Diarrhodon Abbatis ʒß. *In Languore.* Elect. è Sassafr. ʒj. *In Languore.* Flor. Sal. Armon. gr. vj. Lætificans ad ℈ij. Olea Aromatica ad gutt. iij. iv. Pulvis Bezoardic. mag. ℈j. Pulv. Cardiac. mag. ℈j. Salia Volatilia ad gr. vj. Species Diamargarit. frig. ʒß. Species cordiales temperat. ad ʒß. Species Diambræ ℈j. ʒß. Species Diamosch. dulc. ℈j. ʒß. Species Dianthus ℈j. *Spiritus aromatici vel fœtidi Compositi* (Angelicæ, Anthûs, Aurant. Carui, Caryoph. Castor. Cinnam. Citri, Croci, Hormini, Juniper. Lavendul. Comp. Matthæi, Limon, Melissæ, Menthæ, Nucistæ, Salviæ) ad ʒj. iß. ij. *Spiritus* C. C. Cranii humani, Salis Armon. Urinæ, Castorei, Cinnamom. Croci, ʒß. j. Vinum Anthosat. ad ℥iv. Usquebach. ℥j. ij. Omnia hæc *in Languore* conducunt.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Aq. Cinnam. cardiac. ℥iv. *In Syncope.* Julap. perlat. ℥iij. *In Languoribus.* Julap. Vit. ℥vj. *In Languidis.* Spirit. Alkermes ℥ß. *In Languore.* Spirit. Ambræ gtt. vj. x. *In Languore.* Spirit. Embryon. ℥j ij. *In Spiritibus languidis.* Tabulæ Gryseæ ad ʒj. ij. *In Languore.* Emulsio Dactylorum ℔ß. pro Nutrimento; Elæosacchar. Cardiacum q. s. *ad Languores.* Elixir Vitæ ad ʒß. *In Languore.* Flos Cordialium seu Cardiacum magnum ʒß. *In Languore.* Rosa Solis ad ʒij. *In Languore.* Saccharum Ambaratum ad ʒß. *In Languore.* Tabulæ Diambræ ʒß. *In Languore.* Tincturæ Virginian. ʒj. ij. *In Languore Febris.* Caudela Amygdalina ℔ß. *ad vires reficiendas* in *puerperis Diarrhœâ Vexatis.* Caudela nenupharina ad ℔ß. *In nutriendo, ac fluxibus præcavendis.* Gelatina C. C. q. s. *In Languidis.* Jusculum Galli q. s. *In Languidis.*

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Caudela Cordialis ad ℔j. *ad nutriendum & Spiritus reficiendos.* Caudela restaurans. ℥vj. *ad Spiritus reficiendos.* Caudela restaurans 2. ℔ß. *In Spiritibus prostratis.* Cibus albus ℔j. *ad reficiendum in Tabe & Gonorrhœâ.* Decoct. Phthisic. ℥iv. ℥viij. cum Lactis tantundem, mane & vesperi. *Pro Chylo supplendo*, &c. Electuar. Analeptic. 1. ℥vj. *Pro Nutrimento.* Electuar. Analeptic. 2. ℥ß. *Pro Nutrimento.* Electuar. de Satyrio ʒiij. In Vino malvatico, Aphrodisiacum. *In Seminis Defectu.* Enema Confortans & Enem. Nutriens. *Pro Nutrimento.* Gelatin. Analeptic. q. s. *Pro Nutrimento.* Haustus Lacteus. *In Atrophia, pro Nutrimento.* Jusculum Cancror. fluviat. j. ℥xij. *Pro Nutrimento.* Jusculum Cancror. fluviatil. 2. ℥iv. *In Atrophiâ, pro Nutrimento.* Jusculum consummatum, ℥xx. *Pro Nutrimento.* Jusculum Galli q. s. *Pro Nutrimento.* Jusculum Phthisic. q. s. *Pro Nutrimento.* Julap. Alexiter. cochl. v. *Ad Spiritus resuscitandos.* Lapis Alexiterius ad ℈j. ʒß. *Ad Spiritus erigendos.* Pilulæ Camphoratæ ad no. iv. *In Spirituum Defectu.* Pulv. Alexipharmac. ℈j. *Ad Spiritus subsidentes erigendos.* Pulv. Epidem. ℈j. ij. *Ad Spiritus erigendos.* Pulv. Angelic. comp. ʒß. *Ad vires recreandas.* Tinctur. Alexiter. ʒj. ij. *Ad Spiritus*

ritus erigendos. Decoctum Antiloimic. Cochl. iij. iv. *In Spirituum Languore.* Elæosacchar. Cardiac. gr. xv. *Ad vires refocillandas.* Electuar. Cardiac. ℥ß. *Ad Spirituum Languorem.* Electuar. magnum, ad ʒj. ij. *Ad Spirituum Languores.* Electuar. Stomachic. ʒj. ij. *Ad Spirituum Languores.* Electuar. è zz. ʒj. ij. *Ad calorem nativum sustinendum.* Elixir Cinnamom. gtt. xv. 20. *Ad Spiritus refocillandos.* Elixir Garyophyllaceum ad gtt. xv. xx. in Vino. *In Spirituum Languore.* Elixir Stomachicum ad gtt. xv. xx. *In Languore.* Elixir Volatile, gtt. xx. *In Languore.* Emulsio cordialis ad cochl. ij. iij. *In Spirituum Languore.* Enema confortans *ad Spiritus vacillantes sublevandos.* Essentia Cordialis Hysterica, ad gtt. iij. *Ad Languores.* Haustus Cardiacus. *Ad Spirituum Deliquium.* Haustus Consolans. *In Spiritibus Lapsis.* Julapium aureum ad ℥ij. *In Languore.* Julap. Caryophyllat. ℥j. ij. *Ad Spiritus refocillandos.* Julap. Cordial. Cochl. iv. *In Languoribus.* Julap. Crocat. ℥ij. *In Languore.* Julap. Idæum. ad ℥ij. *In Languore.* Julap. Moschat. ℥ij. *In Languore.* Julap. Perlat. Cordial. Cochl. v. *In Languoribus.* Mistur. Aurea ad Cochl. j. *Ad restaurandas vires.* Mistura Cardiac. j. & ij. mist. Cochl. v. *In Languore.* Mistura Cardiac. Oleos. ad Cochl. iij. *In Languoribus.* Mistur. Consolans ad ℥ij. *In Languoribus prægnantium.* Pil. Syncopal. nº. v. *In Languoribus.* Pil. Volat. nº. v. *In Languoribus.* Pil. Volat. Oleos. nº. v. *In Languoribus Spirituum.* Pulv. Ambræ comp. ℈j. *In Syncope.* Tabulæ Cardiacæ ʒj. *In Languoribus.* Tinctur. Aromat. gtt. xx. *In Languore Spirituum.* Vin. Mirabil. ℥iij *In Spirituum Languore.* Electuarium Camphoratum ad ʒj. *In Languore Hystericarum.* Julap. Camphorat. ℥ij. iij. *In Languoribus Hystericis.* Julap. de Castoreo ad Cochl. v. (cum. Sp. Sal. Armon. gtt. x.) *In Languoribus Hystericis.* Julap. perlat. Hysteric. ℥iiß. *In Languore Hysterico.* Mistura Paralytica ad gtt. xxx. *Ad Spirituum Languores.* Pilul. Splenetic. 1. ℈j. *Ad Languores Hypochondriacos.* Pilul. Splenetic. 2. nº. *Ad Languores Hychondriacos.* Tinctur. Epileptic. ℈j. ʒj. *Ad Languores Hystericos.* Trochisc. Apoplectic. ʒj. *In Spirituum Languore:* Trochisci Moschati ad ʒj. *In Languore.* Vinum

num Stomachic. ℥iv. *Ad Languores.* Electuar. Acid. ʒj. *In Defectu Fermenti Stomachici.* Elect. Spirituos. ʒß. *In Spirituum Languore.* Mistur. Alcalisat. ℥ij. *In Languore.* Mistur. Aromatic. gtt. xxx. *Ad Spiritus recreandos.* Mistura Stomachic. gtt. 40. *In Defectu Fermenti Stomachici.* Pulv. Majoran. gr. xv. *Ad Spiritus exsuscitandos.* Pulv. de N. M. comp. ʒj. *Ad Spiritus confortandos.* Pulv. Sinap. comp. ʒß. *Ad Spiritus confortandos & exsuscitandos.* Pulv. Tartari comp. ʒj. *Ad Fermentum ventriculi restaurandum.* Spiritus Carui ad ℥ij. *In Languore.* Tinctur. Stomachic. ℥j. *In Languore.*

Externa, Cataplasma Theriacale. *Ad Spiritûs distributionem restituendam.* Emplastrum ad Languores. *Ad Languores Hystericos.* Sacculus Aromaticus. *Ad Spiritus vel calorem naturalem, resuscitandos.* Unguentum Cordiale. *Ad Spiritus refocillandos.*

Quantum ad remedia, quæ etiamsi particulis salino-volatilibus oleosisque omnino vacent; nihilo secius spiritus refocillare censentur; ejusmodi à capitulo hoc penitus exulent; quippe cum ea sint partium tenuium fermè exortia, quo pacto fieri potest, ut spiritus, quorum omnifariam sunt vacua, laborantibus suppeditare queant? Quid est, cur bolus armena, emulsiones seminum frigidorum, succus lujulæ, sal prunellæ, spiritus salis seu sulphuris cæterive spiritus acidi, radices acetosæ, electuarium acidum *Fulleri*, miva boraginis *Batæi*, atque alia medicamenta, ultra quam credibile est, in cardiacorum numerum digeruntur? Non utique quoniam spirituum manipulos laborantibus adjiciunt, sed quia sanguinis luctam refringendo, spirituum fugam interdicunt; inde est, quòd primariò inter refrigerantia, ac incrassantia, scilicet inter aquea, acida, astringentia, mucosa, glutinosaque annumerari debeant; secundariò vero inter cardiacorum tribum recenseantur: Quandoquidemnon per ὁμοιότητα, sed ἐναντιότητα effectus sortiuntur suos; hoc igitur lectoribus nostris seriò inculcamus, ut caveant, ne ipsimet improperiis in re usque eo gravi deludantur, ut vitæ laborantium exinde in discrimine versentur. Quicquid de cardiacis protulimus, id omne de *reficientibus*, de *prolificis* cæterisque effamur; cum remedium

remedium ſtrictè *contrarium* vice medicamenti diſtinctè *ſimilis* promiſcuè propinare, error eſſet remiſſionis prorsùs incapax: Medicorum igitur eſt, ſpecifica contraria an ſimilia propinentur, ſedulò inveſtigare.

SCHOLIA.

Quamquam authores medici ſpecifica inveſtigare ſtudii plurimum uſque adhuc impenderunt; nihilo tamen ſecius ſpecifica hoc in capite memorata perfunctoriè ſolùm etiamnum libârunt; neque penſum iſtud ritè unquam conficient medici, niſi ſecretorum humorum indolem ad amuſſim, vel per analyſin vel experientiam, calleant ii: Hinc eſt, quòd, cum *morbì cauſa* ſit propriè *privativa*, ſpecifica hujuſmodi in uſum neceſſariò trahi debeant: Siquis v. g. rem cum uxore ſuâ habere nequeat; remediumque petat à medico; quandoquidem variæ hujus impotentiæ cauſæ eſſe poterint; medici eſt ſerio rimari, quænam ex iſtâ cauſarum varietate jam minus habilem affligit; ubi paralyſi enim ulli afficiuntur, nec muſculi penis erectores neque acceleratores ita tendi queunt, ut ſanguinis è corpore cavernoſo refluxum parumper cohibere poſſint; remediis antiparalyticis prius tractandi quam potentes evadent; at morbis vel ſenio confecti, quamvis aliàs ſani, œſtro quanquam venereo perciti, nec tamen emiſſionis capaces, non ſunt hi medicamentis irritantibus ac ſtimulantibus omninò fatigandi; quoniam per appetitum eorum venereum ſat elucet, iſtiuſmodi non tam acribus ſtimulandos, quam reficientibus ſuppeditandos eſſe; cum ſanguis eorum ſalibus pungentibus, non autem chyli quantitate ſat uberi repleri ex hoc pateat, quòd appetitu gaudeant, actis verò venereis omninò excidant: *Quamobrem* modò iſti parumper ſaginati fuerint; ex emortuis ſtrenui ſtatim evadent: *Paralytici* jam immutantibus ſanguinis vitia, languidi autem reficientibus ſanantur; his per ſimilia, illis per contraria medemur: Hoc igitur in loco methodum *per ſimilia ſanandi* aperimus. Quî vero methodus hæc aliquatenus *contraria* quoque cenſeatur, conſulatis libelli noſtri, *Euodia* dicti editionis primæ paginas 61 & 62; at editionis 2dæ paginas, 64, 65, 66.

Qui-

Quicunque igitur impotentiam virilem à *seminis defectu* oriri experiuntur; ij serio perpendant, ex quibus particulis semen consistere reputatur; in quâ re *quantitas* ac *qualitas* ipsius tantummodo à nobis excutienda sunt: Ipsius quantitas suppeditari nequit, nisi particulæ quam maximæ *balsamicæ* ubertim propinentur; neque particulæ ipsius *irritativæ* præstò erunt, nisi salia volatilia seu plantæ volatiles exhibeantur: Quocirca quoties remedia *prolifica* administrare animus nobis est, inquirendum est, num seminis pars *mucosa*, an *irritativa*, an ambo simul desint? Quoniam his non cognitis adjectio idonea erit alioquin impossibilis; cum salia in senibus, chylum in juvenibus impotentibus, ingurgitare, ineptum fermè esset; quinimo ii, qui chylum ac nutrimentum balsamicum senibus, salia vero junioribus exhibent, prudentèr, huic consilio palmam dando, agunt.

Anorexiâ quamplurimas adeò laborâsse novimus, ut ne vel minimum aut victûs aut remedii ventriculus eorum ferre poterit; quin ista statim evomuerint: Qui, fermentum tamen ventrale unicum instaurando, extemplo reconvaluerunt. Anicula quædam spiritum vini, vel vinum ipsum copiosè aliquandiu ingurgitaverat, ita ut non solum ventriculi fermentum abluisset, sed fibras etiam ejus quadantenus adussisset; ex quò fiebat, ut assumpta illicò revomuerit; medici accersiti remedia stomachica *amara*, vel per anni dimidium, variis in formulis illi exhibuerunt; quid fit? Cùm remediis fatigata, senio confecta, cibos aversata, nutrimento omnimodo vacua fuerit, parum abfuit, quin ista confestim in tumulum exinde præceps daretur: Quia tamen consilio nostro attentè auscultaverat, spirituosis omnino valedixit, rus petiit, nutrimentum tenue sorbillavit, stomachica idonea, quæ fermentum ventriculi instaurarent, sumpsit: Atque ita valetudinem firmam tantum non statim recollegit; ac jam nunc vitæ muneribus tàm strenuè fungitur, ut illam, vel in ævum adhuc vitam protracturam, fere suspicari fas sit.

Morbo quovis aliquandiu protracto, *spirituum languor* morbo huic itidem superinjici solet; qui remedia spiritus eodem tempore vacillantes refocillantia perinde ac alterantia præ morbo primùm affligente, requirit; quocirca

quocirca ni indicationis etiam vitalis, licet causæ privativæ, cardiaca ac reficientia simul exhibendo, rationem habeamus; quid morbum, cum ægrotus nihilo secius animum efflaturus sit, auferre moliamur? Invalescente enim languore, quid, etiamsi morbus evanesceret, iis proderit? hinc enim fieret, ut morbo primario extincto licet, languore unò laborantes perirent; ita ut ne languor neu morbus omninò posthabendi sint, quin isti unà auferri debeant.

Simili ferè modo, nonnulli, præ fibrarum ventriculi laxitate, cibum solidum coquere nequeunt; neque hujusmodi marasmum facilè effugiunt, nisi victus tenuis ac facilis coctu, eis sedulò propinetur; hinc est, quod vel sorbilia vel potabilia devorare debeant; atque hinc etiam est, quod *Hippocrates aphor.* 11. *sect.* 1. hæc habeat, Λιμὸν Θώρηξις λύει; tale autem nutrimentum chyli indoli ita accedere debet, ut tantum non statim in chylum ac sanguinem immutetur; veluti enim vinum liquor est defæcatus, uti tenue est, ac tandem siquidem sanguini consimillimum est; ita motui intestinorum vermiculari facile cedit, ac in sanguinem confestim urgetur; ex quo fit, ut nutrientia ejusmodi commodùm ventriculo committantur, cum spiritus ipsosmet reficiant.

In hepate perinde est, ut bilis aliquoties desit; hoc in casu *amara* bilis vices quam optimè gerunt; cum sint ejusdem planè genii, cum pituitam inertem nimis acuant, cum glandularum hepaticarum obstructiones summoveant, cum tandem coctionem apprimè evehant; atque adeò bilis facultates, in hujusmodi specie, quam perfectissimè æmulentur.

Corollarium.

Mixtura Hysterica Lactea.

℞ Gumm. Ammon. ℈ij. Galban. ℈j. dissolv. in Aq. Ceras. n. ℥vj. m. f. mixtura, de quâ capiat Cochl. j. manè quotidiè, & in Paroxysmis.

OBSER-

OBSERVATIONES.

In Medicamentis fœtidis, seú in paroxysmo sive extra eum, passioni utique hystericæ opitulandi facultas inest; quo autem artificio hoc eveniret, paucis exponere nobis copiam, si placet, faciatis. Fœtida ex sale volatili ac oleo, analysi chymicâ, constare reperiuntur; quæ duo principia activa, cùm tam massam quam spiritus alacriter circumire cogant, motum progressivum mirum in modum adurgent; quoniam etiam spiritus sunt corpora minima quam subtilissima, fœtida eos optime suppeditant: His ita prælibatis, [illegible] par est, quòd quoties ii lentiùs, quam decet, [illegible] pelluntur, vel quoties muneribus vitæ [illegible]unt; non fieri potest, quin motus eorum [illegible]tus quamplurimum exhinc interpelletur; utp[illegible] partes aliæ spirituum turmâ nimium affluant, dum aliæ verò è contrariò penuriâ conficiantur: Inde est, quod musculi seu nervi, qui eorum copiâ laborant, contractiores fiant; qui verò inopiâ cadunt, productiores sint: Sat igitur vobis elucere arbitramur, quî fit, ut aut convulsiones aut paralyses, pro contractionis vel relaxationis more, ponè subeant: Quandoquidem verò mulieres hystericæ spirituum inopiâ ferè laborant, contractiones; quasi uspiam cadentes, quoniam spirituum influxui anomalo ortum debent, paralyses censendæ sunt: Quocirca, fœtida exhibendo, motum instauramus, languidas vitâ donamus, ac paroxysmos tam infestantes quam infestaturos in posterum anticipamus.

Emplastrum umbilicale.

℞ Emplast. Stomach. magistral. Galban. colat. ana. p. æ. m. f. Emplastrum toti abdomini applicandum.

OBSERVATIONES.

Perpauci modum, quî emplastra admota munus suum pertexunt, perspicuè etiamnum explicuerunt: Quamplurima certè ne vel hilum cuivis prosunt; quoties utique è particulis salinis, vel oleoso-volatilibus constant, toties eæ poros introductorios facilè subire solent; ac proindè ad nervorum extrema vectæ, sive in abdomine

sive

ſive alibi locentur, tam vigorem iſtis impertiunt, quàm convulſiones apparentes tollunt; atque adeò mulieribus hyſtericis opem ferunt; cum cætera verò non altiùs fibris circumpoſitis penetrant, uti fuſius infra dicetur.

Aqua Hyſterica.

℞ Aq. Ceraſor. n. ℔ß. Pæon. comp. ℥ij. Spir. Ceraſ. n. ℥ß. Sacchar. parum. m. f. Julapium, cujus capiat Cochl. iij. vel iv.

OBSERVATIONES.

Cùm hæc miſtura apud virum eximium in uſum frequentiùs traheretur, vehiculi vices geſſit; ſpiritus pigrè circumactos extimulat, vires proſtratas ac labefactas erigit, necnon motus anomalos exinde refrænat. Muliebus hyſtericis ſomnum conciliat; ſomnus enim hyſtericis imò vel cuivis raro unquam ingruit, niſi quum ſpiritus ac ſanguis imperturbatè ac ordine circumaguntur; quoties autem angores, ab animi pathematibus, oriundi, ſpiritus evaporant; toties noctes inſomnes omnino degunt iſtiuſmodi; quod ſi medicamina volatilia propinemus, perinde ſpiritus alacriter circumpellimus quam eos ſartos tectos conſervamus, ac haud multo poſt ſomnus, diu ac multum deſideratus, ponè ſubibit.

Miſtura Cordialis.

℞ Sal. Volat. Oleoſ. ʒij. Tinctur. Croc. Caſtor. ana ʒj. m. Capiat gutt. xv. vel xx. alternis horis, in hauſtulo *Julapii vulgaris.*

OBSERVATIONES.

Deliquiis cujuſvis ſpeciei ſubſidio venit miſtura hæc; ſpiritus enim quam maximè refocillat; quotus enim quiſque eſt, qui ſpirituum indolem intimam etiam dum nobis patefecit? hinc fit, ut eorum textura non niſi *à poſteriori* ſeu ab effectibus unquam detectum fuerit; ſiquidem igitur medicamenta è particulis volatilibus ac oleoſis conſtantia, eos invigorant; palam eſt eorum genium particulis oleoſo-volatilibus conſimilem eſſe; atque hinc fit, ut ejuſmodi ſpiritus laborantibus adjiciant.

Medicamentorum cardiacorum volatilium efficacia adeò fugax eſt, ut ſæpius, modo deliquia pedem iteratò referant, repetenda ſint: Hinc autem elucet, cur ſyncopes cauſa primaria adeò medicis curæ eſſe debet; cùm deliquiis per ſpirituoſa una occurratur, cùm eorum tamen cauſæ, primùm ægrotis incumbenti, remedia longè diverſa ſubindè ſubſidio veniant: Spirituum inopiâ febricitantem laborare nobiſmet fingamus; ita erit, ut ſpiritus identidem causâ, febre nimirum, non ſublatâ, aufugiant; quos adeò ſuppeditare debemus, ut febris non exinde magis increbreſcat; quinimo deliquia perinde remedium quam febris oſtendunt; nec igitur nitroſa, aquea, lactea, vel ſimilia febris ſpeciei accommodata magis conducunt, quam cardiaca deliquiis; nec vice verſâ, cardiaca febrifugis magis neceſſaria ſunt; cæterùm, utraque conjunctim, pro indicationis urgentiâ, exhibenda ſunt; ita tamen propinentur, ut alterum alteri impedimento non ſit: Quod ſi ſpiritus muneribus ſuis propterea deſint, quòd ſanguis ſit lentus, viſcidus ac pituitoſus, utpote qui vel præ vapiditate ſit eorundem expers, vel præ lentore haud facile cerebri corticem ſubire cernatur, tum medicamenta volatilia, non ſpiritus tantum adjiciunt, ſed ſanguinem etiam immutant; hinc autem fit, ut perinde intemperiei repugnent, quàm ſpiritus gratificentur; ut, adhæc, hoc in caſu, modo agant prorſus compoſito, tam ſanguinis vitium mutando, quam ſpiritus ſuppeditando: Lectores autem hic monendi ſunt, ut his unis non ita fidant, ut alia remedia, quorum efficacia in ſanguine diutius diverſari ſolet, poſthabeantur; quinimo *amara*, ac martiata ſub idem exhibeantur tempus; primùm, quia fugam non tam citò quam volatilia parant; deinde acido quam maximè adverſantur; ſiquidem enim amara è ſale fixo, alcalino, maximam partem conſtare reperiuntur; quoniam etiam ſal fixum unumquodque luctam cum acidis inire cernitur; cùm *pituita* ſit ſanguinis pars aquea, ſulphureæ per acida adunata; acido per amara vel ſalia fixa everſo; ſanguis fit exinde confeſtim tenuior, ac circumagendo aptior: *Martiata*, non per particulas ſuas ſulphureas modò agunt, verum per pondus ſuum etiam vires ſuas exerunt: Hinc eſt, quòd, ſi-

ve

ve medicamenta volatilia five ponderofa exhibeamus, momenta poterunt effe paria, dummodo aucto pondere velocitas minuatur; vel auctâ velocitate aliquid è pondere detrahamus.

Emplaſtrum Suppedale.

℞ Emplaftri Cephalic. cum Euphorb. q. f. Emplaftrum totis pedibus applicandum.

OBSERVATIONES.

Emplaftra apud majores noftros magni fanè æftimabantur; jam verò parvi quinimo nullius ferè, momenti putantur; cæterum utrobique erratur; quoties enim emplaftra aftrictoria eò admoventur, ut partium longè diffitarum dolores leniant, toties ineptè agimus; quod fi partibus volatilibus vel oleofis abundè referciantur, varios pro morbi fede fortientur effectus: Hinc eft, quod emplaftrum hoc pedum plantis in delirantibus admoveri foleat; cùm, brevi, ex calore aucto necnon pulfu invigorato partes ipfius tenuiores ac magis activas fe in fanguinem infinuâffe palam fiat. Humores à capite derivant; cum enim plantæ fæpiufculè madore perfundantur, quinimo cum veficulas aliquoties excitare foleant, figna hæc funt apodictica irritationis infignis.

Emplaſtrum fœtidum.

℞ Emplaftr. Oxycroc. Gum. Galban. Emplaftr. Cephalic. ana p. æ. f. Emplaftrum totis pedibus applicandum.

OBSERVATIONES.

Emplaftrum hoc ægrotantibus fermè fubfidio venit, quòd quà fanguinis maffam ultro citróque concitet, quà fibras irritando, humorum Ῥοπὴν ad partem ftimulatam copiofiùs accerfat: Hincque eft, quòd in deliriis fimplicibus febrium comitibus magno fint laborantibus ufui.

Pilulæ Hyſtericæ.

℞ Gum. Ammon. ℈ij. Galban. ℈j. m. f. pil. minores; quarum capiat ij. urgente Dyfpnœâ, fuperbibendo Cochl. iij. Aq. Ceraf. nig. cum Sacchari pauxillo edulcorat.

OBSERVATIONES.

Quotusquisque *mixturam hystericam lacteam* suprà nominatam consulet, is non potest non certior fieri, quam parum pilulæ hæ ab istâ misturâ diffideant.

Spiritus Anticonvulsivus.

℞ Sal. Armon. Gum. Galban. extract. ℥j. naribus admoveatur in paroxysmis.

OBSERVATIONES.

In paroxysmis hystericis vel deliquiis, spiritus, aut quod fugam capessant, aut quod ad eorum generationem ineptus sit sanguis, desunt: Siquando symptomata hæc à spirituum penuriâ eventuali, seu causâ evidenti prognatâ, initium faciant, periculo ferè vacant; quod si eorum penus idcirco subtrahatur, quòd sanguis, præ intemperie, illos suppeditare nequeat, vix aut nullo modo vires postmodùm recolligunt: Quoniam hi morte præmaturâ ferè corripiuntur, illi verò illicò reviviscunt; his externa parum prosunt, illis verò ideò statim præstò sunt, quia papillas narium nervosas percellunt, motum denuo undulatorium seu oscillatorium istis impertiunt, adeò ut tam integrum nervorum systema, quam meninges sese corrugent, ac efficaciter spiritus in cerebri cortice defixos urgeant; inde erit, quòd cor rursum micare trahant, sanguinisque motum progressivum, tantum non evanidum, tantoperè redintegrent, ut sopiti ac somno sepulti resuscitentur. Deliquia hæc patientibus hystericis necnon convulsivis frequentius obtingunt; cum spiritus enim eorum flatuosi seu tenuiores sint, partes extremas quavis de causâ, vel levissimâ, concitatius aliquantò invisunt; ex eo, quod tam fibris sensilibus valdè quam spiritibus agilibus gaudeant, adeò ut *plantæ sensitivæ* instar, affrictu vel lenissimo laborantes hujusmodi contrahantur: Flatus enim in coli angustum conclusus, motus seu exercitium, ultra quam par est, obita, animi pathemata instigata, & similia, spiritus ita incitant, ut ii cerebri pomœria cum impetu quodam transiliant; quocirca *spiritus* hic *anticonvulsivus*, vel alius sibi consimilis, naribus admotus, cùm membranam

membranam pituitariam tum papillas nervosas ibidem sitas tam validè irritat, ut perinde humores, præ membranarum oscillatione, circumagat, atque secretionem renovet; quinimo hunc in modum suppetiæ novæ cerebro statim afferuntur: Artificium hoc, quo spiritus ita suppeditantur, à recentioribus quibusdam per metaphoram *Flagellationis* nomen haud impropriè promeruit; quando ij præ vecordiâ suâ, torpidâ nimirum, adeò gradum sistunt, ut muneribus suis parumper prorsus desint; atque hâc de causâ in tripudium quasi solitum per effluvia pungentia rursum vapulent.

CAP. II.

ATTENVANTIA.

℞ Cinnab. factit. ℥j. Cer. ℥viij. Ol. Succin. ʒß Ol. Tereb. ℥iß. m. f. Emplastrum. *Pro Nodo.*

℞ Vin. alb. ℥iv. Spirit. Absinth. gutt. vj. m. f. mistura capienda. *In Nauseâ.*

℞ Conserv. Fumar. ʒß. Sal. Absinth. ℈j. Syr. Mart. q. s. m. f. Bolus. *In Hepate obstructo.*

℞ Staphid. agr. ʒiß. Ol. Petrol. ʒij. Butyr. Salit. q. s. m. f. Linimentum capiti vel inguinibus illinendum. *In pediculis capitis, vel etiam cancrinis.*

℞ Summit. Majoran. Abrotan. ana m. ß. Rut. Hyssop. Rorismarin. ana p. vj. Baccar. Laur. Juniper. ana ℥j. Incis. & contus. coq. in lixivio, m. f. fotus. *In Pneumatocele, Phymosi, Paraphymosi.*

℞ Aq. Rut. ℥iij. Spir. Vin. ℥j. Sal. Armon. ʒß. Cinnab. Antimon. ℈j. m. f. mistura pro Topico. *In Podagrâ.*

℞ Decoct. Amar. alterant. ℥xij. Vin. Chalybeat. ℥iv. m. capt. ℥iv. *In Arthritide Anomalâ* (ubi sc. retrocesserit.)

℞ Vin. Hispan. ℥iv. Ol. Tartar. per deliq. ℈j. m. f. mistura sumenda. *In Malaciâ, Picâ.*

℞ Pulv. Rad. Ari ʒij. Syr. Balsam. q. s. m. f. Linctus. *In Raucedine à Pituitosis Humoribus.*

℞ Milleped. viv. contus. n°. xx. Seri Lact. Canarin. ℥v. Elix. Propriet. ℈j. m. f. expressio. *In Rachitide.*

℞ Gentian. ʒj. Theriac. Androm. ʒß. Syr. Caryoph. q. s. m. f. Bolus. *In Hydrophobiâ.*

℞ Aq. Theriacal. ℥iiij. Theriac. Diatessar. ℈ij. m. f. mistura. *In Hydrophobiâ.*

℞ Allii. Rut. ana q. s. tusis in mortario add. Sal. culinar. q. s. m. f. Cataplasma supra partem morsam admovendum. *In Hydrophobiâ.*

℞ Aq. Fumar. ℥j. Tinct. Antimon. ℈j. Syr. Mart. ℥j. m. f. mistura capienda. *In Scabie.*

℞ Rad. Gladiol. lut. ʒß. coqr. in lacte, edulcoretur, m. f. Haustus, quem capiant à cane rabido morsi, per 7 dies. *In Hydropdobiâ.*

℞ Rad. Gladiol. pulv. ʒß. Syr. violar, q. s. m. f. Bolus capiendus per mensem. *In Scrophulâ.*

℞ Aq. Puleg. ℥ij. Rut. ℥ijß. Pæon. comp. ℥j. Syr. è Succo Puleg. ℥ij. m. f. mistura sumenda cochleatim. *In Pertussi, seu Tussi convulsivâ Infantum.*

℞ Storac. optim. ʒß. Ambr. grys. gr. iij. m. f. Pilulæ mediocres. *In Tussi contumaci.* Pilulas è Styrace liquidâ cum pulvere Glycyrrhizæ factas in Tussi diuturnâ, à tractatione malâ inductâ, efficaces nuper novimus.

℞ Piper. Zinzib. ana ʒj. Sal. Gemm. commun. ana ℈ij. Origan. Calaminth. Rad. Ireos. Hermodactyl. ana ʒß. Mastich. ℈j. m. f. Pulvis sæpius inspergendus. *In Ranulâ Linguæ.*

℞ Sal Lupinor. ℈ßj. Capiant in Vini albi ℥iv. *In Ischuriâ.*

℞ Lixivij. Sarmentor. vitis, cum origan. Chamom. Puleg. Calaminth. in Vino coct. *In Pedum Inflatione.*

℞ Alb. Græc. cum Ciner. Nid. Hirundin. ana q. s. cum Melle m. f. Cataplasma. *Ad Anginam resolvendum.*

℞ Conf. Cochlear. ℥j. Cort. aurant. Enul. Campan. condit. ana ℥ß. Zinzib. condit. ʒj. Elix. Proprietat. ʒj.

Tinct.

Tinct. Cinnam. Succin. ana ʒß. m. f. Electuarium. *In Anorexiâ.*

℞ Cinnab. nativ. gr. vj. Gum Guaiac. ℈ß. Syr. Caryoph. q. s. m. f. Bolus, bis in die repetendus. *In Doloribus Rheumaticis.*

℞ Theriac. veter. ℥ß. Succ. Cepar. ʒß. Sterc. Columb. ℥ijß. Sal. commun. ʒij. Pulv. Rut. Scord. ana. ℥ß. Aq. Vitæ q. s. m. f. Cataplasma. *In Vulnere veneno∫o.*

℞ Rasur. Lign. Guaiac. ℥jß. Sassafr. ℥j. Cort. Tamarisc. ʒvj. Rad. Enul. Camp. ℥jß. Fol. Eupator. m. ij. Centaur. min. m. ß. Sem. Nasturt. Dauc. Anis. ana ʒj. Coq. lento igne in Aq. font. Colatur. add. Sp. Vol. Oleos. ʒiß. Sal. Card. bened. ʒij. Syr. è Succ. Heder. terrest. q. s. m. f. Apozema. *In Asthmate humido.*

℞ Pulv. Sem. Sinap. Sulph. viv. ana ʒß. Tereb. è Chio. q. s. m. f. Bol. no. ij. *In Asthmate humido.*

℞ Mercur. viv. ℈j. Cons. flor. Anthûs ʒj. Tinct. Succin. gutt. x. f. m. Bolus. *In Partu difficili.*

℞ Rad. Fœnic. Petroselin. ana ℥ij. Rad. Enul. ℔ß. Fol. Calaminth. Scabios. Hyssop. Adianth. Marrub. alb. ana m. j. Aristol. rot. ℥j. Ireos. ℥ß. Sem. Urtic. Nasturt. ana ℥ß. Spic. Nard. ʒij. Bacca. Laur. ℥iv. Nigell. Roman. ℥ß. macerentur in Vin. alb. Cong. j. digerantur, destillentur. Dos. ℥iij. mane. *In Asthmate humido.*

℞ Aq. Hyssop. Menth. Fœnic. ana ℥j. Tinct. Propriet. ʒß. Syr. de Nicotian. ℥ß. m. f. mistura cochleatim sumenda. *In Asthmate humido.*

℞ Cepar. crud. no. ij. Sal. culinar. ʒij. terantur in mortario, admoveantur *Parti ambustæ, ubi Gradus Ambustionis secundus, seu Inflammatio adest.*

℞ Sp. Vin. Camphorat. Tinct. Myrrh. ana p. æ & q. s. m. f. mistura. *Pro Parte ambustâ in secundo Gradu.*

℞ Aq. Cinnam. ℥j. Meliss. ℥ij. Tinct. croc. gutt. xv. Ol. Succin. gutt. v. Borac. Venet. ℈j. Sacch. alb. q. s. m. f. mistura. *In Molâ.*

℞ Borac. Castor. Myrrh. ana ℈j. Sal. Vol. Succin. gr. vj. m. pro duab. Dosibus, capiant in Aq. Cinnam. ℥j. *In Molâ.*

℞ G. Galban. Ammon. ana ℥j. M. P. Aloephang. gr. x. Ol. Succin. q. s. m. f. Pessus. *Pro Molâ.*

℞ Scoriar. Antim. q. s. injiciantur super carbones pro suffitu. *In Molâ.*

℞ Sabin. Artemis. ana ℥vj. Myrrh. Sagapen. ana ℈ij. Castor. ℈j. m. pro suffitu. *In Molâ.*

℞ Rad. Pæon. ℥j. Helen. ℥ß. Fol. Betonic. Meliss. Salv. Rorismar. ana m. j. Flor. Leucoij. lutei. Lilior. Conv. Anthûs a. p. ij. Primul. veris p. j. Stœchad. Arabic. ʒj. Lign. Aloes ʒj. Cinnam. ʒjß. secentur, sacculo insuantur, infund. in Vin. alb. ℔vj. Capiant haustulum horis medicis. *In Cephalalgiâ frigidâ.*

℞ Ol. N. M. Chymic. ʒj. Bals. Apoplect. Lucatell. ana ℥ß. M. admoveantur cum Chartâ bibulâ. *In Cephalalgiâ frigidâ.*

℞ Flor. Chamom. Anthûs Fol. Betonic. Majoran. N. M. Mac. Caryoph. Ambr. grys. Mosch. ana q. v. m. Pro Pileolo seu Cucuphâ. *In Cephalalgiâ frigidâ.*

℞ Pulv. Zedoar. ʒj. Aq. Sambuc. ℥ij. Aq. Regin. Hungar. ℥j. m. pro Epithemate. *In Cephalalgiâ frigidâ.*

℞ Succ. Sabin. ℥ij. Vin. alb. ℥iij. Borac. Venet. ʒj. Sacch. alb. q. s. m. *In Partu difficili.*

℞ Piper. Euphorb. Pyreth. Calam. arom. ana ʒjß. Ol. Succin, cum Ceræ q. s. m. f. Linimentum pro Cervice ungendo. *In Lethargo.*

℞ Satureiæ totius m. j. coq. in Vino, instilletur Auribus & occipiti. *In Lethargo.*

℞ Aq. Cinnam. h. ℥ij. Sp. Anis. ℥ß. m. *In Singultu.*

℞ Euphrag. ℥ß. Cinnam. Zinzib. ana ʒij. Cardamon. Cubebar. ana ℥ß. Sem. Fœnic. ʒij. Sacch. Cand. ℥jß. m. f. Tragæa, *Pro Catarrho.*

℞ Vin. Chalybeat. ℥iv. Sal. Satyr. ℈ß. m. capiant sæpius. *In Sterilitate.*

℞ Cort. Aurant. exter. ʒvj. Calam. aromat. Galang. Bacc. Laur. ana ʒj. Cinnam. Cymin. ana ʒjß. m. f. Pulvis, Dosis ʒj. *In Colicâ.*

℞ Cort. Peruv. opt. subtiliter Pulv. ʒj. Syr. Caryoph. q. s. m. f. Bolus quâque horâ quartâ sumendus. *In Intermissionibus vel Remissionibus Febris* repetendus.

℞ Decoct. Cort. Peruv. ℥jv. Syr. Caryoph. ℥ß. m. f. Haustus. *In Intermissione vel Remissione Febris.*

℞ Flor. Chamom. ℥ß. N. M. gr. v. Sacch. Crystal. ʒj. m. f. Pulv. pro unicâ Dosi. *In Febre intermittente.*

℞ Sal

℞ Sal Abſinth. ʒj. Elix. Prop. ℈j. Vin. alb. ℥iij. m. f. Hauſtus. *In Febre intermittente.*

℞ Pulv. Rad. Serpentar. Virgin. gr. xv. ℈j. Confect. Alcherm. ʒj. m. f. Bolus. *In Febre continuâ.*

℞ Camphor. gr. iv. Pulv. Rad. Serpent. Virg. gr. x. Confect. Alcherm. ʒj. m. f. Bolus. *In Febre malignâ.*

℞ Balſ. Peruv. q. ſ. pro fotu. *In Steatomate.*

℞ Myrrh. ʒjß. Camphor. ʒß. Labdan. ℥ij. m. f. Emplaſtrum. *Pro Steatomate.*

℞ Lign. Santal. alb. Saſſafr. ana ℥ß. Rad. Apii. ʒß. Fol. Scabioſ. Betonic. ana p. iij. Sem. Coriand. pp. ʒj. infund. in Aq. font. bullient. ℔ij. Colatur. add. Syr. Mart. ℥ij. m. f. Apozema. *In affectione hypochondriacâ, hyſtericâ, palpitatione.*

℞ Stipit. Caulium calcin. ℥ij. Urin. hom. ſan. ℔ij. m. f. Lixivium. *In Alopeciâ.*

℞ Apum Melle Saturat. q. v. calcinentur. m. cum Oleo f. Linimentum. *In Alopeciâ.*

℞ Spir. Vin. Camphorat. rectif. q. v. accendatur, fumus ſuper partem affectam recipiatur, deinde.

℞ Emplaſtr. de Ran. cum. Mercur. admoveatur. *In Crepaturâ Tendinis.*

℞ Succ. Fœnic. Verben. Chelidon. ana ℥iij. Capit. Hirund. nº. ij. Mell. optim. ℥iv. Urin. Pueri impub. ℔ij. Aq. Fœnic. Beton. ana ℥ij. Fol. Rut. mß. deſtillentur; Aq. hujus Guttæ aliquot in oculum à cubitum ituris inſtillentur. *In Debilitate visûs.*

℞ Sp. Sal. Armon. Sal. Vol. Oleoſ. ana q. v. vapor hujus in aurem ex anguſti Colli Phialâ recipiatur. *In Surditate.*

℞ Spir. Tartar. ʒß. Spir. Formicar. rectif. ℥jß. Tinct. Lign. Saſſafr. ℥j. m. inſtilletur Auri. *In Surditate.*

℞ Milleped. viv. nº. CC. Vin. alb. ℔iv. m. infundantur, capiant hauſtulum. *In Gutta Serenâ.*

℞ Liquor. Jecor. Hirc. (cui infiguntur Fol. Fœnic. Rut. Chelidon.) aſſat ℥j. inſtilletur Oculo. *Pro Guttâ Serenâ.*

℞ Milleped. nº. C C. Vin. alb. ℔iv. infund. ſimul. *In Guttâ Serenâ.*

℞ Mell. Anthoſat. Zinzib. Caryoph. Sal. a. ʒß. m. indatur Oculo quantum Sem. Sinapios. *In Guttâ Serenâ.*

℞ Cepar.

℞ Cepar. Allii nº. ij. axung. Porc. q. ſ. m. f. Linimentum admovendum Plantis Pedum (probè infricando); tum Linteis calidis involvantur. *In Raucedine.*

℞ Capit. Allii q. v. coq. lente in Vino, capiat hauſtum mane & veſperi. *In Raucedine.*

℞ Aq. Menth. Puleg. a. ℥ß. Lign. Saſſafr. cum Vin. ℥j. Ol. Menth. Mac. a. gtt. ij. Tinct. Croc. gtt. xv. Sacc. perlat. ʒij. m. *In Apepſiâ.*

℞ Ciner. Rad. Fœnic. ℥ß. Mell. opt. ℥ij. m. *Pro Aphthis Sordidis.*

℞ Sp. C. C. ʒß. Aq. Meliſſ. ℥vj. Sp. Lavend. ʒj. Dris. Stephan. ℥j. m. *In Apoplexiâ.*

℞ Aq. Epileptic. Lang. ℥iij. Bryon. C. ℥ij. Sp. C. C. ʒjß. m. indatur ori. *In Apoplexiâ.*

℞ Sp. Sal. Armon. cum Calce parat. q. v. naribus admoveatur. *In morbis ſomnolentis.*

℞ Aq. Hyſteric. Sp. Ceraſ. n. Lilior. Convall. ā ℥ß. Tinct. Caſtor. ʒjß. m. pro Spinâ Dorſi. *In Apoplexiâ.*

℞ N. M. ʒij. Sem. Cubebar. ʒj. m. f. Pulvis pro ſuffitu. *In Uteri Flatu.*

℞ Allii, ℈j. infundatur in Spiritu Vini, q. ſ. capiat horâ ſomni. *In Arthritide vagâ.*

℞ G. Carann. Ammon. ā. ℥j. Merc. Viv. (Terebinthin. extinct.) ʒß. m. f. Emplaſtr. *In Meſenterii Tumoribus.*

℞ Maſtich. Oliban. Myrrh. Ammon. Opoponac. Bdellii, ā. ℥j. Mell. ℔j. Tartar. ʒvj. Sp. Vin. ℔ij. deſtillentur f. Spiritus *in Arthritide frigidâ* admovendus.

℞ Vin. Abſinth. ℥jv. Tinct. Sal. Tartar. gtt. xxx. m. *In Arthritide vagâ.*

℞ Ol. Succin. ʒij. Lavendul. ʒj. Balſ. Peruv. ʒß. m. *Pro Aridurâ.*

℞ Sal. Calc. Sal. fim. Columbin. ā. ʒij. Sterc. Caprin. q. ſ. m. *Pro Verrucis.*

℞ Sal. Armon. in Aq. ſolut. q. ſ. m. *Pro Verrucis.*

℞ Emplaſtri Vigon. cum Mercurio. *Pro Verrucis.*

℞ Emplaſt. Diachyl. ℥j. Sal. fimi Columbin. ʒij. m. *Pro Clavis.*

℞ Unguent. de Nicotian. q. ſ. *Pro Callis.*

℞ Sp. Tereb. ℥j. Camph. ʒj. m. *In Nævis, Ephelide, Lentigine.*

℞ Milled. viv. contus. nº. C. Croc. ℈ij. Vin. alb. ℔ij. m. f. Expressio. *In Asthmate humido.*

℞ Aq. Hyssop. Menth. Fœnic. ā. ʒj. Tinct. Propriet. ʒß. Syr. Nicotian. ℥ß. m. detur cochleatim. *In Asthmate humido.*

℞ Cinnam. ℥j. Spic. Nard. ʒx. Agaric. alb. ʒvj. Mastich. ℈ij. m. f. Pulvis cum Melle f. Electuarium; (Dosis ʒij. quotidie.) *In Cataractâ.*

℞ Sem. Bardan. ℥ß. Rad. Bardan. ℥j. coq. in Aq. colatur. ℔ij. add. Syr. è Cort. Citri ℥ij. m. *In Colicâ Acidâ Scorbuticâ.*

℞ Spir. Volat. Oleos. ʒj. Elix. Prop. sine Acido ʒij. m. *In Cruditate Acidâ.*

℞ Sal. Nitri, Piper. alb. ā. ʒij. Euphorb. ℈ij. Spir. Vin. ℥iv. m. *In Tumoribus aqueis.*

℞ Aq. Lact. Alex. ℥ij. Bryon. c. Pæon. c. ā. ℥j. Cort. Peruv. opt. subtiliter Pulv. ʒj. m. capiat. mane & vesperi. *In Asthmate Sicco.*

℞ Ol. Amygd. amar. ℥ß. Sp. Salviæ ℥j. Tinctur. Castor. ʒij. m. *Pro Tinnitu.* (Auri instilletur.)

℞ Ciner. Lign. Juniper. ℥j. Thym. Rorismarin. ā. ℥ß. Vin. ℔ij. m. *In Stupore.*

℞ Aq. Puleg. ℥jv. Sp. C. C. ℈j. m. capiat. *In Tinnitu.*

℞ Rad. Raphan. ʒij. Ellebor. alb. gr. ij. Castor. Pyreth. ā. ℈ß. coq. in Vin. modice, instilletur gtt. j. (ij.) Auri. *In Surditate.*

℞ Sal. Tost. q. v. admoveatur Auribus. *In Tinnitu.*

℞ Spir. Urin. parum in Bombace, indatur Auribus. *In Tinnitu.*

℞ Sp. Salv. rectif. ℥j. Tinct. Castor. ʒij. m. *Pro Surditate.*

℞ Sal. Viperar. vol. gr. iv. Conserv. Flor. Anth. ʒj. m. capiat. *In Favo.*

℞ Ciner. Clavellat. fact. in Lixivium cum Vino albo; add. Fol. Major. Abrotan. a. m. j. Capill. Vener. m. jß. Flor. Rosar. r. p. ij. coq. caput lavetur ter in septimanâ. *In Favo.*

℞ Ol. Tartar. per Deliq. q. v. *Pro Faciei asperitate.*

℞ Aq.

℞ Aq. Menth. ℥j. Cort. Citri ℥ß. Sp. Sal. Armon. gtt. x. Sal. Abſinth. gr. v. Ol. Menth. gtt. j. Syr. Fœnic. ℨvj. m. *In Atrophiâ Infantili.*

℞ Decoct. Guaiac. Saffaf. Xylo-Aloes, Flor. Lilior. Convall. Salv. Beton. Pæon. Tiliæ (a. ℨij. ad ℔vj. Aq.) pro potu. *In Bronchocele.*

℞ Spong. opt. in Carbones uſt. Pulv. ℈iv. Decoct. Lignor. ℥xj. Syr. Mart. ℥j. m. capiat cochl. j. omni mane. *In Bronchocele.*

℞ Vin. Chalybeat. ℥iv. Sp. Sal. Armon. ℈j. capiat. bis de die. *In Cachexiâ, Liene obſtructo.*

℞ Fim. Pavon. ℨiij. Aq. Pæon. C. ℥vj. m. capiat. cochl. iv. ſemel. *In Tremore Senili.*

℞ Spir. Vin. r. ℥vj. cep. no. j. infund. m. *Pro Cephalæâ.*

℞ Emp. è G. Heder. ex ammon. a. q. ſ. *In Concuſſione.*

℞ Vin. alb. ℥ij. Amygd. amar. no. viij. infundantur. *In Stupore Dentium.*

℞ Spirit. Vin. rect. ℥j. Tinct. Piper. ℨj. m. *In algore Dentium.*

℞ Ol. Aniſ. Chymic. gtt. x. Vin. Chalybeat. ℥iij. m. *In Menſium difficultate.*

℞ Caryophyll. ℨj. coq. in Vino. *Pro dolore Auris frigido.*

℞ Sterc. Pavon. ℥ij. Vin. alb. ℔ij. infundantur. *In Vertigine.*

℞ Abſinth. Aneth. a. m. ß. Sem. Aniſ. Cumin. a. ℨj. coq. in Vino. *Pro Enchymoſi.*

℞ Infuſ. Lign. Saſſafr. in Vino. *Pro Dolore Ventriculi.*

℞ Elix. Prop. ℨß. Ol. Caryoph. gtt. iv. m. capiat. in Vino. *Pro Dolore Ventriculi.*

℞ Vin. Viperin. ℥iv. bis in die. *In Elephantiaſi.*

℞ Spir. Vin. ℥ij. Theriac. Andr. ℨij. *In Eryſipelate.*

℞ Aq. Fœnic. d. ℥j. Sp. Vol. Oleoſ. gtt. ij. Syr. Fumar. ℨij. m. *In Puſtulis rubris Infantum.*

℞ Vin. calid ℥iv. Sp. Theriacal. ℨij. m. *Pro Puſtulis Infantum externè.*

℞ Vin. Abſinth. ℥iv. Elix. Propriet. ℨß. Sal. Card. b. gr. vj. m. *In metu Recidivæ.*

℞ Ent. Vener. gr. v. (x.) Conf. Violar. ℨj. m. *In Lumbricis.*

℞ Borac.

℞ Borac. Venet. Troch. de Myrrh. a. ʒß. Cinnam. ℈j. Aq. Cinnam. h. ℥ij. m. *In Fœtu mortuo, Partu difficili, molâ.*

℞ Ciner. absinth. Centaur. min. a. ℥jv. Urin. q. s. coq. *In Gangrænâ.*

℞ Deçoct. Lignor. ℥jv. Balf. Peruvian. ℈ß. cum Sacch. *In Gonorrhœâ virulentâ.*

℞ Tinct. Gum. Lacc. ℥ß. Sp. Cochleariæ, ʒij. m. *In Gingivis tumidis, flaccidis.*

℞ Sal. Vol. Oleos. ʒß. (ʒj.) in Vino calido. *In Horrore.*

℞ Spir. Vin. rectif. ℥ij. Aq. Calc. ℥ß. m. *In Hydrocephalo. Hydrocele.*

℞ Sal. Vol. Viperar. gr. vj. (viij.) in Aq. Theriacal. ℥iv. *In Hydrophobiâ.*

℞ Allii ℥j. Sal. culinar. q. s. m. admoveatur. *In Morsu rabido.*

℞ Ciner. Genist. ʒß. Syr. de Eupator. q. s. m. *In Hydrope.*

℞ Emplastr. è Cinerib. q. s. *In Hydrope.*

℞ Vin. alb. ℔ij. Ciner. Genist. ℥j. filtretur. add. Tinct. Lign. Sassaf. ℥ß. m. *In Hydrope.*

℞ Galban. Tacamahacc. a. p. æ. Balf. Peruvian. ʒj. Ol. Succin. ℈j. m. f. Emplastrum umbilicale. *In Hystericis.*

℞ Castor ℈ß. Balf. Peruv. q. s. f. Pilul. *In Hystericis, Dolore Capitis Hysterico.*

℞ Vin. Marrubiat. ℥jv. Pulv. rad. Gentian. ℈j. m. *In Ictero.*

℞ Stercor. Anserin. ʒj. Lumbric. terrest. ʒij. Vin. alb. ℔j. infund. *In Ictero.*

℞ Sp. Sal. Arm. C. C. a. ʒß. Sal. Vol. Oleos. ℈j. Aq. Cinnam. h. ℥v. Sp. Flo. Rorism. ℈j. *In Incubo.*

℞ Rad. Ireos ʒij. Summ. Absinth. flor. Chamom. Melilot. a. p. j. rad. Bryon. ℥j. Incis. coq. in vin. cum farin. Hord. f. Cataplasma Discutiens. *In inflammatione, Talpâ.*

℞ Eleosacch. Nucist. ʒij. Vin. in quo Cardamom. infund. ℥jv. *In Flatu ventriculi.*

℞ Ol. Absinth. Fell. Taur. a. q. s. m. admoveatur umbilico. *In Vermibus.*

℞ Decoct. flor. Chamom. ℥jv. Eleosacch. Anis. q. s. m. *In Torminibus Infantum.*

℞ Sem. Anis. Pulv. ʒj. Conf. Absinth. ʒjß. Syr. Caryoph. q. s. m. *In Lactis Defectu.*

℞ Vin. Camphorat. ℥ij. Pulv. Scordii. ℈ß. *In Vermibus.*

℞ Fol. Thym. Epithym. a. ʒij. Croci gr. ij. Cinnam. ʒj. Sacch. ℥j. Dos. ℈j. *In Melancholiâ, Palpitatione Cordis.*

℞ Chalyb. cum Sulphur. pp. ʒj. Sacch. ʒij. f. Pulv. Dos. ʒß. *In Mensibus suppressis, Chlorosi.*

℞ Scor. Regul. Antimon. Pulv. Ciner. fagi. a. q. v. Vin. alb. q. s. m. funde super Silices pro suffitu. *In Mensibus suppressis.*

℞ Decoct. Guaiac. ℥jv. Tinct. Sal. Tartar. ʒj. Sal. Vol. Oleos. gtt. x. Syr. Mart. ℥ß. m. *In Melancholiâ, Paralysi.*

℞ Succ. Nasturt. aquatic. ℥iij. Sacchar. q. s. m. *In Philtris.*

℞ Dictamn. alb. ʒjß. Croc. ʒß. m. f. Pulv. (Dos. 3.) *In Partu difficili.*

℞ Æthiop. min. ℈ß. (j.) Conf. flor. Anthos ʒj. m. *In Hystericis, Vermibus.*

℞ Cort. aurant. p. Sem. Cumin. a. ℈ij. Castor. elect. ℈j. m. pro Dosi. *In Colicâ* (cum Vino.)

℞ Cepar. Allii, nº. x. Raphan. ℥ij. Baccar. Junip. ℥j. contus. affund. Vin Malvat. ℔j. diger. Dos. cochl. ij. iij. *In Nephritide.*

℞ Camph. ʒj. Ol. Petrol. q. s. m. *In Ganglio, Callo, Clavis, verrucis & omnibus Tumoribus duris.*

℞ Aq. Rut. ℥xj. Sp. Castor. ℥j. Tinct. Ejusd. ʒij. Sp. C. C. ʒj. (Ass. fœtid. in Nodul. suspens.) ℈j. Sacch. Crystal. q. s. m. f. Julap. *In Hystericis, in venenatis ab opio.*

℞ Sp. C. C. Succin. seu Liquor. C. C. Succinat. (z. fact. ex Sp. C. C. cui affunditur Sal. Vol. Succin. donec cessat effervescentia) ʒß. ter de die in decocto enulæ campanæ vel alio; aliquandiu detur; efficacissimus est spiritus. *In Tussi contumaci, à viscido inductâ* (uti patet à sibilo, viscido excreto, Respiratione difficili, & Raucedine) modò absint irritatio, vel fluxio nova.

Huic

Huic Classi sequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Aq. Abrotani, Absinth. Absinth. minus comp. Absinth. magis comp. Agrimon. Anethi, Angelicæ, Angelic. comp. Anthûs, Apij. Artemisiæ, Asparagi, Atriplicis olidæ, Aurantior. Bardanæ, Beccabungæ, Betonicæ, Bryon. Bryon. comp. Calamenth. Calendulæ, Cardui bened. Cardui Mariæ, Caryoph. hort. Centaur. min. Ceparum, Chærefol. Chamædryos, Chamæmeli, Chamæpytyos, Chelidonii, Cichorei, cochlear. hort. Cœlestis, Cordial. Saxoniæ, Cornu Cervini, Cotulæ fœtidæ, Dracunculi, Enulæ, Epidemia, Euphrag. Fœniculi, Fragrar. Fraxini, Fumariæ, Galegæ, Genistæ, Gentian. comp. Gilberti, Heder. terrest. Hirund. Hormin. Hungarica, Hyperic. Hyssop. Imperialis, Irid. nostrat. jugland, jugland. comp. Juniper. Lact. alexiter. Lamii, Lavendul. Levistic. Lilii, convallium, Limac. magistral. Lumbricor. Lumbricor. magistral. Lupuli, Majoran. Mariæ, Matricar. Meliloti, Melis. Mell. Menthæ, Mentrastri, Mirabil. Naphæ, Nasturt. Aq. Nummulariæ, Ocimi, omnium florum, Ononidis, Petasitid. Petasitid. comp. Petroselini, Picarum, Pæon. Pæon. comp. Porr. Prassii, Protheriacal. Puleg. Raphan. comp. Rorismarin. Rosar. alb. Damasc. Rubrar. Rutæ, Sabinæ, Salviæ, Sambuci, Satureiæ, Satyrii, Saxifrag. Scabios. Scord. Scord. comp. Scrophular. Serpylli, Stephani, Tamarisc. Tanacet. Taraxac. Terebinthinata, Theriacal. Thymi, Tiliæ, Tunicæ, Valerian. Verben. Veronic. Ulmar. (*Aquarum Simplicium* ℥iv. *Compositarum*, ʒj. ℥j. ℥jß. *Spirituum* ℈j. ʒj. ʒij.) Aromaticum Caryophyllat. ℈ß. ʒß. Aromatic. Rosat. ℈ß. ʒß. Bals. Hyperici. Bals. Lucatelli ℈ß. ℈j. Bals. Polychrest. gtt. xx. Bals. Vulnerar. Ceratum de Galbano Cerat. œsypat. Chalyb. pp. ℈ß. ʒß. Chalyb. cum Sulph. pp. ℈ß. ʒß. *Condita* Radic. Caulium, Cortic. Flor. Fruct. Amar. Acrium, Arom. fœtid. q. v. Conf. de Thure ℈ß. ℈j. Conservæ Amararum, Acrium, Aromaticarum, fœtidarum plantarum, q. v. Coriand. pp. ℈j. ʒß. Croc. Mart. aperitiv. ℈ß. ʒß. Cymini Semen ℈j. ʒß. Decoct. amar. alterant. ℥ij. iv. Decoct. trau-

matic. ℥iv. Diacalaminth. ſimp. ℈ſs. ʒſs. Diacalaminth. comp. ℈ſs. ʒſs. Diacapparis. ℈ſs. ʒſs. Diacinnamom. ℈ſs. ʒſs. Diacrocuma, ʒſs. ʒj. Dianiſum. ℈ſs. ʒſs. Diarrhod. abbat. ℈ſs. ʒſs. Diaſpoliticum ℈ſs. ℈j. Diaſatyr. ℈j. ʒj. Elect. amar. minus ℈j. ʒj. Elect. de Bacc. Laur. ℈j ʒj. Elect. de ovo ℈ſs. ʒſs. Elect. è Saſſaf. ʒſs. ʒjſs. Elix. Prop. gtt. x. xxx. Emp. ex Ammon. de Bacc. Laur. Barbarum magn. de Betonicâ, Cephalic. Cephalic. cum Euphorb. è Cinnabar. è Cymin. Diaphœnic. calid. Divinum, Flos unguentor. è Gratia Dei, Hyſteric. de Januâ, de Melilot comp. Nervin. Oxycroc. Sicyonium, ſine pari. Σταφανικαῖον, Sticticum, Stomachic.magiſt.Tonſoris; Extract. Ecphractic. ℈ſs. ʒſs. Extract. Gentian. ℈ſs. Extract. Hyſteric. ℈ſs. j. Flor. Benz. gr. iij. viij. Flor. Sal. Armoniac. gr. ij. vj. viij. Flor. Sulphur. ℈ſs. j. ʒſs. Fæcul. Ari ℈ſs. j. Julap. Alexand. ℥jv. Roſat. ℥jv. Lætificant. ℈ſs. ʒſs. Liquamen Tartar. gtt. 30. Lohoch. è Paſſul. ad libitum, Mel. Anthoſat. ʒſs. j. Millep. pp. ℈ſs. ʒj. Moſchelæum coch. ſs. j. Ol. Chymica à gtt. j. ad vj. (Abſinth. z. Ammon. Anethi, &c) *Olea expreſſa* (Amygd. amar. Anthin. Aniſi, Avellanar. Aurant. benedict. de Caſtereo, de Caſtereo comp. Ceraſor. Chamæmel. Cheirin. Chryſomelin. Citri, Coſtin. Crocin. Enulat. Euphorb. Exceſtrens. Formicar. Hirund. Hyperic. comp. & magis comp. Jaſmin. Irin. & comp. Laurin. Lumbric. Mac. Majoran. Melilot. Menth. Myrrh. per deliq. Narciſſia, Nardia, & comp. Nicodemi, Nicotian. N. M. Perſicor. Petroſelin. Pincar. Prunor. Raphan. Rutace, Sabinæ, Sambucin. Scorpion. Seſamin. Sinap. è Styrace, Verbenaceum, Vulpin.) *ſunt pro uſu externo.* Pleres Archonticon ℈ſs. ʒſs. Pulv. Antilyſſus ℈j. ʒſs. Pulv. Ari comp. ℈j. ʒſs. Rob. Sambuc. ʒj. Salia fixa ℈ſs. ʒſs. Sal. Volat. gr. j. iv. Spec. Cordial. temp. ℈j. ʒj. Spec. Diacalaminth. comp. ℈ſs. ʒj. Spec. Diamoſch. dulc. ℈ſs. ʒſs. Spec. Dianthus ℈ſs. ʒſs. Spec. Diatriw. Piperew. gr. iv. vj. Spec. Diatriw. Santalw. ℈j. Spec. Elect. Roſat. Novell. ℈ſs. ʒſs, Spir. Abſinth. & alii ſpiritus hic ut ante. Succus Abſinth. Eupator. Fumar. gr. iv. x. Syr. de Abſinth. ſimp. comp. de Ammoniac. de Aniſ. de Artemiſiâ, de Beton. & comp. Botryos, Byzantin. comp. Cardiac. Caryoph. de Caryoph.

oph. Arom. Card. Chamæmel. Chamæpityos, Cichor. de Cinnam. Cort. Citrior. de Eryſim. comp. Fœnic. Fumar. ſimp. & comp. Heder. terreſt. Hyperic. de Hyſſop. Lupulor. Meliſſophyll. de Menth. de Piloſellâ, Pæon. ſimp. & comp. de Praſſio, è 5. Rad. Raphan. comp. Salv. Sambucin. Scabios. ſ. &c. de Scolopendrio, de Scordio, de Stœchade, Veronic. ZZ. (℥ß. j. jß.) Theriac. Diateſſar. ℈j. ʒj. Tincturæ ʒj. ʒij. *Troch.* de Abſinth. Alexiter. Alipt. Moſchat. de Camphor. de Cappar. de GalliâMoſchatâ, Hyſteric. de Myrrh. de Vipera ℈ß. ʒß. Valentia Scabioſæ; *Vinum* Abſinth. Anthoſat. Chalybeat. Euphragiat. ℥ij. iv. Unguent. amar. ex Apio, Apoſtolor. Aregon. ex Bdellio, Enulatum, è Gum. Elemi, Laurinum vulg. Martiatum, Maſtichin. Nervin. è Nicotian. Rutaceum, Splanchnicum, Splanchnic. magiſt. è Succ. Aperitiv. Uſquebach. ʒj. ℥ij.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Allium cond. ℈j. ʒß. In *Colicâ flatulentâ, Tuſſi, Aſthmate, Calculo, Arthritide.* Aq. Animalis ℥jv. *In Pleuritide, Doloribus, Rheumatiſmo.* Aq. Antiſcorbuticæ ℥ß, j. ij. Aq. Bechica; Aq. Benedicta ℥iij. iv. *In acidâ viſciditate, vel acrimonia ſanguinis acida, unde in faciei rubore, Puſtulis, Strumis, Aſthmate, Phthiſi, Empyemate*, Dyſenteriâ, malignâ, Tumoribus Scroti aquoſis, Profluvio albo, Arthritide vagâ, Ephelidibus, Herpete, Gangrænâ, œdemate, Tumoribus Genuum & Tibiarum, ulceribus omnibus cum affluxu humorum &c. Diabete (viz. ubi adſunt aciditas, viſciditas, acrimonia acida, Aquoſitas, obſtructio ab acido.) Aq. Bened. comp. ℥iij. iv. *ut in Aq. benedict. at efficacior.* Aq. Caryoph. ℥ß. j. ij. *Ad humorum attenuationem, &c.* Aq. Cephalica, coch. ij. *In Cephalalgiâ, (attrahatur in nares) frigidâ.* Aq. Chamæm. ℥ß. j. ij. *In Flatu, Colicâ, Calculo, Menſibus obſtructis.* Aq. Cinnam. Cardiaca. ℥jv. *In Syncope, Animi deliquio &c.* Aq. Cinnam. h. ℥j. *cum Oxymel. Scillit. ana. In Aſthmate.* Aq. Digital. cochl. ij. iij. iv. *In Aſthmate, ad expectorandum.* Aq. Embryon. ℥ij. *In gravidis* ad nutriendum. Aq. Epidem. ℥ß. ℥j. *In Languore.* Aq. Hirund. ℥ß. ij. *In Epilepſiâ.* Aq. Hormin. ℥ß. j. *In Profluvio albo, ad abortum præcavendum.* Aq. Hungarica cochl. j. *In Arthritide vagâ, Iſchiade. pro*

facie lavandâ; attrahatur in nares in Cephalalgiâ. Aq. Lact. Alex. ℥jv. *In Languore.* Aq. Lact. Scorbutica, ℥j. ij. *In Scorbuto frigido.* Aq. Odorifera, ℥iv. *In Languore.* Aq. omnium Florum ℥jv. *In Arthritide vaga, Rheumatismo, Calculo, Urinâ suppressâ.* Aq. Pectorali. ℥ij. *In Asthmate, Dyspnœâ, Tussi, Tartaro Pulmonum ac Renum.* Aq. Picar. ℥jv. *In Epilepsiâ.* Aq. Pneumonica cochl. j. *In Colicâ intestinorum, Dolore ventriculi, Inappetentiâ.* Aq. Prolifica, cochl. ij. *Ad Conceptum juvandum.* Aq. Sarſ. comp. ℥j. ij. *Ad Aciditates, Visciditates.* Aq. Siphylica. ℥j. *In Lue.* Balſ. Apoplecticum internè gr. iij. iv. externè. *In Apoplexiâ, Syncope, Paralysi.* Balſ. Lucatelli, ʒj. ij. *In Contusionibus, Ulceribus Renum, Calculis Renum ac Vesicæ; externe ad ambusta, ulcera, Inflammationes, Vulnera.* Balſ. Magistrale ʒiij. *In vulneribus internis, Colica, Calculo, Vermibus; externè, in Vulneribus, Combustionibus, Contusionibus Doloribus nervorum ossium, Cephalalgiâ, doloribus flatuosis, Callis pedum, Hæmorrhagiâ, Coctione ventriculi debili.* Balſ. Nucist. ℥ß. *Ad fœtum mortuum & secundinas expellend. Dolores Splenis, Capitis; externè ad dolores frigidos.* Balſ. Paralytic. *Internè & externè ad Paralysin.* Balſ. Spinale, *externe in Rachitide,* Balſ. Succin. *Affectibus nervinis frigidis auxiliatur, Diureticum.* Balſ. Spleneticum. *In Doloribus frigidis.* Balſ. Sulph. Antimon. gtt. x. *Ad Ulcera, Fistulas.* Balſ. Sulph. Aniſat. ℈j. *In Catarrhis, Tussi, Asthmate, Phthisi, Pleuritide, Colicâ, Peste, Epilepsia, Apostematibus.* Balſ. Sulph. Batean. ℈j. ʒß. *Ad Ulcera externa vel interna.* Balſ. Sulph. Benzoinat. *Asthmatic. Catarrhos sistit.* Balſ. Sulph. Mineral. *Externe ad podagram dolentem.* Balſ. Sulph. Ruland. *Externè Anodynum, digestivum; Aurium dolores tollit.* Balſ. Sulph. Succin gtt. vj. x. *Internè in Colicâ.* Balſ. Sulph. Tereb. ℈ß. j. *v. Balſ. Sulph. Aniſat.* Balſ. Tartar. ʒß. *Interne in Arthritide, Calculo, Astrictione; Morbis chronicis. Externe Anodynum.* Bolus Alexiter. ℈j. ʒj. *In Morbis malignis.* Caryophl. odorat. *Ad odorem gratum in Cubiculo fumigando excitandum.* Cataplaſma Apoplectic. *Capiti admovendum raso.* Cataplaſm. Cephal. *Capiti admovendum in morbis frigidis.* Cataplaſm. Peſtilential. *Ad Bubones rumpendos.*

rumpendos. Cataplaſm. Solear. *In Febribus malignis.* Cerevifia Butleri, ad libitum. *In morbis frigidis melancholiâ, Scorbuto Tartareo, Diuretic. Pulmonic. &c.)* Cerevifia Oxydorcica. ad libitum. *Ad viſus hebetudinem.* Cereviſ. Scorbutica, ad libitum. *In Scorbuto frigido.* Conſ. Aurant. q. v. *In Colica, flatu.* Corvus Epileptic. ʒj. *In Epilepſiâ.* Decoct. amar. alterans ℥jv. *In Morbis frigidis, chronicis.* Decoct. Ambroſian. ℔ß. *Diaphoretic. Hydropic. Arthrit. vag. Podagric. in Febri malign.* Decoct. Diuretic. augen. ℥vj. *Diuretic.* Decoct. Icteric. ℥v. *In Ictero.* Decoct. ad Mors. Can. Rabid. cochl. vj. *In Rabie & magma externè admoveatur.* Decoct. ad Rachitid. cochl. 2. 4. *In Rachitide.* Decoct. Rubiæ Tinctor. ℥jv. *In Rubore, Puſtulis Faciei, &c.* Decoct. Scorbutic. ℥jv. *In Scorbuto frigido.* Decoct. ad Strumas ℥iij. iv. *In Strumis.* Decoct. traumat. ℥jv. *Ad vulnera, Ulcera.* Diachyl. odorat. *Ad Fontanellas (fuit in uſu apud* D^rem^. Radcliffe *hujus gratiâ) Tumores.* Elæoſacch. Cardiac. Carminativ. Fœnic. Nuciſt. Saſſaf. (ʒß. ʒj.) *Ad Flatus, Colicas.* Elect. Aſtmatic. ʒiij. *In Aſthmate.* Elect. Caryoph. ʒj. ij. *In Anorexiâ, ventriculi dolore.* Elect. Ducis Subaudiæ ʒiij. *In Arthritide, per annum.* Elect. Epilept. ʒj. Elect. Juniperin. ʒj. *Stomachichum, Diuretic.* Elect. Macis ʒß. j. *In morbis malignis, Peſte.* Elect. Oxydorcic. ʒiij. *Ad acuendum viſum.* Elect. Paralytic. ℥ß. *In Paralyſi.* Elect. Piperin. ʒß. ʒj. *In Colicâ, Dolore ventriculi,* mirè efficax. Elix. Camphorat. ℈j. *In Peſte, tam eam curando, quam ab ea præſervando.* Elix. Propriet. ℈j. ʒj. *In cruditate, Anorexiâ, in Hypochondriacis, Uterinis, malignis.* Elix. Prop. Peſtilential. ℈j. ʒj. *In malignis.* Elix. Prop. Tartar. ℈j. ʒj. *In morbis frigidis.* Elix. Vitæ coch. ß. j. *Ad Languores.* Emp. Burgund. *In Cephalalgiâ, Ophthalmiâ, Catarrhis, Vaporibus (Nuchæ)* Emp. Camphorat. *In Suffocatione, Vertigine (Umbilico.)* Emp. Diagalban. *Ad Nodos, ſcrophulas, tumores duros, anodyn. verrucas, clavos tollit, Nervos roborat.* Emp. Diaſulph. Ruland. *Ad ulcera, vulnera infallibile.* Emp. Febrifug. *Ad Tertianas, Quartanas (carpis ante acceſſionem).* Emp. Laterale. *In doloribus Pleuriticis.* Emp. Nuchale, *Ad defluxiones in Oculos, Dentes, &c. (Nuchæ.)* Emp.

Paralytic.

Paralytic. *Pro membris Paralyticis (optimum.)* Emp. Scorbutic. *In Ulceribus, Tuberculis Scrophulosis.* Emp. Soleare. *Ad Arthritiden.* Emp. Spasmicum. *Pro Convulsionibus.* Emulſ. expulſiva cochl. iij. *Ad variolas expellendas.* Emulſ. Pæoniat. cochl. iij. *In Epilepsiâ, Vertigine, Hermicraniâ.* Enema Alexiter. *Ad extrahendum venenum ab inteſtinis.* Enema Hyſteric. Enem. Tereb. *In calculi dolore.* Enem. Vinos. *Ad Tormina.* Ens Vener. gr. iv. xij. *In Rachitide, Vermibus, Pleuritide, Suffocatione Uterinâ, obſtructionibus, anodynum.* Epicarp. Febrifuga, *Ante Paroxyſmum.* Eſſent. Abſinth. ℈j. ʒj. *In morbis frigidis.* Extract. Abſinth. ℈ß. *In morbis chronicis.* Extract. Diateſſaron. ℈ß. j. *In morbis frigidis, Paralyſi, flatu, bradypepſiâ, Hydrope, Cachexiâ, obſtructionibus, morſibus venenatis.* Extract. Ecphractic. ℈ß. ʒß. *In morbo Virgineo, Scorbuto, obſtructionibus ubique.* Extract. Febrifug. ℈ß. ʒß. *Ad Febres intermittentes, remittentes.* Extract. Fellis ℈j. ʒß. *Ad Menſes ſuppreſſos, ſedes movet.* Extract. Icteric. ʒß. *In Ictero.* Extract. Pectoral. cochl. ß. j. *In pituita pulmonum.* Fl. Benz. gr. v. xij. *Aſthmatic. Bechic. Catarrhos ſiſtunt, Sudorific.* Fl. Sal. Arm. gr. v. xv. *Diuretic. Diaphoretic.* Fl. Sal. Arm. Martiat. gr. v. xv. *In Quartanâ Cruditatibus ventriculi. In Colicâ.* Flos Cordialium ℈j. ʒj. *Cardiacus.* Fotus Arthriticus. *In Arthritide.* Fotus Scorbuticus. *In dolore Scorbutico.* Galbanet. Hartmann. Galbanet. Sennert. *Ad membra paralytica.* Gargariſma Apoplectic. Garg. Scorbutic. *Ad gingivas putridas.* Infuſio Arthritica. *Admoveatur in Arthritide declinante ad diſſipandos craſſos humores.* Infuſio Cachectica ℥jv. *In Cachexiâ, Chloroſi, Dyſpnœâ.* Infuſio, Icterica ℥jv. *In Ictero.* Infuſio Ireata ℥vj. *In Scorbuto, Hydrope.* Infuſio Sancta ℥vj. *Obſtructiones, Putrefactiones tollit; in Scorbuto, Hydrope, Febribus, Lue, Arthritide, morbis Tartareis.* Julap. Aſthmatic. coch. 2. Julap. Hyſteric. Camph. ℥ij. ijß. *In Paroxyſmo.* Julap. Hyſteric fœtid. cochl. j. *In initio Paroxyſmi & ipſo finito (hoc fuit maximè in uſu apud* Dm. Radcliffe.) Julap. Hyſteric. Mithridatic. cochl. j. ij. *In Languoribus.* Julap. Tartaris. ℥iij. *In Ictero.* Juniperi bacc. candefact. ℈j. ʒß. *In Nephritide, Hyſterica paſſione,* Lac Ammon.

cochl.

cochl. j. *In Dyſpnœâ.* Lac Benz. cochl. j. *Aſthmatic. Pectorale.* Linteum crocatum. *Sub mento in variolis.* Liquamen Silicum gtt. xx. xxx. *Ad Tartarum, ergo obſtructiones tollit.* Liquor Cephalalgicus. *Fontale in Cephalalgiâ.* Magiſter. Benz. ℈ß. j. *Pectorale.* Mars Diaphoretic. ℈ß. j. *In Quartana, Melancholia Hypochondriacâ, Diaphoreticus, Diureticus.* Mars Fulminans. ℈j. *Menſes movet, & urinam.* Mars Potabilis. *In Cachexia, Hydrope, Scorbuto, Chloroſi, Quartana.* Miva Satyrii q. v. *Venerem ſtimulat.* Mixtura tubularis. *Ad Catarrhos ſiccandos, defluxiones ſiſtendas, Tuſſim.* Nitrum Hermophraditicum ℈j. ʒß. *Ad humores craſſos, tartareos, obſtructiones, calculum & urinam provocandum, febres putridas malignas.* Nodulus Hyſtericus. *Ad odorandum in paroxyſmo.* Oleum Balſamicum ℈j. ʒj. *In frigidis morbis, flatibus, Paralyſi, Surditate, Otalgiâ, Spaſmo, Colicâ, Hydrope, interne, externe.* Ol. Camphor. gtt. x. *Hyſtericum, Diaphoreticum.* Ol. Ludi ℈j. ʒß. *Ad Tartarum, Calculos, obſtructiones.* Ol. Lumbricor. *In Paralyſi.* Ol. Milvin. *In Paroxyſmo Epileptico (Plantis, Naribus, Nuchæ.)* Ol. Paralytic. *In Paralyſi (Spinæ.)* Ol. Sacch. Ol. Sacchar. comp. cochl. j. ß. *Ad Tuſſim, Aſthma.* Ol. Scorbutic. *Ad partes affectas.* Ol. Tabac. *In Podogrâ, Arthritide vagâ, Odontalgia, Vermibus.* Ol. Τριχοφυές. *Ad Alopeciam.* Ol. Viperar. *In Impetigine, Podagrâ, Leprâ.* Orvietan. ʒß. ʒij. *In malignis, Peſte.* Pedilavium Emmenagog.— Pedilavium Podagricum— Pedilavium Scorbuticum— Pil. Æthiop. ℈ij. *In Hydrope, Sçorbuto, Lue.* Pilul. Anticolic. ʒß. *In Colicâ probatiſſimæ.* Pil. Antipodagric. ʒß. *In Arthritide.* Pil. Hyſteric. ℈ß. gr. xv. *In Paroxyſmo vel extra eum.* Pil. Lithontriptic. ℈ij. ʒj. *In Calculo.* Pil. de Pice ʒß. *In Phthiſi, Tuſſi, purulenta excreatione, & extuſſiendi difficultate, efficaciſſimæ.* Pil. Sinapin. *Pro Tuſſi, Aſthmate (in ore tenendæ.)* Pilul. Styracinæ ℈j. ʒj. *In Aſthmate, Dyſpnœâ, Catarrho ſuffocativo efficaces.* Pleres Archonticon. *Tabulæ pro Stomacho ad libitum capiendæ.* Pomum Ambræ. *Pro odore, in Epilepſiâ, Apoplexia, Aurâ Peſtilentiali.* Pulv. Æthiopic. ʒß. *In variolis, Hydrope.* Pulv. ad Calculum ʒij. Pulv. Cibarius cum Cibo. *In ſuffuſionibus, memoriâ perditâ.*

Pulv.

Pulv. Cinnab. comp. ℈j. ʒß. *In Epilepſiâ.* Pulv. Crinalis. *Pilos reproducit, cerebrum, memoriam confortat (inſpergatur Capiti)* Pulv. Cucuphalis. *Ad dolores capitis frigidos, diuturnos, Catarrhos abſumendos (inſuatur pileolo ſerico, & capiti ſuperimponatur.)* Pulvis Febrifugus certus ʒj. *In ſpatiis paroxyſmi intermediis.* Pulv. Hyſteric. ʒj. *In Paroxyſmo & 4ta quaque hora.* Pulv. Icteric. ʒj. in Vino. *Pro Ictero.* Pulv. Martial. comp. ʒj. ij. *In Cachexiis virginum, mulierum, virorum, juvenum, Senum, optimum.* Pulv. odorat. *Pro veſtimentis à tineis præſervandis.* Pulv. Ophthalmic. cochl. j. *v. Pulv. Cibar.* Pulv. Oxytocius ℈jv. *Ad partum, menſes provocandos.* Pulv. Peptic. ʒj. *A paſtu pro coctione læsa ab humore frigido.* Pulv. Solearis. *Ad ſoleas pro podagricis admoveatur.* Pulv. Stomachic. ʒj. ij. *Ad ventriculi tormina.* Ranar. Hepata ℥ß. *Ad Epilepſiam, Quartanam, &c.* Roſa Solis ℥j. iij. *Ad Phthiſin. Cephalalgiam, Peſtim; Cardiaca eſt.* Sacchar. Caryoph. q. v. *Cardiacum, Cephalicum, Stomachicum, in Vertigine, Cruditate Ventriculi.* Sacch. Sambucin. q. ſ. *Ad flatus, colicam, calculum; laxat.* Sal. Abſinth. ℈ß. ℥ß. j. *In morbis chronicis, frigidis.* Sal. Alcali ℈ß. ℥ß. j. *In morbis chronicis.* Sal. Armon. fix. gr. v. x. *Sudorificum, aperitivum, putredini reſiſtit.* Sal. Armon. Vol. gr. iij. x. *In cruditate ventriculi, arthritide.* Sal Armon. Vol. Oleoſ. gr. x. xv. *In morbis capitis, ventriculi, Lienis, uteri, &c. frigidis, colica, tremore cordis, optimum.* Sal. C. C. Succinat. gr. x. ℈j. v. *Sp. C. C. ſuccinat.* Sal. Diuretic ℈ß. ℥ß. *In intermittentibus, Ictero, Scorbuto, Hydrope, obſtructionibus.* Sal. Febrifug. ℥. *Ante Paroxyſmum.* Sal. Philoſophor. gr. iv. xij. *Ad coctiones, cruditates.* Sal. Spong. Vol. gr. v. xij. &c. *Ad calculum, ſtrumas.* Sal. Tartar. gr. v. x. ℈j. *In ulceribus, ſerpiginibus, Tinea, Scabie, &c. externe & interne.* Sal. Tartar. Vol. gr. x. ℈j. *Diureticum, aperitivum optimum, malignitati reſiſtit, acidum tollit.* Sal. Viperar. Vol. gr. iij. v. *Putredinem arcet, aperit, febrifugum; in melancholia, podagra, calculo renum, veſicæ, optimum.* Sal. Urin. Vol. gr. xv. 20. *Anodynum, externe; interne aperit; in Scorbuto, Cachexia; Ictero utroque, calculo, veſicæ, renum;* Secundin. præpar. ʒj. *In Epilepſia, utero ſtrangulato, partu difficili.* Serum

rum Hepatic. ℔j. *In Ictero.* Serum Scorbuticum, ℔j. Serum Sinapin. ℥jv. *In Tussi, Asthmate.* Silices præpar. gr. x. 20. *Diuretici, in Hydrope, calculo, Ischuria.* Spir. Alkerm. ʒiij. *Spiritus recreat, vapores discutit.* Sp. Ambr. gtt. vj. *In Deliquio.* Sp. Benz. ʒj. iij. *Pectoralis.* Sp. Camph. ℥ß. *Ante paroxysmum in Tertiana, Diaphoreticus, Anodynus.* Ceras. nig. ʒij. ℥j. *In Hystericis, Epilepticis, Flatibus, Convulsionibus.* Sp. Cochlear. gtt. xx. xxx. *In morbis hypochondriacis, Tartareis, Scorbuticis.* Sp. C. C. succinat. gtt. v. xv. &c. *Sudorificus, Diureticus, Hystericus, Epilepticus, Antiasthmaticus.* Sp. Dracunculi ℥jv. *Sudorificus.* Sp. Embryon. cochl. ij. iij. *In gravidis languidis, inflationibus, Epilepsia, Ligamentis uteri laxis.* Sp. Hyssop. ver. cochl. j. ij. *Pectoralis.* Sp. Juniper. verus cochl. j. ij. *Carminativus, arenulas, Menses movet, prolificus.* Sp. Milleped. gtt. x. ℈j. *Diureticus, Aperitivus, Ophthalmicus, Rachitidi prodest, surditatem tollit auri inditus.* Sp. Sal. Armon. gtt. vj. xij. &c. *Diureticus, Diaphoreticus, incidens, Febrifugus.* Sp. Sal. Arm. Tart. *v. Sp. Armoniaci.* Sp. Armoniaci succinat. *v. Sp. Armoniaci.* Sp. Armoniaci Martiat, gr. v. xv. *Aperit, menses, urinam, sudores movet.* Sp. Sambuc. cochl. j. ij. *Alexipharmacus, Cardiacus, Sudorificus, Uterinus.* Sp. Sanguin. gtt. x. xx. &c. *In Epilepsia, Paralysi, Apoplexia, pulmonem ulceratum (hoc autem quam maximè dubitamus, quoniam particulæ volatiles adeo fibras saucias vellicarent, ut tussis continuò ægrotos exinde infestaret.)* Sp. Spongiar. gtt. x. xx. *Lithontripticus.* Sp. Theriacal. Camph. ℈j. ʒj. *Sudorificus, Alexipharmacus.* Sp. Vin. Succinat. cochl. ß. j. *Cephalicus.* Sp. Vin. Tartaris. cochl. ß. j. jß. *Scorbuticus.* Sp. Viperar. gtt. iv. x. *Penetrat, putredinem arcet, aperit. Febrifugus, Quartanas abigit.* Suffiment. Hysteric. *In paroxysmo hysterico, vapor ore hiante recipiatur.* Syr. Balsam. cochl ß. j. ij. *In Tussi viscida.* Syr. Chalyb. ℥ß. ℥jß. *In Cachexia.* Syr. Lumbricor. ℥j. *In Scorbuto.* Syr. de Myrrh. ℥j. ℥ij. *Pectoralis, Asthmaticus, Aperitivus, Emmenagogus, &c.* Syr. Sidereus ʒ ij. vj. *Aperit.* Syr. Totulan. magistral. ℥ß. ℥. *Pectoralis, Asthmaticus, Phthisicus.* Tabul. Absinthii. q. s. *Stomachicæ, Hepaticæ, Spleneticæ.* Tabulæ Amygdaloides,

daloides, q. v. *In Asthmate, Tussi, Phthisi, optimæ.* Tabul. de Angelic. q. v. *Bezoardicæ, Cardiacæ, Traumaticæ, Emmenagogæ*, &c. Tabul. de Aurant. q. v. *Antiscorbuticæ, Cardiacæ, Carminativæ, &c.* Tabul. Carminativæ, q. v. *In flatu optimæ.* Tabul. Diambr. q. v. *Cardiacæ, Cephalicæ, Stomachicæ.* Tabul. Fœniculin. q. v. *Ad flatus, colicam, &c.* Tabul. Gryseæ ʒj. ij. *Cerebrum confortant, Spiritus reficiunt.* Tabul. Helen. q. v. *In Tussi, Asthmate, valde conducunt.* Tabul. Lenthale q. v. *Pectorales.* Tabul. de Pipere q. s. *Cephalicæ, Stomachicæ, Carminativæ.* Tartar. Chalybeat. ℈j. ʒj. *In morbis chronicis, obstructionibus, Quartana, Ictero, Cachexia, Hypochondriacismo.* Testes equi pp ʒj. *In Epilepsia, calculo, dolore penis, sterilitate, mictione purulenta, colica, uteri strangulatu, fœtu mortuo, lochiis suppressis, partu difficili.* Tinctura Absinth. gtt. vj. *In ventriculi cruditate, morbis frigidis, acidis.* Tinctur. Amygdaloid ʒj. vj. *Pectoralis, Catarrhalis, Asthmatica, Nervina, Sudorifica.* Tinctura Armoniaci. gtt. vj. *In obstructionibus, Melancholia, hypochondriaca, Quartanis, Cachexiis, Hydrope (Anasarca) Chlorosi, Scorbuto acido, Mensibus suppressis.* Tinctur. Ass. fœtid. ʒj. ij. *Uterina, Traumatica, Splenetica.* Tinctur. Asthmatica cochl. ij. h. s. & 4 mane. *In Asthmate, Tussi viscida.* Tinct. Bezoardic. ʒiij. ℥j. *In Peste, malignis, Spiritus recreat.* Tinctura Cardamom. ʒj. iij. *Carminativa, Confortat cerebrum frigidum.* Tinct. Carvi ʒj. iij. *v. Tinct. Cardamom.* Tinct. Cochlear. comp ℥iv. *In Hydrope cum Scorbuto optimæ.* Tinct. Coral gtt. xxx. xl. *Cardiaca, Diuretica, Vermifuga.* Tinct. Ferri coch. ij. v. *In obstructionibus.* Tinct. Guaiac. ʒvj. ℥iß. *Sudorifica, Luem curat, pulmonica, Catarrhalis, Odontalgica.* Tinct. Galbanet. gtt. x. xx. xxx. *Hysterica, Paralytica, Scorbutica, Emmenagoga.* Tinct. Junip. cochl. ij. *In Colica, Calculo, Hydrope.* Tinct. Mart. *v. Tinct. Armoniac.* Tinct. Mart. Tartaris. ʒj. ij. *Aperit, aciditates tollit.* Tinct. Melampod. cochl. ij. h. s. & 3 mane. *In intemperie frigida, Cephalalgia, Melancholia, Asthmate.* Tinct. Meliss. cochl. j. ij. *Cardiaca.* Tinct. Myrrh. *Vulneraria, Traumatica, Detersiva.* Tinct. Paralyt. *Ad fricanda membra paralytica.* Tinct. Piper. *v. Tinct. Cardamom.*

Tinct.

Tinct. Saſſaf. cochl. ij. *Lenit Arthritidem vagam.* Tinct. Scorbutica ℥j. ij. *In Hydrope, Scorbuto.* Tinct. Serpyl. gtt. v. xv. *Diuretica, Hyſterica, Stomachica.* Tinct. Succin. ʒj. ij. *Cephalica, Hyſterica, Colica, Nervina.* Tinct. Virginiana ʒj. iij. *Alexipharmaca, Cardiaca, Sudorifica, Scorbutica.* Torquis Infantum. *Dentitionem facilitat, Convulſiones præcavet.* Turundæ acouſticæ. *In Surditate optimæ.* Vinum Arthriticum ℥ij. Vin. Chalybeat. cochl. iij. vj. *In chloroſi, Hydrope, Ictero, Menſibus obſtructis, Quartanis.* Vin. Ecphractic. ℥iij. *Diureticum.* Vin. Hippocratic. ℥iij. iv. *In Languoribus.* Vin. Scelotyrbicum. *In doloribus crurum Scorbuticis.* Vin. Viperin. ℥iij. iv. *In Leprâ Græcorum, Sterilitate, Peſte.* Ung. Crinificum. Ung. Digitalis. *Pro Scrophulis ungendis.* Ung. Faciale. *Ad faciei ruborem.* Ung. Piperin. *In Scabie, Pruritu optimum.* Ung. Soleare. *Pro plantis in Tuſſi.* Ung. Virilitat. *Ad ungendas partes enervatas, actui venereo ineptas.*

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Aq. Balſamic. cochl. j. ij. *In tuſſi pulmonali, Phthiſi incipiente, ſiccat.* Aq. Bardan. comp. ℥iij. *In Cancro, Scrophulis, morbis obſtinatis ab acido viſcidoque ortis.* Aq. Chalybeat. noſtra cochl. vj. *In obſtructionibus, morbis frigidis.* Aq. Fimi. ℥iv. *In affectibus pectoris, Scorbuto frigido, doloribus vagis.* Aq. Junip. comp. cochl. j. ij. *Carminativa, Stomachica, Splenetica.* Aq. Limac. Scorbutic. ℥jv. *In Febre erraticâ, Scorbuticâ, doloribus vagis, maraſmo, ſudoribus nocturnis, acorem in ſanguine emendat tam dilutione quam ſalibus volatilibus.* Aq. Milleped. ℥iv. *In morbis nervinis, Arthritide, Hypochondriaciſmo, Aſthmate, Phthiſi, Scrophulis, Diuretica.* Aq. Scelotyrbica, ℥j. ij. *In Scorbuto, Diuretica.* Balneum. *In Paralyſi.* Balſ. Mirab. gtt. x. interne. *In Contuſionibus, Phthiſi, nervorum affectibus (at nollem in Hæmorrhagiis exhibere;) externe in vulneribus, ulceribus phagedænicis.* Balſ. Schefferi gtt. xx. xxx. *In affectibus frigidis, Nervinis, Gravedine, Paralyſi, Palpitatione, affectionibus Hypochondriacis, Hyſtericis.* Cataplaſma amarum. *Contra vermes (umbilico)* Cataplaſma Diaſinapios. *In Apoplexiâ, Paralyſi, Febribus peſtilentialibus.* Cataplaſma Hydropic. *In Hydrope.*

Cataplaſma de Rapis. *Ad membra Paralytica, ad tumorem teſtium.* Cataplaſma Theriacal. *In morſibus venenatis, Gangrænâ, Febre malignâ.* Cereviſia amar. Arom. ℔ß. j *In ventriculo frigido, flaccido, crudo, carminans, nauſeam tollit, ac vomitum; in ſanguine craſſo, obſtructionibus.* Cereviſia Antimonialis, ℔ß. *In affectibus cutaneis.* Cereviſia Arthritica ℔ß. j. *In Arthritide, doloribus vagis, Catarrhoſis morbis, Hydrope, acrimonia acida.* Cereviſia de Baccis, ℔ß. *Carminans, arenulas expellit.* Cereviſ. ad Cancrum ℔ß. *Ad humores acidos, Cancrum, &c.* Cereviſ. ad Cancrum ℔ß. *In Scrophulis.* Cereviſ. Cephalica ℔ß. *In Soporoſis, Convulſivis, Paralyſi.* Cereviſ. Chalybeat. ℔ß. *In obſtructionibus, ſanguine pituitoſo, craſſo.* Cereviſ. Chlorotica ℔ß. *In pituitoſis morbis, obſtructionibus, chloroſi.* Cereviſ. de Dauc. ℔ß. *In Arenulis, Diuretica.* Cereviſ. Diuretic. ℔ß. *Diuretica, Hydropica, Scorbutica, Paralytica; in Arenulis.* Cereviſ. Epileptic. ℔ß. *In Epilepſiâ, Vertigine.* Cereviſ. Hydropic. ℔ß. *In ſanguine craſſo, pituitoſo, obſtructionibus, anaſarcâ, apepſiâ.* Cereviſ. Hyſteric. ℔ß. *In Hyſtericis.* Cereviſ. Icteric. ℔ß. *In obſtructionibus, Craſſitie Sanguinis, Cachexiâ, Ictero.* Cereviſ. Scorbutic. calid. ℔ß. *In Scorbuto frigido, in aciditate, pituitâ.* Cereviſ. Scorbutic. extemporan. ℔ß. *v. Cereviſ. Scorbutic. calid.* Cereviſ. ad Scrophul. ℔ß. *In ſcrophulis, cancris, affectibus cutaneis.* Cereviſ. Splanchnic. ℔ß. *In acido ac atra bile, in Hypochondriacis.* Cereviſ. Splenetic. ℥vj. ℔ß. *In morbis hypochondriacis.* Cucuphæ. *In affectibus capitis frigidis, pituitoſis, in doloribus diuturnis (qui frigidi ſunt.)* Decoct. Allii ℥vj. *In Hydrope.* Decoct. Amar. Arom. ℥iv. *In morbis frigidis ventriculi, &c.* Decoct. Bardan. comp. ℥iv. *Ad Arthritidem* Decoct. Berber. ℥iv. *In Ictero peſſimo.* Decoct. Cephalic. ℥iv. *In affectibus frigidis Nervorum, Apoplexiâ, Paralyſi, Torpore.* Decoct. Chamæpyt. ℥iv. *In Arthritide.* Decoct. Emmenagog. ℥iv. *In obſtructionibus uteri &c.* Decoct. Febrifug. Amar. ℥iv. *In febribus remittentibus & intermittentibus.* Decoct. Febrifug. Magiſtral. ℥iv. *In febribus remittentibus & intermittentibus* Decoct. Febrifug. Salſ. ℥ij. *extra paroxyſmum febris* Decoct. Hyſteric. cochl. v. *In Paſſione Hyſtericâ.* Decoct.

coct. Icteric. ℥iv. *In Ictero, obstructionibus.* Decoct. Cort. Jugland. ℥iv. *Splanchnicum esse asserit*; quî vero medicamenta viscus unum præ alio afficiunt, aliis intactis, nos etiamnum latere fatemur; nisi ista, pyrobolorum more, certis spatiis ex improviso in medium prodeant, hinc enim fieri potest, ut particulis viscidis, quibus acriores aliquoties implicantur, tandem attenuatis, acres istæ confestim vires suas exerant; siquidem verò medicamenta non agunt, nisi per particulas sensibiles; illud remedium quod unam partem roborat, laxatve, alteram quam longissimè dissitam etiam roborabit laxabitve, paulò tamen lentius præ spatio unico interjecto. Decoct. Juniper. ℥ij. iv. *Stomachicum, Carminativum, Anticolicum, Spleneticum, Diureticum.* Decoct. Juniper. comp. ℥ij. iij. *Flatus, Colicam, Hypochondriacismum, Calculum, Menses suppressos juvat.* Decoct. ad morsum can. rabid. ℥iv. *In morsu quovis venenato.* Decoct. Neurotic. ℥iv. *Ad nervos laxos.* Decoct. Pæon. comp. ℥j. *Ad morbos splenecticos, acidos.* Decoct. Scelotyrb. ℥iv. *In sanguine crasso, obstructionibus.* Decoct. ad Scrophulas ℥iv. *In obstructionibus, aciditate sanguinis.* Decoct. Splanchnic. ℥iv. *In Sanguinis crassitie, coagulationibus.* Decoct. Splenetic. ℥iv. *In morbis à pituitâ, & acido.* Decoct. Tartarisat. ℥ij. *In Ictero, obstructionibus.* Decoct. Tolutan. ℥iv. *Pulmonicum, pituitam incidit.* Decoct. Trifol. ℥iv. *In Scorbuto frigido, Arthritide.* Decoct. urtic. alcalisat. ℥iv. *Diureticum.* Elect. Apophlegmatic. (q. s. in ore volutetur.) *Ad salivam educendam, in columellæ Tumore, anginâ, Gravedine Capitis, Cephalalgiâ, Soporosis, Epilepsiâ, Paralysi, morbis frigidis.* Elect. Cardiac. Cal. ℥ß. *Reficit vires, flatus discutit, frigidis opitulatur morbis.* Elect. Carminat. ʒij. iv. *In frigidis morbis, flatibus.* Elect. Cephalic. ʒj. ℥ß. *In Convulsionibus, Epilepsiâ, Vertigine, Cephalalgiâ.* Elect. Cinnabarin. ʒß. *In sanguine crasso, Scabie, Tuberculis pulmonum crudis, scrophulis, ulceribus, convulsionibus.* Elect. de Curcum. ʒj. ij. *In obstructionibus Hepatis, Ictero, morbis à crasso.* Elect. Hysteric. ʒj. *In Hystericis.* Elect. Icteric. ʒj. *In Ictero.* Elect. magn. ʒj. *Cardiacum.* Elect Mart. ʒiij. *In obstructionibus, Chlorosi, morbis frigidis, Ictero, Hydrope, Cachexiâ.*

Elect. de Menth. ℥j. ij. *In vomitione, anorexia.* Elect. Peruvian. Epileptic. ℈ß. ʒj. *Antepilepticum præstantissimum, anticonvulsivum.* Elect. Pæon. ʒß. j. *In Epilepsiâ.* Elect. quadrat. ʒß. j. *In morbis frigidis capitis, pectoris affectibus.* Elect. de Satyr. ʒij. iij. *Aphrodisiacum.* Elect. Scorbutic. calid. ℥ß. *In aciditate, coagulationibus, obstructionibus, Ictero, Hydrope, Paralysi.* Elect. de Sinap. ʒij. *In Scorbuto frigido, Hydrope, Soporosis, Paralysi.* Elect. Spirituos. ʒß. j. *In tremore, paralysi, spirituum imbecillitate.* Elect. Splanchnic. ʒij. iij. *v. Decoct. Splanchnic.* Elect. Stomach. ʒß. j. *In morbis frigidis, ventriculo, flatu, &c.* Elect. è Zedoar. ʒij. *In Colicâ præcipue Hystericâ.* Elix. Cinnam. Stomach. gtt. xv. xx. *In ventriculi cruditate.* Elix. Garyophyllat. gtt. xv. xx. *In ventriculi morbis frigidis* Elix. Stomachic. gtt. xv. xx. *In Apepsiâ à frigidis.* Elix. Volat. gtt. xx. *In ventriculi morbis frigidis, flatu, &c.* Emp. Aloetic. *Super umbilicum contra vermes.* Emp. Apoplect. *In Soporosis, Paralysi.* Emp. Armoniac. *v. Emp. Volatile.* Emp. Carminativ. *Crassos humores impactos alicubi discutit.* Emp. Cephalic. *In morbis capitis frigidis.* Emp. excitans. *In capitis dolore, soporosis.* Emp. Febrifug. *In paroxysmis febrium.* Emp. Ischiatic. *In doloribus Arthriticis crassos attenuat humores.* Emp. ad Languores. *In Hystericis.* Emp. Laterale. *Flatus, crassos humores discutit.* Emp. de Majoran. *Ad Catarrhum, Odontalgiam, Ophthalmiam, Uvulæ Inflammationem (nuchæ vel pone aures.)* Emp. Mastichin. *In frigidis pericranii, capitis morbis (seu doloribus, &c.)* Emp. è Merc. viv. *Ad tumores duros, dolores profundos.* Emp. Nuchal. *v. Emp. de Majoran.* Emp. de Pyrethr. *In Paralysi calefacit.* Emp. Roborans. *Ad fibras laxas supra ventriculum gestitatur.* Emp. Splenetic. 1, 2. *Viscidos stagnantes humores circulationi reddit, in affectibus spasmodicis.* Emp. Suppedal. *In torpore, deliriis, febribus.* Emp. de Thurc. *In febricitantibus ad carpos.* Emp. Volatil. *Humores crassos impactos dissipat, dolores profundos tollit.* Emp. Volat. fœtid. *Hystericis opitulatur.* Emulsio Asthmatic. cochl. j. *In Asthmate.* Emulsio Brunner. cochl. ij. *In suffocatione asthmaticâ.* Emulsio Cordial. cochl. ij. iij. *In febribus malignis.* Emulsio Hysterica

ſterica cochl. j. *In Hyſtericis.* Enem. amar. *In Aſcaridibus.* Enem. Apoplectic. *In Soporoſis.* Enem. Corrobor. *Flatus diſcutit.* Enem. Hyſteric. *In Paroxyſmo.* Epithem. Cordial. *In Palpitatione.* Eſſentia Cordialis Hyſterica gtt. iij. in Sacch°. *In Languore, Stomachica, Carminans, Diuretica, Cephalica.* Expreſſio Aſthmatica cochl. j. *In Paroxyſmo.* Expreſſio Icterica ℥iij. *In Ictero.* Expreſſio Millep. ſimp. ℥iij. *In obſtructionibus, arenulis, Hydrope, Ictero, Scrophulis, Aſthmate, Tuſſi, Phthiſi incipiente, Cancro, viſus debilitate, &c.* Expreſſio Millep. Icteric. ℥iij. *In Ictero.* Expreſſio Millep. ad Portuſſim cochl. j. *In tuſſi Infantum.* Expreſſio pæoniata ℥iij. *In morbis Convulſivis, Cephalalgiâ, Vertigine, Paralyſi, Hyſtericis.* Expreſſio Scorbutica calida cochl. iv. *In Scorbuto frigido.* Fotus Amaric. *Umbilico, in vermibus.* Fotus ad Colic. *In Colicâ quâvis humorali.* Fotus Emmenag. *In obſtructo utero.* Fotus Podagric. *In Podagrâ diſcutit.* Fotus Roborans. *In dolore frigido.* Fotus Spirituoſus. *Diſcutit, aperit, in Paralyſi, doloribus articulorum, Colica, Iliacâ,* Gargariſm. contra fœtorem. *In ore.* Garg. ad pituitam. *In affectibus frigidis ac diuturnis capitis, oris, uvulæ.* Hauſtus Amar. *v. Decoct. ſacrum.* Hauſtus ad Arenulas. *Tartarum, Arenulas, calculum expellit.* Hauſtus Hyſtericus. *Inter, ante, poſt Paroxyſmum.* Hauſtus Peruvianus. *In intermittentibus.* Hauſtus è Sal. Vol. *In ſpiritibus lapſis, Gravedine, Lethargo, Paralyſi, Cordis tremore, Pleuritide (decreſcente) Hydrope.* Infuſ. Amar. cochl. vj. viij. *In ventriculi &c. morbis frigidis, ab acidò, pituitâ, ſero.* Infuſ. Amar. chalyb. *v. Infuſ. Amar.* Infuſ. Anthelmintic. cochl. ij. *In Vermibus.* Infuſ. Araldinum, cochl. j. ad v. *In Convulſionibus.* Infuſ. Arthritic. ℥iij. vj. *In Arthritide.* Infuſ. Cephalic. ℥iv. *In capitis morbis frigidis, cephalalgiâ, vertigine.* Infuſ. Chamæm. *v. Decoct. Febrif. Amar.* Infuſ. Colic. ℥iij. Infuſ. Epilept. ℥iv. Infuſ. Zedoar. ℥ij. *Stomachicum, Cephalicum, Colicum, Arthriticum.* Julap. Camphorat. ℥ij. iij. *Hyſtericum.* Julap. Carminat. ℥iij. iv. *In flatibus, morbis frigidis, torminibus, à partu, vertigine.* Julap. de Caſtor. cochl. v. *In Hyſtericis.* Julap. Cephalic. cochl. v. *In Epilepſiâ, Convulſivis, Soporoſis,*

Vertigine, &c. Julap. Crocat. cochl. iv. v. *In cordis palpitatione, &c.* Julap. Diuret. Aromat. ℥iv. vj. *In arenulis, in constitutione frigidâ, Hydrope, obstructionibus.* Julap. Emmenag ℥iij. *In obstructionibus Mensium, &c.* Julap. Epileptic. ℥iij. Julap. Hysteric. ℥ij. iij. *Ad spirituum lapsum in Hystericis.* Julap. Moschat. cochl. v. *In Languoribus, Singultu.* Julap. Moschat. Infant. ʒij. iij. *In Convulsionibus.* Julap. Pectoral. cochl. ij. *Thoracicum calidum, pituitam educit.* Julap. perlat. cordial. cochl. v. vj. *In spiritibus lapsis.* Julap. perlat. Hysteric. cochl. v. *In vaporibus Hystericis, Convulsivis.* Julap. Propriet. ℥ij. *In Coctione læsâ à frigido.* Julap. Scorbutic. ℥iv. *In Scorbuto frigido.* Julap. Splanchnic. ℥iij. iv. *In Scorbuto, Hypochondriacismo, frigidis.* Julap. Stomachic. ℥iij. iv. *In ventriculo frigido, flatuoso.* Julap. Succinat. ℥iv. *In anasarcâ, aperiens.* Julap. Volat. cochl. j. iv. *Cardiacum, Cephalicum, Stomachicum.* Liniment. Cephalic. *In morbis capitis frigidis, pituitosis.* Linim. Paralyt. *In Paralysi, fibris laxis.* Lixiv. de Calce, ℥iv. *In sanguine salso, diureticum.* Lixiv. Hydropic. ℥iv. Lohoch. de Alio ; q. s. *Pituitam expectorat, non datur in Catarrho tenui, acri.* Lohoch Apophlegmatic. q. s. *Pituitam ex ore elicit.* Lohoch Asthmatic. q. s. *Expectorat pituitam.* Lotio Aromatic. *In frigidis capitis morbis.* Lotio Cephalica. *In Balbutientibus.* Mistura Acoustica, g^tt. iij. *In Tinnitu, surditate, optima.* Mistura Alcalisat. cochl. ij. *In dolore ventriculi.* Mistura Apoplectica, cochl. j. Mistura Arom. g^tt. xx. xxx. *In flatibus, cruditate.* Mistur. Balsam. Cephalic. cochl. iv. *In tussi, morbis capitis frigidis.* Mistur. Cardiac. Aquos. *Cardiaca.* Mistur. Carminat. cochl. v. *In flatibus.* Mistur. Colic. 2. Mistur. Consolans ʒij. *In Languoribus.* Mistur. Diuretic. ʒiij. *Urinam movet.* Mistur. Ecphractic. ℥iv. *In sanguine vapido, obstructionibus.* Mistur. Expectorans. cochl. ij. *In pituita tenaci expectorandâ.* Mistur. Expector. 2. ℥j. ij. *In pituitâ tenaci.* Mistur. Hysteric. Aquos. ℥iij. Mistur. Hysteric. Spirituos. g^tt. xx. xxx. *In Hystericis.* Mistura Juniperin. cochl. j. *In flatibus, arenulis.* Mistur. Moschat. cochl. iij. *In Stomachi dolore.* Mistur. Paralytic. g^tt. xxx. *In Paralysi frigidâ.* Mistur. Peruvian. ℥iij. *In intermittentibus,*

bus, periodicis. Mistur. Plateri. *Ad aurium tinnitum.* Mistura Salina cochl. j. *In vomitu, quia acidum corrosivum irritans absorbet.* Mistur. Scorbutic. gtt. xxx. *In Bradypepsiâ, laxitate ventriculi.* Mistura Succinat. ℥iv. *Diuretica.* Mistura Tartar. cochl. j. *In Colicâ.* Mistur. Volat. cochl. j. *In ventriculi, cerebri morbis frigidis.* Nodulus Hysteric. *Naribus in Hystericis.* Ol. Acoustic. gtt. ij. iij. *In Surditate, Tinnitu.* Ol. Cephalic. *Externe ad capitis morbos frigidos.* Ol. Paralyt. *Pro frictione, in Paralysi.* Petum Phthisic. *Pro fumo, in Catarrhis frigidis, ubi abest irritatio.* Pila Emmenagog. *Pro nascali, ad menses provocandos.* Pila Odontalgic. *In odontalgiâ in dentem intrusa.* Pilul. Alexit. ℈j. *In Languore febrili.* Pilul. de Allio. ℈ß. j. *Ad expectorationem promovendam.* Pil. de Apibus, ℈j. *Diureticæ.* Pil. Arthritic. ℈j. *Diureticæ, pepsin juvant.* Pil. Asthmatic. iij. *In Asthmate.* Pil. Balsamic. iij. *In Phthisi chronicâ.* Pil. Carminativ. v. *In flatu, Pituitâ.* Pil. de Castor. ℈ß *In Hystericis.* Pil. Cephalic. iij. *In morbis capitis frigidis, Paralysi, &c.* Pil. Chalyb. fœtid. v. *In Hystericis frigidis.* Pil. Chalyb. volat. v. *In morbis frigidis, chronicis.* Pil. è Cinnab. iv. *In morbis Convulsivis, Epilepsiâ.* Pil. de Coccinel. v. *In Diarrhœâ Symptomaticâ in malignis.* Pil. Craton. ℈j. *Contra Apoplexiam.* Pil. Diaphoretic. v. *In Febre malignâ.* Pil. Diuretic, 1. ℈j. *Urinam movent in Aquarum Spadanarum potatoribus, ubi stagnant eæ, Carminantes.* Pil. Diuretic. 2. (nº. iij.) *Urinam potenter movent, propter Cantharidas.* Pil. Emmenag. nº iv. *In tempore mensium.* Pil. Expectorantes nº. v. *Ad expectorationem promovendam.* Pil. Febrifug. nº. v. *In intermittentibus, extra paroxysmum.* Pil. Gentian. nº. v. *In intermittentibus, in ventriculo laxo, debili, frigido.* Pil. Gileadens. nº. v. *In Tussi chronicâ, Tuberculis.* Pil. Hysteric. ℈j. *In Hystericis.* Pil. de Myrrh. ℈j. *Stomachicæ, pectorales, alexipharmacæ, emmenagogæ sunt.* Pil. Nigræ nº. vj. *In pituitâ crassa expectorandâ optimæ, at non conducunt, ubi catarrhus est tenuis, seu defluxio seu irritatio molesta, continua est.* Pil. de Oliban. ʒß. *In doloribus flatulentis, frigidis lateris.* Pil. Pectoral. nº. *In phlegmate viscido expectorando conducunt.* Pil. Piceæ. ℈j. *In Pleuritidis Crisi seu*

tussi

tussi purulenta expectorandâ optimæ, ubi venæ sectiones debitæ præcesserunt, vel etiam ubi posthabitæ fuerunt, modo expectoratio deficit. Pil. Pleuritic. ℈j. *v. Pil. Piceæ.* Pil. Puerperar. ℈j. ʒß. *In Lochiis, partu, secundinis promovendis.* Pil. Salin. nº. ij. *In Ructu, flatu.* Pil. Sanct. ʒß. *Sudorificæ, in Lue, Arthritide, Rheumatismo spurio (sine Febre, vel Tumore.)* Pil. Splenetic. 1. & 2. (nº. iv. nº. vi.) *In Lienis morbis frigidis, Hypochondriacismo.* Pil. Stomachic. nº. iij. *In coctione læsâ à frigido.* Pil. Syncopales nº. v. *In spiritibus lapsis.* Pil. Tolutan. ℈j. *In tussi viscidâ.* Pil. Volat. nº. v. *In paralysi ac morbis nervorum frigidis.* Pil. Volat. Oleos. nº. v. *In paralyticis, flatibus, morbis frigidis.* Pulv. Anis. comp. ʒß. j. *In flatu.* Pulv. Arom. ʒß. *v. Pulv. Peptic.* Pulv. Arthritic. ʒß. *In Arthritide præcavendâ.* Pulv. Aurant. comp. ʒß. *In flatibus, pituita ventriculi.* Pulv. Balsamic. ʒß. *In Tussi sicca, Tuberculo.* Pulv. Capillar. *Pro Cucupha. v. Cucupha.* Pulv. Carminativ. ℈j. *v. Pulv. Peptic.* Pulv. Chalyb. ʒß. *In Cachexia, morbis frigidis.* Pulv. Colic. ʒß. *In Colica.* Pulv. Contrayerv. comp. ℈j. *In Febre maligna.* Pulv. Dentalgic. *Pro Errhino.* Pulv. Diaphor. ℈j. *In Febre maligna.* Pulv. Diuretic. 2. ℈j. Pulv. Emmen. ʒß. Pulv. Epidemius ℈j. ij. *In Febre maligna.* Pulv. Euphragii comp. ℈j. ij. *In Cæcitate.* Pulv. Febrifug. ʒß. Pulv. de Guttet. ℈j. ʒß. *In morbis Convulsivis.* Pulv. Hysteric. ʒß. *In Hystericis, Epilepticis.* Pulv. Majoran. comp. gr. xv. *In flatu, Pituita, Paralysi, obstructionibus.* Pulv. Millep. comp. ℈j. *In orthopnœa frigida, pituita tenaci.* Pulv. Myrrh. comp. ℈j. *v. Pil. Puerperar.* Pulv. de N. M. comp. ʒj. *In Pepsi à frigido læsa.* Pulv. Odorifer. ℈j. ʒß. *In spiritibus recreandis.* Pulv. Odor. Damascen. *Pro Deliciis.* Pulv. Pavon. ℈j. *In vertigine.* Pulv. Peptic. ℈j. *In ventriculo frigido, pepsi læsa.* Pulv. Pestilential. ℈j. Pulv. Pæon. comp. ℈j. *In Convulsivis.* Pulv. Salin. maj. ℈j. *In Febribus malignis.* Pulv. Sinap. ʒß. *In ventriculo frigido.* Pulv. Splanchnic. ℈j. *In Hypochondriacismo frigido.* Pulv. Stomachic. ℈ij. *v. Elect. Stomach.* Pulv. Stomach. Amar. ℈j. *In pituita, flatu ventriculi.* Pulv. ad Strumas ʒß. Pulv. Viperar. comp. ℈j. *In Ictero.* Sacch. Antiscorbutic. q. s. *In Scor-*

buto

buto frigido. Sacc. Aromat. *Ventriculo admoveatur, in pepsi læsa à frigido.* Sacc. de Cymin. *Ad inflammationem amydgalarum, &c.* Saccul. Lateral. *In dolore Lateris.* Scut. Cardiac. *Admoveatur regioni cordis.* Scut. Pectoral. *In Tussi frigida.* Scutum Stomachic. 1. & 2. *In ventriculo frigido.* Serum Scorbutic. ℔ß. Spirit. Antiscorbutic. ℈j. ʒj. *In scorbuto, acido, frigido.* Spir. Carv. comp. ʒj. ij. *In flatu.* Sp. Vin. Camph. *Externe dissipat, interne Diaphoretic.* (ad ℈j.) Succ. Cochlear. Vinos. ℥iij. iv. *In Scorbuto frigido.* Suffit. ad Catarrhum. 1. & 2. Suffit. Odorif. *Pro fumigandis cubiculis.* Suffitus Phthisic. Syr. de Allio cochl. j. *In tussi frigida.* Syr. de Ammon. f. cochl. j. *In tussi frigida, pleuritide inclinante, empyemate.* Syr. Asthmatic. cochl. j. Syr. Balsam. cochl. j. *In tussi expectoranda.* Syr. Chalybeat. cochl. j. *In Cachexia.* Syr. de Helen. cochl. j. *In tussi tenaci, orthopnœa.* Syr. de Myrrh. cochl. j. *In Asthmate, tussi pituitosa contumaci.* Syr. Nicotian. cochl. ß. *In tussi à viscido.* Syr. de Saffaf. cochl. j. *In tussi à viscido.* Tabul. Cardiac. q. s. *In palpitatione, tremore cordis.* Tab. Hysteric. q. s. *In Hystericis.* Therm. Sulphur. *Pro Balneo, in frigidis.* Tinct. Alexiter. ʒß. j. *In febre maligna.* Tinct. Aromatic. gtt. xx. *Cephalica, Stomachica, Cardiaca.* Tinct. Balsamic. gtt. xxx. *In pituita pulmonum, nephritide.* Tinct. Cantharid. gtt. iv. xx. *In urina cienda, Gonorrhœa.* Tinct. Epileptic. ℈j. ʒj. Tinct. Gentian. ℥iij. *In vermibus, colica, febre, morsu venenato.* Tinct. Hysteric. gtt. xx. xxx. Tinct. Odontalgic. *Pro lavandis dentibus, tantum.* Tinct. Pectoralis gtt. xx. xxx. *In tussi à viscido expectoranda.* Tinct. Stomachic. gtt. xx. xxx. *In ventriculo frigido.* Troch. Apoplectic. ʒj. *In apoplexia prævenienda.* Troch. Cephalic. ʒj. *In morbis capitis frigidis.* Troch. Moschat. *Pro anhelitu fœtido.* Troch. Peruvian. ʒij. *In Febre intermittente, Hectica, Phthisi.* Troch. Phthisic. *Pro Suffitu.* Troch. Stomach. ʒß. *In ventriculo frigido.* Vapor ad Anginam. *In Angina dissipanda.* Vapor Auricularis. *In Surditate.* Vapor Emmenag. *Ad menses provocandos.* Vapor Pectoral. *Saburram viscidam expectorat.* Vapor ad Urin. ciendam. *Meatus aperit, stimulat.* Vin. Amar. *v. Infus. Amar.* Vin. Amar.

chalyb.

chalyb. ℥iv. *In Cachexia.* Vin. Chalyb. ℥iij. *In ſanguine pituitoſo, acido, chloroſi, cachexia, &c.* Vin. Diuretic. ℥iv. vj. *In Hydrope, &c.* Vin. Enulat. ℥iij. *Pituitam viſcidam è pulmonibus exantlat.* Vin. Icteric. ℥iv. *In Ictero.* Vin. Mirab. ℥iv. *In ſpiritibus lapſis.* Vin. Pectoral. ℥ij. *Incidit pituitam.* Vin. Stomachic. ℥iv. *In Ructu, Flatu.* Ung. aperit. *Tumores diſſipat.* Ung. de Bills. *Ad faciei puſtulas.* Ung. Cordial. Ung. Crinific. Ung. Diſſipans. Vng. Salino-Volat. *Ad dolores Arthriticos, Rheumaticos.* Ung. Splanchnic. *ad Tumores abdominis.* Ung. Splenetic. *v. Ung. Splanchnic.* Ung. Stomachic. *Ad ventriculum à frigido læſum.*

SCHOLIA.

Remedia hæc attenuantia non ſolum in varios ordines, ſed gradus etiam ritè diffinduntur; vel è ſalibus conſtant fixis, vel volatilibus, vel oleoſo-volatilibus, vel demum ex particulis ponderoſis. Pari quidem ritu, at non perinde quam evacuantia per irritationem effectus ſortiuntur ſuos; ita parum enim ſtimulant, ut vaſa teneriora ac ſenſilia, ſanguinea, energias eorum tantum percipiant; ſiquis igitur hac in re animi pendeat, attenuantia in auctiori doſi modò exhibeantur; ex improviſo nauſeæ, vel vomitiones confeſtim ſuborientur; vel ex *Hoffmani* ſententiâ humores per anum deturbantur. Hinc evenit, ut emetica vel cathartica fiant attenuantia, ac vice verſâ, attenuantia emetica vel cathartica, variatâ doſi, eodem artificio evadant.

De attenuantibus lenioribus inter quæ *amara* primas tenent, ſermonem habeamus; quæ an *amara* nuncupantur ab Hebræis vocibus, מרה *amarities*, an à מרורה *fel*, nobis parum equidem refert, cum hic res non verba ſpectentur: Per ſalium autem fixorum virtutem agunt *amara*; hinc experientia ſola nos erudivit, ac evicit, quòd amara humoribus acidis prorſus adverſentur; inde eſt, quòd humores pituitoſos attenuent, incidant, necnon diſpergant, ac eos in tenuitatem aqueam, uti fit in albuminis ovi conquaſſatione eliquent: Inde etiam eſt, quod obſtructiones reſerent; quippe cum maſſa talis lenta, præ particulis ſuis apprimè viſcoſis, facilè vaſculorum capillarium parietibus adhæreſcere.

rescere soleat; ac proinde sanguinis ibidem, à tergo pressi, circuitui moras injiciat: Siquidem verò remedia hujusmodi attenuantia offam jamjam enatam denuò liquefaciunt, fieri vix potest, quin impedimenti causâ proximâ demum amotâ, necnon tam velocitate pressivâ primævâ, quam materiâ ac mole in statum pristinum revocatis, motûs momentum tantoperè imposterum vindicetur, ut meatus ferè qualis qualis exindè referetur, ac illico dehiscat: Quocirca cum amara cohæsiones (utpote quæ sunt aciditatis, sanguini fluidisque cæteris præsidentis, fermè sequaces) humorum impendentes præripiant; istas etiam genitas ac fixas, modo diu propinentur, ex integro subducent: Massæ putredinem ideo antevertunt, quia terram in *composito* damnatam sat ubertim possident; hinc fit, ut sulphurum evectionem necnon nisum ad avolationem omnino præcidant: Inde fortassis est, quod ubi hujusmodi febri decumbentibus exhibentur, particulæ nonnullæ putridæ in urinæ imo subsidere conspiciantur; dum residuæ interea sanguini adunantur ac assimulantur. Hac itidem de causâ, *terrâ* nimirum, *damnatâ*, fit, ut fibras passim corroborent; proinde combibonum, ex liquorum è bine confectorum perpotatione, ventriculi, uti in emporiis plerisque recepit usus, laxati haud parum inde sublevantur: Quippe cum primum saburra ibidem defixa exhauritur, mucus in ventriculi plicis residuus inde tenuatur, necnon fibræ, tonum naturæ specificæ consonum, præ particulis, quibus scaturiunt, terrestribus, confestim recolligunt. *Ulcera* detergent, ista, putà, præ proritatione ac titillatione fibrarum sauciarum miti, adeò istas identidem ac alternatim crispant, ut particulas suas saniosas libenter seponant; necnon particularum acido-corrosivarum residentiam super partem ulceratam prævertant. Suprà *amara* tam diuretica quam diaphoretica esse, notavimus: Idcirco tam hydropi anasarcæ quam cachexiis conducunt, quod pituitæ atque acido magnopere adversentur, quodque vasculorum minutulorum rimas ferruminent. Cum adhæc lumbricos enecent, non alio ex fonte, quam observatione unâ, effectûs hujus ratio hauritur, ubi notandum est, quòd lumbrici remediis vel cibis dulcibus continuò irretian-

tur,

tur; è contrario verò à medicamentis vel cibis infra vel ſupra dulcia (cum ſapor dulcis ſit quaſi in ſaporum medio poſitus) abhorrent, ita ut fœtida, aromatica, acria, ac amara, perinde atque acida, auſtera, acerba ac ſtyptica in odium habeant, necnon oleoſa quam maximè averſantur, utpote quæ annulorum rimulas, eorum perſpiracula, obturant; utut à normâ hâc generali parum nobis aberrandum eſt; ex eo, nempè, quòd quoties lumbrici his ſaporibus ſenſim anteà conſuetacti fuerint, toties hæc regula nos fallit: Hocque facilè concedent omnes, qui antra unquam perſpexerunt, quæ vermes in navium, ab Indiis ſolventium, carinis ſibi excavaverunt: Sat bene nôſtis *undam* vermes iſti non conſuetos penitùs conficere; hujuſmodi autem in undâ, ſale onuſtiſſimâ, excluſi, eà quam optimè foventur; hinc affirmandum eſt, quod conſuetudo in medicamentorum adminiſtratione valdè præſideat; adeò ut quam ſæpiſſime eveniat, ut ſpecifica ipſa magis efficacia pro minus efficacibus aliquoties variare, ſaltem eorundem doſin augere, cogamur; ſententiæ hujus pars palam fit in opio, cui ſiquis ſe aliquandiu aſſueverit, doſin augeat, neceſſe eſt; ſi velit, proſit; chirurgi præterea jampridem tradiderunt, remedia ſua balſamica, vel efficaciſſima, ulceribus phagædenicis admota, adeò interdum pigreſcere, ut ulcus iis unis neutiquam omnino cedat, niſi alia ejuſdem ſpeciei adhibeant, eorumque vice ſubſtituant.

Attenuantia *amaris* fortiora, quæ conſtant, nempè, ex particulis volatilibus, pari cum amaris ritu energias ſuas exerunt, majori vero cum impetu; hinc eſt, quod putredini adverſentur, utpote cum ſanguinem in gyrum flectant, atque hunc in modum particulas, cæteroqui ſubſtituras, adeò adurgeant, ut non detur accumulationi in quovis membro locus, neque verò vel putrefactioni. Iſtiuſmodi ſanguinem ſiccare feruntur, ubi nimiâ propinantur in doſi; quoniam diaphoretica vel diuretica fiunt. Fibras idcirco rigidas conficiunt, quòd particulas aqueas evaporent; incidunt etiam tenuantque humores. Aciditates, aquam, ac pituitam immutant. Potenter detergent, ex eo quòd particulæ eorum tenues cum ſanguine confundantur, ac proinde

partes

partes ac fibras materiam famosam continentes irritant; ex quo fit, ut cum sanguinis particulas attenuent, fibrasque vibrent, tumores idcirco dissipabunt: Siquidem acidum resorbent, grumos solvent; si igitur medicamenta oleosa unà exhibeantur, adhæsionem exterebunt, ac grumi quam efficacissimè diffluent. Astringentia per improperium audiunt, ex eo quod quando particulas aqueas exhalant, fibræ perinde siccantur, ac si astringentia introsumerentur; hincque est, quòd apud *Sylvium*, *Dolæum*, cæterosque medicos paulò consultiores, spiritum salis armoniaci faustò in raucedine cum tussi exhibitum reperiatis, qui particulas aqueas, viscidas sanguini rursum committendo, fibras tensiores, rigidiores reddendo, laxos ac patientiores glandularum meatus contractiores ac minores conficiet, ita ut cùm portio sanguini recommittatur, fibræ vero tonum suum pristinum recipiant, fieri non potest, quin raucedo, causis ejus hoc pacto amotis, tandem dispareat.

Aromatica, seu *fœtida* ex particulis volatilibus oleosis, plus minus evectis, constant; particulas spirituum consimiles adjiciunt; quod ni ita se haberet, quî fieret, ut medicorum turba toties hunc in finem fœtida ac aromatica seorsim vel unà exhiberent? ut enim primùm spiritus volatiles, volatilésve oleosi intus sumuntur; iis, qui antè sub umbras ituri fuerunt, vix dum propinantur, cum pandiculentur, cùm, calore nativo denuò accenso, spiritus ad munera pristina confestim se conferant. Pituitam efficacitèr incidunt; hinc fit, ut carminantia evadant, utpote quæ, massam agitando, eamque tenuando, flatus è bullis viscidis nimis, atque nimis tenacibus, sat expeditè eliciunt. Ad summum, amaris potentius incidunt, attenuant, obstructiones reserant discutiuntque: siquidem verò fœtida extremos nervorum tubulos cæteris longè facilius ac citius penetrant, eorum laxitatem immutant, tonumque restituunt, ac succum nervosum, lentore inquinatum, emendant, eas ob causas *nervina* ac *hysterica* speciatim audiunt.

Ponderosa sunt etiam attenuantia; quæ medicamenta, puta, præ solius ponderis causâ vires suas exerunt (aliis energiarum causis, ipsi non acceptum referentibus, im-

præsentiarum indictis): huic sententiæ *Sennertus*, in capite *de hypochondriaca affectione* aperte jamdudum astipulatus est; cum *Chalybem à pondere operari, ac partes obstructas permeare* multò antè asseruerit. Quî istiusmodi sanguinem impraegnant, hic non est disceptandi locus; supra enim particulas mercuriales, cum sanguine confusas, lumbricos enecare advertimus; unum & idem in medicamentis ex antimonio paratis evenire solet; quæ sive in liquore acido, sive acidulato infusa, seu chymicè parata, atque propinata, ex æquo vomitionem cient: Chalybeata liquori fermentescenti adjecta, luctam intercludunt; quocirca à medicis hoc obitèr observatu dignum est, quod ubi medicamenta allæ injicere velint, durante luctâ immiscenda sunt; quòd si chalybs seu ferrum una præscripta fuerint, ista non nisi luctâ finitâ addenda sunt. Qui verò solertius ac scrupulosius quæstionem hanc persequi voluerit, atomorum, gravium ac superficierum mechanicen consulat iste, necesse est: Ipsique dilucidè constabit, particulas corporis cujusvis, gravitate specificâ alium transcendentis, imò longo intervallo præeuntis, ita posse in minutias rapi, ut neutiquam alteri, leviori licet, pondere præcedat, seu, ut ita dicamus, prægravet, quin in illo fluitet; esto, gravitas eadem permaneat, at discerpto corpore superficies augescit, quocirca & in eadem ratione renitentia crescat, necesse est; discerptio enim gravitatem omnino non afficit, at superficiem ampliat; ex quo fit, ut superficie tantoperè ampliatâ, gravitate verò non mutatâ, superficiei valor (progrediente discerptione) gravitatis valorem tandem æquet; ac proinde corpus quanquam altero longe gravius, sed superficie in immensum dilatatâ, liquori leviori, præ resistentiâ auctâ, innatat; his prælibatis, mirari desinamus, quî martiata, mercurialia ac his consimilia liquores ac sanguinem imprægnant, ac fluidis seu solidis nostris vires suas actutùm impertiunt. Quocirca, quî remedia hujusmodi morbis medentur, paulisper perpendamus.

In apoplexiis, lethargis, cæterisque morbis soporosis sanguinis massa ex pituitâ, ac sero principiisque inertibus præcipuè constat, eisque adeò opprimitur, ut segniter in orbem pellatur; velocitasque ipsius tantoperè

perè in vaſculis capillaribus minuitur, ut non pedis ſpatium, non digiti, quinimo vix fili ſerici latitudinem intra horam percurrat; enim vero paſſim ſubſiſtit; præſertim ubi vaſa perquàm flexilia ſunt: Hinc eſt, quòd cum cerebrum ſit ſubſtantia mollis, in tubulis nervoſis humores nidulantur ac tandem gradum ſiſtunt, ac proinde functiones animales, ſenſatio ac motus, non poſſunt non, pro humorum quantitatis ratione, minui vel aboleri: Humorum igitur plenitudine demptâ, per emetica, venæ ſectiones, cathartica, epiſpaſtica ac his ſimilia; attenuantia exhibita, cum fluida circumagant, ac motum denuò invigorent, morbis ſomnolentis finem ſtatuunt. Non morbis ſolum ſoporoſis, à fluidorum vapiditâte excitatis, verum iiſdem etiam ab opio incautè propinato inductis, experientia duce, maximoperè proſunt: Nos intereà haud latet, authores nonnullos eoſque ſerios, *Doringium*, puta, *Sennertum*, *Pitcairniumque*, *opium* ex particulis calidis conſtare per *amaritiem*, per *flammam*, quam igni admotum concipit, per *ſalia volatilia*, necnon *oleum fœtidum*, quæ deſtillatum præbet; hoc autem mirum eſt, quòd ii ipſi authores ſibimet repugnent, cùm caſtoreum, rutam, aſſam fœtidam tanquam opii correctoria deprædicent; quî enim fieri poteſt, ut ſalia volatilia ac olea fœtida, quibus medicamenta hujuſmodi fœtida ſcaturiunt, ſalibus ac oleis conſimilibus in opio contentis (uti affirmant ii) adverſentur? Si igitur opium revera corrigant, ejuſque effectus certò præripiant; non dubium eſt, quin *opium* conſtet particulis, ſi minus in totum, at maximam partem viſcoſis, ramoſis, flexilibus.

Quoties morſos hydrophobia affligit, ſaliva canis venenoſi ac rabidi cum ſanguine confunditur, ibiq; tragœdum agit: Puerulo decenni à cane rabido morſo jampridem accerſebamur, qui ὑδροφοβίᾳ laborabat; ſex antè ſeptimanis vulnus in crure receperat, quod ex chirurgi incuriâ nimium ſanabatur citò: Quantum per tempus, quo vitam traduxerat, obſervare licuit; pulſus erat tardus ac debilis, calor nullus infeſtabat præternaturalis, os ſalivâ copiosè madefactum eſt, quam undique digitis temerè projecit; quoties potabilia illi obtulimus, intremuit, profiliit, ac torvè oculis aſtantes ſpectavit, imo bolum alexipharma-

cum non ſine labore devoravit: Quatuor poſt, ab adventu noſtro, horis ad plura migravit: nec à parentibus, nec à Tremulorum cœtu, quam Sectam pater ſequebatur, veniam impetrare potuimus, ut corpus cultro ſubjiceretur: Utut res ſe habeat, proculdubio ſanguis, veneno corruptus hujuſmodi, tam ſubſiſtere quam in tumorem inflammatorium elevari poteſt, uti hiſtoriæ hâc de re editæ ſat abundè teſtantur; cæterum ſi inflammatio eſſet unica deglutitionis difficilis cauſa, potum longè expeditiùs cibo deglutirent; cum è contrario verò, cibum ſolidum vixdum recuſent, cum liquores autem averſentur; conſtat ergo gulam aut partes contiguas non continuò tum inflammari; palam igitur eſt, quòd cauſa cur potum in odio habeant, eſt, quòd faſtidium iſtud ſit in appetitu iraſcibili, ſit delirium melancholicum, ſit mentis alienatio ſola; quî verò ſit, ut hydrophobiâ conſtanter afficiantur, hoc curioſis permittimus. A Græcis canis rabioſus λυσσώδης appellatur, ex eo, quod vermis, qui ſub canum rabioſorum linguis, ex *Plinio*, reperitur, Λύσσα nuncupetur: Cæterum cum hoc non adeò certum ſit, quin in dubium vocetur; canum poſſeſſores viderint, ne ipſi mortis iſtiuſmodi ac, vermem iſtum non extrahendo, modo ita ſit, culpæ inſimulentur, Quantum ad morſorum medelam; iis internè attenuantia, fixa, vel volatilia ſedulò exhibeantur; externè verò venenum extrahatur cauſticis admotis, vel ſcarificatione ac attenuantium ſpirituoſorum adhibitione, vulnus apertum per ſeptimanas ſex ſervetur, fluat ulcus copioſè, cæteroquin in ſummum vitæ diſcrimen conjicientur morſi.

In *Raucedine* ac *Aſthmate*, pituita, è bronchiarum glandulis exudans, canalem pulmonalem maſsâ vapidâ oblinit; hinc eſt, quod aſpera arteria multum laxetur, ac elongetur, quodque vox exinde rauca fiat; patet enim in fiſtulâ pro tonorum menſurâ conſtructâ, (anglicè, *a Pitch-Pipe*;) quod quò magis elongetur ac amplietur ipſius canalis, ſeu quo magis epiſtomium ejus à fiſtulæ rimulâ recedat; eò gravior fiet tonus; quo propiùs autem iſtud apici accedat eò acutior erit, quia quo brevior, ac magis tenſa, eſt chorda; quo etiam foramen fiſtularum vicinius rimulæ, eò acutior erit ſonus

nus, cum hic vibrationes ſint celeriores ac incitatiores; quo verò longiores vel minus tenſæ ſunt chordæ, vel quo foramen fiſtulæ, è quo prorumpit ſonus, à rimulâ magis diſtat, eo gravior; ex eo quod vibrationes hic tardiores ſint; ita ut in digitorum ſex vel ſeptem longitudine, toni tam pleni, quam hemitoni, obtuſi acutique, hoc artificio optimè notentur: Hoc in rerum ſtatu, attenuantia cum ſanguine commiſta, è bronchiis etiam extillant, fibraſque longitudinales circulareſque adeò irritant, ut contractio ſemel inchoata, ad plenariam pituitæ evacuationem uſque protrahatur; necnon ſerum in arteriis evaneſcentibus ſubſiſtens, ubique denſatum, denuò circuitui committatur.

In *Tumoribus*, à viſcido inductis; per lentorem ſtat, quod ſanguis parietibus vaſorum capillarium extremis adhæreſcat; quóque in horas aucto fibræ propinquiores ab eo comprimuntur; ac uti plus materiæ jugiter ad *impedimenti puncta* appellit, ita partes circumpoſitæ in immenſum intumeſcunt; quemadmodum igitur materia viſcida fibris impacta ſit tam cauſa tumoris antecedens quam conjuncta, ſic attenuantia exhibita ac adhibita, lentorem incidunt, ac fundunt; particulis lentis denuò fuſis, tantum abeſt, ut ultra ſubſiſtat, ut promptè rurſum circumagatur, tumorque ſubſidere cernatur. Quod ad *Tumores duros*, attenuantia his etiam aliquatenus proſunt, quippe quæ fibrarum oſcillationem, quâ circumaguntur fluida, redintegrant; quoniam verò humores impacti fibrarum parietibus firmitèr adhæreſcunt, neceſſe eſt, porrò remedia flexilia ſimul admoveantur, ut particulæ impactæ oſcillationi aliquanto expeditius cedere cogantur: Hinc eſt, quòd, quo tenuior materia fibris impingitur, eo diſcutientia uberiùs admovenda ſint; quò verò lentior, præcipuè ubi adeſt tumoris durities, eò emollientia cumulatiùs adhibeantur.

In *Anomalia* quâvis, quando nempè, humores noxii, intus forinſecus expulſi, denuò retrocedunt; medicamenta introſumpta, quæ motum progreſſivum inſtaurant, particulas iſtas morbificas, in ſanguine latitantes, vehementèr protrudunt; adeò ut cum miaſma iſtud noxium partes extremas rurſum inviſat, ſymptomata gravia actutum præcidantur; quoniam quod ſanguini

antè infestum fuit, jam non ampliùs ibidem moram trahit; inde fit, ut arthritides, elephantiases, aliive morbi anomali, tam atrocia aliquoties usque inducant symptomata, quoad, rursum per medicamenta attenuantia propulsi, levamen subsequatur.

Quandoquidem dolores quidam sunt terebrantes ac rodentes; iique ab acido plus minus acri pendere censentur; quid impedit, quo minus attenuantia acido isti repugnantia doloribus hujusmodi opem ferant? ut enim primum acidum immutatur, mucus inciditur, erosio aboletur, ac dolor, qui à materiâ acido-acri ortum ducit, confestim auferetur: causâ enim sensionis istius molestæ amotâ, quiescit dolor.

Cum emaciatis subinde nutritiva parum prosint, constat marasmi causam aliquoties ab obstructionibus exordium sumere; uti fit in lienteriâ; quandoquidem enim vasa lactea maximam partem obturantur; necesse est, priùs impedimentum hujusmodi tollatur, quam reficiamur; hoc demum amoto, vasisque reseratis, nutrimentum, quod per anum deturbaretur, jam istis proderit: Idem fere fit in *aridura*, quæ plerumque ac potissimùm à nervorum obturatione oritur; quæque remediis attenuantibus facillimè cedit; hic autem non est sermo de membro arido, à fracturâ malè reductâ oriundo; quamvis etiam hic attenuantia suum habent usum.

Corollarium.

Electuarium Cardiacum.

℞ Conf. Absinth. Roman. ℥j. Conf. Anth. ℥ß. Spec. Diambr. s. o. ℈j. Chel. Cancror. Oc. Cancror. pp. ana ʒiß. cum s. q. Syrup. de Atriplic. m. f. Electuarium molle, de quo capiat quantitatem N. Moschat. horâ unâ vel duabus ante decubitum, superbibendo cochl. iij. vel iv. *Julap. Chorici.* (z. ℞ Aq. Lact. Alex. Ceras. n. ana ℥iv. Aq. Pæon. C. ℥ij. Sacch. q. s. m. f. Julap.)

OBSER-

OBSERVATIONES.

Cum electuarium hocce acidum immutet, flatus inde ortos etiam dissipat; spiritus insuper lapsos erigit: Hinc est, quòd languores hystericos minuat, dematve: Quando adhæc anorexia, spirituum languidorum comes, necnon ab eorum lapsu orta, ægrotantes infestat, maximopere prodest; brevi appetitum acuit, languores aufert, ructus acidos ac cardialgias inde ortas, tollit, hystericisque potissimum auxiliatur.

Aqua Nephritica.

℞ Flor. Oxyacanth. cong. ß. Vin. alb. cong. ij. n. m. ras. nº. iv. destillentur ad cong. iß. Dosis cochl. iv. horâ somni, &c.

OBSERVATIONES.

Titulo *Aquæ Nephriticæ* propterea insignitur, quòd arenulas deturbet; siquidem vero aromatica est, satiùs *Aquæ Carminativæ* quam *Nephriticæ* nomine gauderet; cum salium volatilium oleosorum, in eâ contentorum, energia in ventriculi ac intestinorum muco potissimùm exhauriatur, flatus, muco incubantes, dissipat; quippe quæ bullas incidunt, vapores in eis conclusos evaporant, ac crepitus deorsum pellunt. Hoc verò de *Carminativis* notatu dignum est, quòd non antè exhibenda sunt, quam muci copia redundans educatur; quippe quæ cæteroqui massam intestinorum lentam adeo tenuarent, ut intestina molem rarefactam haud fere continerent; quin ilia rumperentur: Quod si emetico leni, ac cathartico mitiori, pituita canalis parietibus laxiùs adhærescens exhauriretur; quanquam carminantia residuum in bullas exhalarent, sed per anum vel os quàm facillimè, necnon cum levamine prorumpunt flatus. Eximius vir aquam hanc tanquam arcanum deprædicavit.

Tinctura Stomachica.

℞ Absinth. Roman. ℥ß. Rad. Gentian. Sem. Coriand. Cardamon. ana ʒj. infund. simul in Aq. font. ℔ß. f. colatura; cui adde Aq. Nephritic. ℥iij. m. f. Tinctura; capiat cochl. iij. horâ unâ ante prandium.

OBSER-

OBSERVATIONES.

Tinctura hæc concinna est, pituitam flatusque sat idoneè emendat, expellitve; ac proinde doloribus ventriculi tensivis, ructibus, anorexiæ, aciditati, lacteorum obstructioni, cachecticis, morbis frigidis, scorbuto frigido opem fert; quippe quæ attenuat, incidit, calefacit, rarefacit.

Julapium Pyreticum.

℞ Aq. Lact. Alex. ℥iß. Ceras. n. ʒß. Cort. Peruv. subtiliss. pulv. ʒß. Aq. Pæon. comp. ʒj. Syr. Capill. Vener. ʒij. m. f. haustus 3. vel 4. quâque horâ sumendus, ad octo vices, extra paroxysmum.

OBSERVATIONES.

Febrium intermittentium ac remittentium paroxysmos cortex peruvianus tollit; corticis vero hujus semuncia in adultis non febrem intermittentem, multò minùs remittentem propulsabit; quinimò ægroti cacochymici uncias duas sæpiùs prius devorant, quam febris ex integro abigetur.

Qui laborantium vitas plurimi faciunt, in corticis electione adeò sint cauti, ut optimum excerpant; quî enim fieri potest, ut cortice putrido, annoso, marcido, febris auferatur; notandum enim est, quòd cùm per salia sua fixa ac volatilia potissimum agat; quî fiet ut istis eversis pellatur febris? Constat autem salia corticis putridi propterea avolasse; quòd ex ligno, radice, vel plantâ putridis salia fixa vel volatilia prorsus elici nequeant, siquidem ex *Tachenii* sententiâ, in auram avolarint. Hinc fit, ut febres toties reduplicentur, ut ex intermittentibus in remittentes, ex remittentibus in continuas quàm sæpissimè migrent: Ut pharmacopœi, medicinam factitantes, febres citiùs ac feliciùs aliquoties quam ipsimet medici abigant, ex eo quòd corticem selectiorem in usum proprium asservent, nec eum, nisi medicis sibi probè notis, omnino largientur; excusatos nos lectores habeant, quòd paulò vehementius illos de noxis, per corticis spurii exhibitionem illatis

moneamus,

moneamus, quandoquidem eos noſtro periculo, at Deo grates, jampridem elapſo hortamur.

Corticis exhibitio non febribus ſolum periodicis opem ferre reperitur, verum etiam epilepſiis, convulſionibus, aſthmatibus ſiccis, hyſtericis, opitulatur; quinimò morbis quibuſvis *periodicis* ita ſubſidio venit, ut, ſive intra horarum', dierum, menſium, ſeu anni τροπάς recurrant, magnopere proſit. Hoc autem notandum eſt, quòd *evacuantia priùs exhibenda ſint*, ſeu, quod idem eſt, *humores prius ſudoribus, diarrhœis, cæteriſque fluxibus ſpontaneis extruſi ſint*, (uti morbis hujuſmodi diu afflictatis ſolenne eſt) ſeu, *periculum ideò ſit in morâ, quia ſpiritus maximopere exhauriuntur; quàm corticem intus propinemus*; quippe cum cortex plethoram excitet metaphoricam, neceſſe eſt igitur, prius evacuationi operam navemus; demum etiamſi, ſpiritibus vel lapſis, humores redundent, tamen febre ſemel depulsâ nocumenta, quæ corpori non purgato vel aliquo modo depleto iſte intulerit, viribus tandem recollectis, facilè præcaventur.

Julapium Stomachicum.

℞ Aq. Lact. Alex. ℥viij. Cinnam. h. Abſinth. mag. comp. ana ℥iv. Sacch. albiſſ. q. ſ. m. f. Julap. cujus capiat cochl. iv.

OBSERVATIONES.

Quandoquidem cardiacum ac ſtomachicum eſt, tam ſpiritus languentes erigit, quam introſumpta coquit: Quoties Diarrhœa ideo introducitur, quia inteſtinorum fibræ aliquantò laxiores ſunt, quæcunque intra eorum parietes amplectuntur, præ onere uno dilabi ſinunt, toties julapium hoc fibris ſpiritus ſuppeditans, eas denuò ita tendit, ut contenta ad tempus debitum uſque retineant: Spiritibus vinoſis hoc ſolenne eſt, ut cum ſero admiſti, ſerum in offam abeat albam; hinc fit, ut ſpiritus vini admotus hæmorrhagiæ opem ferat; hincque eſt, quod à *Bohnio vulnerum hæmorrhagiis* tantoperè deprædicetur, hinc forſitan eſt, quod arcanum ἴσχαιμον Taſburghenſe ſolvatur in ſpiritu vini, quoties admovendum eſt; ac denique hinc erit, quòd julapium hujuſmodi

jusmodi Diarrhœis auxilio sit, cùm serum tenue nimis inspisset.

Electuarium Scorbuticum.

℞ Conserv. Absinth. Roman. Rosar. Rubrar. ana ℥ij. Spec. Diambr. s. odor. ʒj. Pulv. Ari comp. ʒj. Chel. Cancror. oc. Cancror. pp. ana ʒiß. cum s. q. Syr. è Cortic. Citri, m. f. Electuarium molle, de quo capiat quantitatem Castaneæ manè & vesperi & cubitum iturus, superbibendo cochl. iij vel iv. Julapii proprii.

OBSERVATIONES.

Præscriptum hoc pituitam, serosos humores ac aciditates immutat; quoties igitur materia hujusmodi morbifica in ventriculo, vel intestinis, cardialgias, colicas anxietatesque inducens, hospitari solet, toties id ægrotis emolumento erit: Cum singultus ab acido plerumque initium sumat, necesse est, cum acidum exinde immutetur, remedio cedat huic: Salia, sanguini præsidentia, quæ fluorem adepta sunt, quæque vibices, gingivas putridas, dolores vagos, spirationem à motu acclivi anhelam, pectoris constrictionem, palpitationem, febres erraticas, sudores profusos, vertigines, vigilias vel somnum perturbatum, ac, brevi, scorbuti frigidi symptomata residua induxerunt, electuario huic diu exhibito locum dant: Nulli autem dubitamus, quin scorbutus, iste salibus mineralibus quibusdam magis pertinacibus oriundus, huic remedio cedere recuset; quique propterea usque durabit, quoad salia specifica affatim exhibeantur: Neque quivis unus nos inscitiæ vel incuriæ hâc in re incuset, quoniam in libello, cui titulus erit *Prælectiones Pharmacomathicæ*, apertè demonstrabimus; medicamenta quædam proprietatibus adeò potiri individuis, ut sal v. g. nitrosum magis per unum quam alterum idcirco immutari cernatur; quî fieret alias, ut ptyalismus diutius protractus, citius à floribus sulphuris, quam decoctis ac bochetis maximè pomposis, intercipiatur ac tandem ex integro sistatur. Quocirca medicorum munus est, ut telluris indolem exactè calleant, ut salium, quibus aquæ loci istius impregnantur, natura

natura ſpecifica ad amuſſim perquiratur; ita enim fiet, ut ſanguinis vitia certiùs dignoſcantur, ut ii remedia apodicticè præſcribant, ut morbos, quibus iſtius urbis vel pagi incolæ afflictantur, chronicos, quam efficaciſſimè depellere ſciant: Quippe cum morbo cuivis contrarietas remedio ſit, antidotum tantùm, ſine magno labore, ſali viroſo accommodandum eſt; hinc fit, ut eximius ac nobilis *R. Boyle in aëris hiſtoria* ſalium ſubterraneorum genium nobis indagare jampridem conſuluerit.

Infuſum Cardiaco-Stomachicum.

℞ Abſinth. Roman. ℥ß. Flor. Anthos. p. j. Rad. Gentian. Sem. Coriandri ana ʒj. infund. ſimul in Aq. Bullient ℔ß. f. colatura; cui add. Aq. Pæon. C. Aq. Nephritic. ana ℥iij. m. f. infuſum.

OBSERVATIONES.

Cum infuſum hocce ſit *Tinctura Stomachica* conſimile, vires eaſdem at majores quam iſta obtinet: Hinc fit, ut efficaciùs aliquantò cardiacum ac carminativum ſit; ut ventriculis frigidioribus melius aptetur; ut pituitam vel ſaburram lentam ac viſcidam, in inteſtinorum canali diverſantem, colicas doloreſque flatulentos ſuſcitantem, potentius incidat, ac attenuet; doſis ipſius eſt cochlearia tria vel quatuor ante prandium; quod ſi ſimul appetitus proſterneretur, aquarum ſpadanarum Germanicarum, prope Leodium, ſelibram ſuperbibendam idoneè ſatis præſcribere ſolebat.

Electuarium Ecphracticum.

℞ Conſ. Roſ. Rub. Abſinth. Rom. ana ℥iß. Chel. Cancror. pp. ʒij. Spec. Diambr. ſine Odor. ʒj. Chalyb. cum Sulph. pp. ʒj. cum ſ. q. Syr. è Cort. Citri; m. f. Electuarium molle, de quo capiat quantitatem caſtaneæ mane, veſperi & horâ decubitûs quotidie ſuperbibendo cochl. iij. vel iv. *Infuſ. amar. Stomach.*

OBSERVATIONES.

Medicamentum hoc obſtructiones vaſorum reſerat; quocirca menſium ſuppreſſionem revocat: Quippe cum tam

tam pondere quam falibus fcateat fixis; compofito agendo modo aperiet; quoniam cum falia fixa lentorem tenuent, chalybs autem gravitate potiatur ingenti, referationis momentum ponderis ac potentiæ fequax, contingat, neceffe eft; fi tamen folidorum vitia eximamus, quæ uti fignis patent pathognomonicis, ita volumus, medela vitio fibrarum peculiari repugnet.

Electuarium fequens à patre meo cum eventu profpero in menfibus fuppreffis fæpius ufurpatum novimus.

℞ Limatur. Martis cum Aceto pp. ℥j. Cinnam. Nuc. Mofchat. ana ʒj. Rhabarb. elect. ℈j. Aromat. Rofat. ℈ij. Mell. optim. defpumat. Sacch. albiffim. ana ʒvj. m. f. Electuarium, cujus capiat magnitudinem caftaneæ horis medicis (10ma fc. mane, & 5ta pomer.) fuperbibendo infuf. cujufvis amari vel Vin. Abfinth. cochl. vj. vel hauftulum.

Hoc autem notandum eft, quod ægrotulæ robuftæ emeticum ex vino benedicto filtrato (uti antimonialia debent) conftanter prius propinabant, quam illud exhibuit; emetico exhibito dein electuarium hoc devorabant fœmellæ ad modum præfcriptum; ftatim ab electuario fumpto, exercitium adhibebant ftrenuum, motum fc. acclivem, aliumve mochlicum; triduo emenfo; die deinde quarto, primâ luce, eis extracti panchymagogi ℈j. vel quantum feceffus quinque vel fex promoveret, dedit; die quinto necnon quotidie ex ifto die denuo electuarium horis medicis fumi juffit; cavendo, ut alvus extracto panchymagogo horâ decubitus exhibito bis in die refponderet, ad fextum ufque, ante periodum, diem; fexto autem ante fluxum die, vena, *Saphena* dicta, incidebatur, fluebatque fanguis ad uncias quinq; deinde capiebant bis in die femifcrupulum pilularum ex quantitate caftorei ac myrrhæ anaticâ cum balfamo quovis confectarum, quibus fuperbibebant feri fabinati hauftulum; necnon fub idem tempus peffum vel nafcale, ex fucco mercurialis & felle bubulo, goffipio exceptis, ac fyndoni circumvolutis, quâque nocte vaginæ intrudebatur. His confectis, menfes, qui longè

longè ante ſubſtitiſſent, certo ferè certiùs haud multò poſt ex voto prorumpere obſervabantur: notandum autem eſt, nos hic ſermonem de menſibus, in emaciatis, ſuppreſſis non habere; quippe cum *Foreſtus* ſcitè jamdudum advertit, *menſes in extenuatis provocare niti empiricum eſſe*; utpote cum fluxus iſte in infantulis, gravidis, lactantibus, extenuatis, ac vetulis ſit revera ſymptomaticus; cujus anomaliæ menſuram noxæ inde ortæ teſtantur.

Quò chalybeata in hepate obſtructo deprædicant nonnulli, hoc alii illa vituperant; noviſſimi iſta præ particulis ſuis ſtypticis viſcus iſtud nimiùm indurare affirmant, primi verò illa præconiis efferunt, proptereà quòd præ pondere, una cum ſulphure admiſto, vaſcula minutula reſerent: Eximius practicus *Jac. Waldſchimidius* chalybeata in ſcirrho hepatis certè defamat: Siquidem igitur parum abeſt, quin obſtructiones hujuſmodi à quovis regimine perperam inſtituto in ſcirrhos quam expeditiſſime evadant; practici hujus ſententiam honore proſequamini, volumus.

Quoties tam ſpiritus deſunt, quam corporis adeſt habitus laxus, uti mulierculis hyſtericis paſſim obvium eſt, toties præſcriptum hoc utramque facit paginam.

Quanquam chalybeata ſumentibus hoc ſolenne ſit, ut ſpatia aliquot conficiant, vel ſemet poſtea corporis labore parum defatigent; ſed *Claudinus* in lecto iſta exhiberi jubet, præſertim ubi labor iſte turbas cieverit; hocque ſemel verum eſſe in adoleſcentulà reperi, quæ chalybeata, quoad à motu ſe continuit, benè tulit; quæ tamen à labore anxietudines, palpitationes, dyſpnœas ac ſymptomata varia induxerunt.

Quoniam chalybs ac martiata vim poſſident aſtrictoriam, idcirco fibras pulmonum adeò criſpant, ut ii humoribus oppleti, veluti Catarrhoſis, Dyſpnœicis, Tuſſientibus, ac Aſthmaticis ſolenne eſt, magis idcirco ſuffercientur, quòd pituitæ expuitio, quadantenus critica, exindè multum inhibeatur; aſthmati vero hyſterico, ſubſidio veniunt, quòd acidum nervis infeſtum obtundant ac abſorbeant.

Primroſius p. 126. *de morb. mulier.* jamdudum nos monuit, ut chalybeata retenta per anum clyſterum ope

deturbaremus; retineri autem tum patet, cum fæces non ſint, ab eorum uſu, nigrore vel virore tinctæ: Num verò idcirco in periculum, ab eorum retentione, venimus, quòd particulæ chalybeatæ perinde inteſtina erodant, atque cribrum, per quod colantur, dilacerent, uti Pharmacopœo *St. Quintin* in tractatulo ſuo videtur, litem hanc componere nobis haud omnino vindicabimus.

Sennertus aperientia cum aſtringentibus continuò commiſceri jubet; exemplum in chalybe quam maximè illuſtratur; quî verò ſtyptica apertioni conducant, non adeò conſtat; niſi quòd vaſorum parietibus ſibi invicem propius accedentibus, liquores contenti celeriùs circumagantur, uti *hydroſtatices* periti probè nôrunt.

Pilulæ Febrifugæ.

℞ Cort. Peruv. optim. ſubtiliter pulver. ℥ß. Ol. Cinnam. g^{tt}. ij. Syr. Capillor. Vener. q. ſ. f. Pil. minores, obruente pulvere Corall. r. pp. quarum octo capiat horis alternis, vel horâ quâque tertiâ, in cochl. Vini aquâ admiſti alexiteriâ, ſuperbibendo hauſtum ejuſdem.

OBSERVATIONES.

In febris intermittentis vel remittentis intervallis, ſeu Ἀπυρεξίας exhibendus eſt *cortex*; ac uſque repetendæ ſunt doſes ex eo, quoad febris conquieverit.

Aſthmati Hyſterico, modò prudentèr exhibeatur, quàm maximè opitulatur; venæ ſectio igitur, ubi plethora adeſt, iteratò celebretur; epiſpaſtica, pro indicationis menſurâ, admoveantur; opiata intus ſumantur pro ſpirituum Ἀταξίας modulo; demum paroxyſmi aſthmatis iſtius ſæpius repetentis corticis exhibitione intercipiantur.

Epilepſiæ corticem opem tuliſſe certum eſt, ſi tamen evacuationes debitæ præceſſerint; dummodò annum vigeſimum quintum nondum ſuperaverint: Id autem ex hoc præcipuè fit, quòd epilepſiæ periodicè recurrant.

Hæmoptoi ſubſidio venit, ſi venæ ſectio prius celebretur, ac ſanguis, pro viribus ac impetu, extrahatur; ſi dein agglutinantia (qualia ſunt amylum, gummi arabicum, albumina ovorum, *ſyrupus* è ſymphyto, *&c.*

ſeu ſtyptica (ea ſunt ſanguis draconis, acacia, bolus vera, crocus martis aſtringens, tinctura antiphthiſica, ſaccharum ſaturni, *&c.*) ſeu acidulæ; ac demum cortex ritè exhibeantur. Num cortex in *hæmoptyſi* idcirco ſolummodò præſcribatur, quod ſit ſtypticus, jure meritò ambigimus: Quippe cum plùs amaritie quam ſtypticitate polleat, magis idcirco ſale ſuo fixo vas jam diſruptum dehiſcere cogeret, quam particulis ſuis terreſtribus illud occluderet: Quamobrem cùm hæmoptyſi febricula plerunque periodica adjungatur; neceſſe eſt, cortex potiùs ſanguinis fluxum ex eo reprimat, quòd periodum antevertat, quam quod vaſculi diſruptionem agglutinet; hinc fit, ut geminâ de causâ hæmoptyſi conveniat; primùm ac præcipuè quòd febrem depellat; deinde quòd vas apertum etiam ferruminet.

Electuarium Lætificans.

℞ Conſ. Roſar. Rub. Abſinth. Rom. ana ℥ſs. Anthos ℥j. Spec. Diambr. ſ. o. ℈j. Chalyb. cum Sulph. pp. ʒij. oc. Cancror. pp. ʒiſs. cum ſ. q. Syr. è Cort. Citri, m. f. Electuarium, de quo capiat quantitatem Caſtaneæ horâ decimâ mane, & horâ ſextâ pomeridianâ, ſuperbibendo Julap. alicujus cochl. iij.

OBSERVATIONES.

Hoc parum ab *Electuario Ecphractico* diſcrepat, ut idem ferè ſit; propter flores tamen anthûs adjectos ac chalybis quantitatem majorem, magis efficacitèr aperit; ſequens vero illi longè præcellit.

℞ Conſ. Flor. Abſinth. Flor. Tamariſc. Enul. condit. Cort. Citri cond. ana ℥ſs. n. m. in Indiis condit. ʒiij. Spec. Diarrhod. Abbat. ʒj. Chalyb. pp. ʒij. Sal. Abſinth. ℈j. Croc. ℈ſs. Amb. gryſ. gr. v. Syr. è conditur. Citri q. ſ. f. Electuarium, cujus capiat magnitudinem caſtaneæ bis de die ſuperbibendo Vin. Martial. cochl. ij. Aq. Rut. ℥ij. Sacch. Cand. q. ſ. m. f. Hauſtus.

Quòd noviſſimi hujus electuarii ingredientia univerſa *aperientia* ſint, hinc fit ut obſtructiones lacteorum, hepatis, lienis, uteri, vel uſpiam potentèr reſerent: Cùm

 in

in chalybis autem præparatione variæ avolent particulæ, circuitui ſanguinis circumagendo idoneæ, ac motui ipſius inteſtino inſtaurando utiles, ferrum eum virtute longè præcellere aſſeritur: Quippe quod proximè mercurium ipſum, uti fertur, attenuet, aperiat, incidat, pituitam ac ſeroſos humores immutet, acidum abſorbeat, fibraſque porrò præ ſtypticitate ſuâ corroboret: *chalybs* autem cùm ad ferrum ſit 7852 : 7643. ſeu 1, 209 : 1. cum etiam propter præparationem magis fiat ferro elaſticus; quid eſt, cur ferro, tam ſanguini circumpellendo, quam motui inteſtino renovando, ineptior ſit? quippe cùm præ pondere ſuo ac gravitate relativâ majori, ſanguinem ferro magis adurgeat, necnon cùm lucta ſemper eo major ſit, quo corpora, inter ſe contraria, celerius mutuo ſibi accedunt, ac ſtatim reſiliunt; inde erit, quod ferro hac de causâ etiam longè præeat; quinimo cum mercurii vires ponderi ferè ſoli tribuantur, chalybis autem efficaciam non ſolum à pondere, verum etiam ab elaſticitate metiamur; mercurii momentum iſtud chalybis vix ſuperabit, cùm $14 \times 1 = 14$: at $7 \times 2 = 14$: quia quantò mercurius chalybem pondere præcellit, tantò chalybs mercurio viciſſim elaſticitate præit: Hinc erit, quòd perinde, ſi non magis, aperiat, quam vel ipſemet mercurius.

Infuſum Bechicum.

℞ Sem. Sinap. ℥ß. allii ʒiij. infund. in Vin. alb. opt. ℔ij. m. f. infuſum, de quo bibat hauſtum ad libitum.

OBSERVATIONES.

Præſcriptum hocce aſthmaticæ cuidam exhibuit egregius vir. De reſpiratione jam pauliſper ſermonem habeamus; actio eſt ex centripetâ ac centrifugâ mixta; expiratio cùm ſit potius actionis ceſſatio, ceu actio centripeta, nullo certè ſit negotio; quoniam gravium deſcenſus, vis corporibus innata, facile perficitur; cum inſpiratio verò ſit actio centrifuga, ſine conatu gravi non efficitur; hoc enim conſtat, quòd quo majorem ac obtuſiorem angulum coſtarum peripheria cum axe ſphæroidi pectoris fictitio ſub ſe contineat; eo major vis motrix ſit, neceſſe eſt: Ac proinde eo difficilius

 inſpiratio

inſpiratio conficietur; quod ſi reſiſtentiæ huic inſitæ externa etiam ſuperinjiceretur, inſpiratio ita non deinceps perficietur, ut ægroti ſæpius in ſuffocationis periculum exindè venire cernantur: Hinc fit, ut cum aſthmaticus nemo evadat, niſi poſtquam fluida vel vaſa malè afficiantur; nocumenta iſta paululum expendamus, deinde ſinatis.

Ut reſpiratio igitur ritè peragatur, neceſſe eſt, muſculi, nervi, arteriæ, venæ, vaſa lymphatica, glandulæ, ſeu partes ſimilares; coſtæ, pulmones ſeu organa; quàm optimè ſe habeant; ſanguis, lympha, ſuccus nervoſus ac cætera fluida ritè circumagantur; quoties enim vel vaſa vel organa vel fluida quantitate, qualitate, motu, ſitu, ſubſtantiâve peccant; quid mirum, ſi morbi tum aliquoties immedicabiles ſubſequantur?

Interdum fit, ut muſculorum adſit inflammatio, uti ferè in pleuritide evenire ſolet; ubi ſerum rheumaticum ſeu lentum ita parum muſculorum fibrillas pervadit, ut ipſarum parietibus firmiter adhæreſcat, ac demum ſubſiſtat; hinc fit, ut eæ intumeſcant, ac dolor inflammatorius, ac pulſatorius, quamprimùm ſubſequatur; qui cùm in horas augeſcat; neceſſe eſt, abſceſſus tandem pone ſubeat; hoc in rerum ſtatu, ſtatim ut vaſa deplentur, ſanguiſque paulo uberius ſubtrahitur; inflammationis fomite hunc in modum ſubtracto, organa ita fluidorum impetu vacant, ut fluida placidius impoſterum circumagantur; ſanguinis extrahendi autem menſura dolori, reſpirationi difficili, ac viribus accommodanda eſt; his ita confectis, refrigerantia ac diluentia deinceps ideò propinentur (qualia ſunt aquæ papaveris rhæados, lactucæ, portulacæ, paralyſeos & ſimilia, ſal prunellæ, &c.) quia motum progreſſivum leviter refrænant; aperientia porro mitiora idcirco exhibeantur, (ea ſunt infuſiones ſtercoris equini non caſtrati, antimonium diaphoreticum, margaritæ, Dens apri, mandibula lucii, &c.) quòd concretum ſolvant ſanguinem, ac motum progreſſivum leniter promoveant; opiata leniora propterea introſumantur, (quæ ſunt ſyrupus papaveris rhæados, de meconio, tinctura papaveris rhæados mynſichti, quinimo quandoque lauda-

num) quod ſpaſmos dolorificos compeſcant, nec non vigilias abigant; oleoſa etiam tam internè quam externè uſurpentur; ea enim laxando, materiam bronchiis adhæreſcentem ita extergent, ut iſta promptiùs aliquanto expuatur; partes nimium tenſas ita ampliant, ut fluida multò expeditius circumpellantur; hiſque peractis, inflammationi, imò vel abſceſſui, finis aderit.

Quoties nervi laxantur, paralyſi hujuſmodi laborare conſtat; hoc in caſu ſpiritus ita parum nutritionis muneri ſat ſunt, ut functionibus peragendis omninò deſint; quocirca muſculi coſtarum levatores (ſubclavii, ſerrati, ac diaphragma) ſpirituum ſuppetias nec à colli pari tertio, à decem thoracis paribus ultimis, nec à lumborum pari primo, ob eorum inopiam vel obturationem prorsùs recipiunt: Hinc fit, ut *aſthmata nervina* ſubinde oriantur: Talia autem aſthmata citra aperientia, ſalia volatilia, ſalia volatilia oleoſa, cardiaca, ac ea quæ motum invigorant, irritant, quæque obſtructiones reſerare certò ſcimus, non cedunt.

Coſtæ quandoque luxatæ vel fractæ aſthmati anſam præbent, quæ chirurgorum ope repoſitæ, morbo huic finem ſtatuunt; quæ tamen adeò ſæpè coaluerunt, ut ſint ferè immobiles, nec igitur aſthmati huic cura præſto aderit.

Pulmonum glandulæ inflammatæ ægrotantes aſthmaticos reddunt; quippe cum moles eorum hunc in modum amplietur, aëris ingreſſui vix datur locus; quocirca ſanguis vel ſubſiſtet vel ſegnitèr nimis circumagetur; quæ de pleuritide eſſati ſumus, hic etiam valent; cum ſit inflammatio verò minuta, parcius evacuandum eſt.

Quotieſcunque vaſa humorum ſarcinâ onerantur, pulmones ſemet ſat explicare nequeunt; ubi enim arteria ſeu vena pulmonalis inflatur, bronchiis quamvis vel ſtrenuè inflatis, vix aut ne vix pulmones explicantur; uti *Blancardus Prax. Medic. p.* 118. apertè demonſtravit: Hinc fit, ut cum ſcorbutici, chloroticæ, hypochondriaci, aſthmatici evadant, neceſſe eſt, plethora iſta particularis venæ ſectione, cucurbitulis ſcarificatis, catharticis, epiſpaſticiſve priùs exhauriatur, quam humorum vitia emendentur: Repletio verò à *Platero* memorata, quæ ſæpiùs in praxi occurrit, quæque moribundis

ibundis evenire folet, evacuantibus abigi nequit; emenſo enim horum vitæ curriculo, quorſum famæ periculum moliremur? Siquidem enim aſthmatis hujus cauſa humorum ſtagnatio eſt, hujuſmodi haud multum ab interitu abſunt; quinimo humores hic tantoperè ſubſiſtunt, ut ægroti vel aſtantium acceſſum procul amovere aveant. Aſthma hoc cachecticis è vita migraturis ſolenne novimus.

Vaſa lymphatica quam ſæpiſſimè ita obturantur, ut periodus ejus redux, ſi minus impediatur, at certè, retardetur; atque peripneumonia notha exindè ſubſequetur; quæ aſthma etiam inducit; quæque iiſdem methodis, quibus pleuritidi medemur, auferri ſolet; niſi quòd tùm febris ac reſpirandi difficultas non adeò urgeant, proinde venæ ſectio parcius celebranda eſt; necnon lenientia hic idcirco conveniunt, quòd feroſorum humorum copiam tam minuant, quam alio devocent; quibus ſi porro aperientia paulò fortiora exhibeamus, obſtructio quam citiſſimè cedit. *Catarrhus ſuffocativus* his ipſis remediis methodiſque, ſi tamen citò ac ſedulò adhibeantur, abigi poterit.

Ætate paulò provectiores, ita ſanitate quam facillimè excidunt, ut vaſa ſanguini circumpellendo inepta fiant; ſpiritibus inſuper iſtiuſmodi adeò caſſi ſunt, ut ſanguinis motus progreſſivus nimis ſegniter perficiatur: Hinc fit, cum fluida eorum ferè effœta, ac lenta ſint, ut, paſſim in fibris ſubſiſtant; inde eſt, quòd bronchiæ eorum laxatæ nimis ſerum expeditè admittant, quod adhæc crura eorum ſub idem tempus œdematoſa evadant, quòd demùm ſenes plerunque aſthmatici ac hydropici ſimul ſint. Siquidem autem hujuſmodi utplurimum febre vacant remedia calefacientia audactius aliquanto iſtis propinamus: Quocirca ſtatim ut evacuationes magis univerſæ præmiſſæ ſunt, ac pro viribus repetuntur; diuretica poſthac cum emolumento ægrotis exhibemus; propterea quòd non glandulas ſolum renales efficaciter proritent, verum etiam bronchiarum fibras ita fodicent, ut eæ pituitam quam citiſſimè excutiant; ex quo fit, ut cauſâ aſthmatis conjunctâ etiam expugnatâ, reſpiratio mox liberior exinde fiet. Infuſum hoc paralyticis etiam, aſthmate

labo-

laborantibus, egregiè propterea proderit, quòd in intimos nervorum tubulos penetrare eosque promptè satis reserare queat.

Electuarium Hystericum.

℞ Conf. Absinth. Roman. ℥ij. Conf. fol. Rut. ℥j. Chalyb. cum Sulph. pp. ʒiij. Zinzib. in Indiâ condit. ℥ij. cum q. s. Syr. è Cort. Citri f. Electuarium molle, de quo capiat quantitatem juglandis mane & vesperi quotidie; & superbibendo cochl. tria vel quatuor *Infusi Cardiaco-Stomachici.*

OBSERVATIONES.

Si cum *Highmoro* remedia, quæ passioni hystericæ subsidio veniunt, lustremus; bezoardica ac alexipharmaca eatenus illi utilia esse comperiemus, tam quoad humorum motum à centro ad peripheriam ab intus, extrinsecus, adurgent, quàm quoad spiritus erigunt: Cum corpora enim mulierum δυσδιαφόρητα ferè sint; istiusmodi remedia perspirationis mensuram intendendo, humorum cumulum imminuunt: Fœtida adhæc necessariò exhibentur, non quoniam spiritus figunt, sed quia eos revera suppeditant: Quando igitur electuarium hoc particulis constat ejusmodi, paroxysmis hystericarum alleviamento erit: Quòd si paulò accuratiùs morbi hujus causas perpendamus; æquo feratis animo, petimus.

Ut morbum igitur hystericum melius capiatis, symptomata hysterica inter se diffidentia paulisper contueamur: Hæ autem somno perturbato, Diarrhœis, vomitione, convulsionibus, asthmatibus siccis, ptyalismis, sudoribus colliquativis, palpitationibus, cephalalgiis, ac febre erraticâ, anguntur, neminem verò reperietis, quæ non sit continuò convalescentiæ prorsus exspes; quoties utique urinæ copia debita non excernitur, vomitio vel Diarrhœa ejus vice funguntur; quibus itidem quiescentibus, asthma siccum aliquoties pone subit: Quod superest, hoc notandum est; hunc in modum laborantes ita symptomatum angi diversitate, ut longè aliis cras quam hodie jugitèr affligi soleant. Illæ verò colicis, sudoribus glutinosis ac frigidis, virium prostratione

ſtratione ſummâ, ſuffocationibus, capitis gravedine, ventriculi inflatione, necnon ſymptomatibus cachexiam denotantibus laborant, quæ ita procul febre abfuerunt, ut vel calor defuerit naturalis ac pulſus tardus ac debilis fuerit. Jam quiſquis ſymptomata hæc multifaria ſerio contemplatur, promptè fateatur, neceſſe eſt; paſſionem hyſtericam haud ab unâ eâdemque causâ conſtanter oriri, verum tamen ex variis, eiſque toto inter ſe diſſidentibus cœlo, ſtatibus omnino pendere liquido conſtare; ex quo fiet, ut morbi hujus depulſio neutiquam iiſdem jugiter remediis abigi queat, quin totis aliis auferri debeat: Aſt ne multa, quam breviſſimè vobis methodos, quibus paſſionem hanc fauſtò depulimus variis in ſanguinis geniis, nunc delineabimus.

Hæc cum ita ſint, atque ſic ſe habere experientia noſtra quam ſæpiſſimè nos edocuit: Morbi hujus cauſas longè inter ſe diſſidere concludamus, neceſſe eſt; quamobrem fieri non poteſt, quin medela etiam haud parum diſcrepet. Priori igitur ſanguinis temperamento depravato in ſequentem morem rectè occurritur; cum ſub acidi, quam maxime corroſivi, ditione ſit ſanguis, remedia diluentia intus exhibeantur, propterea quòd ſalia ipſius ſeptica multum exinde ſegregentur; alcalina mitiora ac teſtacea propinentur, ex eò quòd illa reſorbeant ac obtundant; necnon opiata ſumantur, quoniam punctionis cujuſvis ſenſum, imo ſenſionem quamcunque moleſtam retundunt, quinetiam Ἀταξίας irritatione ſatas, omnino compeſcunt: Cùm poſteriori autem, quippe quòd acidum ſit, ex *Sylvii* ſententiâ, auſterum, diluentibus, particulis calorificis onuſtis, alcalinis volatilibus, opiatiſque, ſolùm reſinosâ opii parte gaudentibus, obviam eamus: Hinc eſt, quòd temperamento calidori, aquas Spadanas Pauhontii, Saveniri, Tunbrigiæ, Iſlingtoniæ, lac aſininum, vaccinum, caprinum, aquam fontanam, vipâ calefactâm, pulveres teſtaceos (ea ſunt oculi cancrorum, chelæ eorundem, margaritæ & ſimilia) ſyrupum de meconio ritè accommodemus; cum frigidiori verò, Thermas Somerſetenſes, aquas Granatenſes, Bourbonenſes, Patavinas, aliaſve, ſal volatile cornu cervini, ſalis armoniaci, ſpiritum cornu cervini, ſalis armoniaci, ſal volatile

latile oleoſum, chalybeata, ac demum Laudanum Londinenſe, Laudanum Tartariſatum, Sydenhamii, tantummodo exhibeamus. Jam, quiſquis Sydenhamii de Paſſione hyſtericâ diatribas unquam pervolverit, profiteatur, oportet, quandam ipſius ſpeciem ex ſpirituum vacillatione ac vappâ omnino pendere; ſiquidem verò ſcrutinio hujus morbi omnibus numeris abſoluto exciderit, ità remedia indolis calidæ ſemper exhibere ineptum eſſet; maximè, quid eſt, cur ipſemet vir nullo non honore proſequendus, aquas Spadanas, lac, necnon corticem in mulierum hyſtericarum ſolamen tantoperè deprædicaverit; niſi quòd inſtituta longè alia præter *debiliorem ſpirituum craſin* ſibi propoſuerit: Quî enim fiet, ut lac craſin hanc everſam in meliorem proveheret? At ipſius verba regeramus “ Si quæ verò ex
“ remediis ſupra recenſitis minùs conveniant, quòd
“ *temperamento bilioſo ac tenui præditis ſæpè accidit,*
“ *tunc DIÆTA LACTEA poſſit uſurpari.* Etenim
“ mulieres aliquot (quod prima ſtatim fronte mirabi-
“ tur quis) cum affectibus hyſtericis diu conflictatæ,
“ etiam iis qui omnes medicorum conatus ſpreve-
“ rant, eluſerantque, tandem lacte ſolo aliquandiu
“ veſcentes convaluere. Id verò in hâc curandi me-
“ thodo præcipuè mirandum, quòd *cum lac frigidum*
“ *tantum crudumque alimentum præbeat, ſpiritus nihil-*
“ *ominùs ejus uſu corroborentur invigorenturque.* Nec
“ tamen hoc à ratione abhorrere illis videbitur, qui
“ ſecum reputaverint, lac, cùm ſimplex omninò nu-
“ trimentum ſuppeditet, naturæ minus in coquendo
“ negotium faceſſere, ſecus ac ſolent cibi ac liquo-
“ res magis compoſiti, quodque perfectiſſimam illam
“ concoctionem *æqualis ſanguinis ſpirituumque craſis*
“ *neceſſariò ſequatur.* Illud etiam eſt advertendum,
“ quòd non nuda ſpirituum debilitas, per ſe conſi-
“ derata, ſed *eorundem debilitas ad ſanguinis ſtatum*
“ *comparatorum,* ἀταξίας quam patiuntur, cauſa ſit. Quî pote, ut ipſe medicus, qui in præfatione ſuâ qualitates primas ac ſecundas ita contemptui habuerat, hic cum iſtis rurſum in gratiam redeat? Quid eſt, quod lac haud perinde pituitoſis ac ſeroſis hyſtericis atque bilioſis ſpiritus ſuppeditaret, craſinque emendaret?

et? "Cum *podagrâ* v. g. *laborans calefieri aut refri-*
"*gerari possit, vigente adhuc podagrâ, necdum devictâ:*
"Cùm *methodo hàc quâ diversæ tantum qualitates*
"*introducuntur, morbi specifici non magis immediatè*
"*perdomantur, quam ignis gladio extinguitur. Quid*
"*enim obsecro, calor, frigus, humidum, siccumve aut*
"*è secundis qualitatibus, quæ ab his pendent, alia ali-*
"*qua ad morbi curationem faciet, cujus essentia in ha-*
"*rum nullâ consistit? Morbi species destruenda,* quali-
tates spernendæ sunt. Quid igitur tantoperè incumbit, ut lac passionis hystericæ specificum, temperamento tàm nugatoriè accommodet? Num necesse est, sanguinis statum, quem in præfatione susque deque habendum inculcaverat, ad spirituum crasin emendandam, advertamus? Palam igitur hìc recognoscit, quod in Præfatione tantopere defamâsset; *bonus dormitat Homerus!* Cum ipso igitur inficias non ibimus, passionis hystericæ speciem, temperamento bilioso oriundam, lactis ope abactam iri; illam *alimento frigido crudoque* depulsam iri fatemur, quam chalybi cessuram prorsus abnegamus. Quam facile igitur hallucinantur ii, qui principiis universalibus immorari præ se ferunt; morbis itaque *specifica* affigere futile est, ast qui *illa* causis delegare dignantur, prudenter agunt. Morbi enim essentia causarum variarum seriem denotat, ceu aggregatum est ex variis causis simul connexis conflatum: Quocirca non pote est, ut remedium simplex tam multis indicatis continuo accommodari queat, quin, quoties causa una vel altera variatur, remedium energiâ suâ excidat, necesse est: Adhæc τὸ *morbus* vox est prorsus æquivoca, quippe cum passio, scilicet, hysterica non causam solum antecedentem designet, verum varias etiam conjunctas sub se comprehendat, remedia causæ antecedenti perutilia, istis, conjunctis medicantibus, aliquoties omninò repugnant: Quot autem eventus infausti sæpenumero ægrotis obtingunt, causâ antecedente licet devictâ, conjunctis etiamnum posthabitis? Pari fere ritu, etiamsi periodo cortex adversari comperiatur, cephalalgiis tamen, diarrhœis, doloribus, vomitionibus symptomatisque multifariis inde oriundis, citra causarum horum symptomatum conjunctarum ani-

animadverſionem, parum conferre ſciatis; quoties enim ſymptomatum atrocitas, febre licet demptâ, ſeu evanidâ, laborantes trucidaverit? Cortex igitur non eſt febris intermittentis collectivè ſumptæ, verum periodi ſolius antidoton ſeu ſpecificum: Hinc conſtare arbitramur, vix aut ne vix *morbo*, cæterùm *cauſis* dari antidota; nec in poſterum igitur *morborum* ſpecifica tam ſedulo perquirenda ſunt, quàm *cauſarum* depulſio unice indagari ſupereſt: Non igitur *morbi* ſed *cauſæ* ſpecies deſtruenda eſt: Quinetiam quid eſt, cur cauſas remotas tantopere infamet, conjunctarum autem medelam ſolummodo inculcet; hoc enim eſt ſibi non conſtare: Quandoquidem cauſa remota ac conjuncta inter ſe in imaginatione ſolâ diſſident, cum conjuncta ſit cauſa remota fibris impacta: paulò autem infra τὸ *remotam* in alio lònge ſenſu intelligit; cum eam *primo primam* ac *remotiſſimam* nuncupet; neminem, nimirum, tam incurioſum reperiemus, quin pituitæ, cum ſit morbi cujuſvis cauſa, texturam adeo indagaverit, ut eam ex ſeri copiâ, ſulphuris exiguo, cum acidi pauxillo coagulati, ac terrâ conflatam exacte noverit; ac ejuſmodi morbis ſinapi, naſturtium ac conſimilia idcirco opem ferre, quod acidum demoliendo coagulationes, inde oriundas, ſubſiſtentias & alia auferre comperiatur: Ii vero, qui acidi in pituitâ, ac ſalis volatilis in ſinapi texturam ac craſin intimam ſeu eſſentiam perſcrutari volunt, ex omnium medicorum ſententiâ plane ineptiunt: Egregius autem vir in præfatione nec *eſſentiam*, nec *ſecundas qualitates*, verum *ſpecies* ſolas deſtrui præcipit; quî autem ea, causâ proximâ ac remotâ non cognitâ, quæ à qualitatibus ſecundis, &c. initium ſumunt, auferri queat, nos etiamnum latet; quinimo apud ipſum in praxi tacitè in confeſſo eſt, non tam ſpecies quam cauſas morborum diruendas eſſe: Hanc autem excurſionem excuſatam habeant lectores benevoli; propterea quod tanti viri allucinationes avidè foveant tirones; atque uti morbi ſpeciem, citra cauſarum comprehenſionem, indagare nequimus; ita, cauſarum indagine ab ipſo ſpretâ, morbi ſpecies nunquam non percontantibus hujuſmodi deliteſcet, neque tales unquam, quin authoritate ſolâ freti, morbos depellent; quàm

fœlicitèr

œliciter autem hi praxin exercebunt, perpendant medici; cum methodus hæc ſit omnium longè fallaciſſima.

Quod ad præſcriptum hoc, paſſioni hyſtericæ, ſtatu pituitoſo, acidove prognatæ, quàm optimè accommodatur, quodque eventu fauſto rarò deſtituitur; cumque exercitium à chalybis introſumptione peropus ſit, huuſmodi verò ſint ſpirituum exortes, equitatio ambulationi longè præit: Quippe cum ſpiritus exinde minùs evaporentur, at exercitii ope chalybs ſat expeditè circumpellitur. Cathartica fortiora nunc certè evitanda ſunt, aſt lenia in uſum vocentur; ex eo quod fortiora ἀταξίας cieant, mitiora verò alvum ſubducant, quam chalybeata repreſſerint.

Quæ de paſſione protulimus hyſtericâ, de malo etiam hypochondriaco vera ſunt: Quippe quæ parum vel nihil inter ſe diſſident.

Hiſce in morbis igitur ubi ſpirituum craſis evertitur, evacuantia propinare ineptum eſſet; quoniam eos magis exinde proſterneremus; remediis idcirco hic alliolticis unis omnino fidendum eſt.

In chachexiis, ſanguis particulis vapidis ac effœtis valdè oneratur; atque ſubſiſtentiæ paſſim aptus eſt: Sed num quia

> Ὀυ γὰρ σῖτον ἔδουσ᾽ οὐ πίνουσ᾽ αἴθοπα οἶνον
> Τοὔνεκ᾽ ἀναίμονές εἰσι. *Hom. Il. E. v.* 341.

an quia nimium biberunt, hic non diſceptandi locus eſt; hinc autem eſt, quod crura ac femora œdematoſa fiant; hinc etiam evenit, ut ductus plerique ſecretorii obſturentur; hinc enim fit, ut renes urinæ non multum ſecernant; ut hepar bilis exiguum ſegreget, quoniam particulæ viſcidæ glandulas hepaticas obſtruunt, icterumque exinde introducunt; hinc eſt, quod ventriculus ſaburrâ viſcidâ ſufferciatur, tam ab alimentis, nimirum ingeſtis, quam à glandulis, quæ ſuccum ſeu fermentum nullum, præterquam quod viſcoſum eſt, quódque parum aut nihil vel fami vel alimentorum coctioni conferre reperitur: Hinc eſt, quòd chloroſes idcirco nonnunquam introducantur, quòd uteri glan-

 dulis

dulis, ex lentore obturatis, ſanguinis motus, exindè ſegnior factus, deoppilationi parùm conferat: Hinc fit, ut menſes vel parciùs fluant, vel omninò ſubſiſtant, vel pallidi ſint; imò toti ſanguinis maſſæ lentor præeſt; pulmones itidem phlegmate viſcido adeò redundant, ut glandulæ ipſius laxentur, intumeſcant, ac ſteatomatoſi tandem evadant; necnon vaſa ibidem ſanguifera iiſdem humoribus, qui bronchiarum parietibus adhæreſcunt, ita opplentur, ut ſanguinis gyrus multùm indè interpelletur; præcipuè verò hujuſmodi à motu acclivi aſthmaticæ fiunt; ex eo, quòd exercitium motum ſanguinis acceleret ac vaſculorum ſurculos diſpandat, ita ut, cum veſiculæ inflari nequeant, aër non irruat, nec inſpiratio ritè perficiatur: Quando verò cauſa ita permanentèr affligit, ut nuſquam remediis cedat, præſagium dirum prædicamus, neceſſe eſt. Præſcriptum hocce, maſſam lentam tenuando, motum progreſſivum intendendo, ac ſecreta urgendo, proderit: Quinimo iſtud cachexias ex integro auferre comperiemus, ſi tamen cautè ac tempeſtivè exhibeatur: Quoties autem virgines ita chloroſi laborant, ut obſtructiones inveteraſcant, ac per moras invaluerint, remedia chalybeata ita parum conferre affirmamus, ut ſymptomata dira, quinimo mortem ipſam urgeant.

Vinum Aperitivum.

℞ Rubiæ Tinctor. ℥j. infund in Vin. Hoccomorenſ. ad ℔iiß. f. colatura, de quâ bibat hauſtum ad libitum.

OBSERVATIONES.

Vinum hoc, unà cum pilulis infrà præſcriptis, obſtructiones reſerat.

Pilulæ Deoppilantes.

℞ Pulv. Ari comp. Rad. Gentian. Rhabarb. opt. Chalyb. cum Sulph. præp. ā ℨj. cum q. ſ. Syr. de Chalyb. m. f. Pilul. minores, quarum quatuor capiat mane quotidie, & tres veſperi, & ſuperbibat hauſtum *Vini Aperitivi.*

OBSER-

OBSERVATIONES.

Vinum hoc unà cum pilulis hiſce hepatis obſtructiones ac proinde icterum reſerare idoneè ſatis comperitur:, Quippe cùm humorum lentor ſanguinem in vaſis capillaribus ſubſiſtere cogat, ac eam ob cauſam, bilem intra vaſa retineat, ita ut in hepate ſecerni nequeat, neceſſe eſt, chylus bile non irroratus ſit moles indigeſta; hinc fiet, ut cibi deglutiti crudi deorſum ferantur; hincque erit, quòd cutis, oculorum album, ac urina flavo, nigro, viridive tingantur colore, qui copiæ retentæ ita congruit, ut color eo magis vel minus intenſus ſit, quò major vel minor bilis retineatur quantitas; laſſitudines etiam ſpontaneæ, deliquia, ſapor oris amarus laborantes conflictant; quando enim ſanguis qualitatibus ſuis balſamicis excidit, quî fiet, ut ſpiritus ſani ſecernantur? Cúmque bilis ſit quàm maximè oleoſa, ita ut linteamina tam iſtâ quam ſapone mundentur; neceſſe eſt, fibræ adeò laxentur, ut robur, fibris rigidis perindè ac circuitu placido ortum, omninò deſit. In ictero igitur ubi primum vaſis ſecretoriis hepaticis impulſum ſat validum impertivimus, offamque congelatam ſolvimus, cedit obſtructio, ac evaneſcit icterus: Si igitur emetica ac cathartica primùm laborantibus exhibeamus, ita elidentur vaſa, ut obſtructio defodiatur exindè; vinum autem ac pilulæ hæ deinceps humorum cohæſiones ita diriment, ut ii tenuiores facti circumpellendo magis fiant idonei; niſi quod ita invaluerint icteri, ut in ſcirrhos ac hydropes tandem evaſerint. Vos autem monemus, ut caveatis, ne pulveres, ex particulis volatilibus conſtantes, diúque in officinis aſſervatas, ad obſtructiones reſerandas exhibeatis; quippe cùm plantæ volatiles exiccentur, parum idcirco morbis frigidis conducunt, quòd partes earum volatiles multò ante avolârint. Rheum huic præſcripto conſultò propterea adjicitur, quòd cùm humores deorſum ferat; irritet, neceſſe eſt; quando aperientia ac cathartica parum inter ſe diſcrepant, cùm, auctâ remedii deoppilantis doſi, humores per anum ferantur; catharticum igitur in doſi minutâ exhibitum aperiat, neceſſe erit.

Hydropes, anaſarcæ nuncupati, tam à ſanguine lento quam fibris laxatis oriuntur; quippe cum fibræ ſero pituitoſo diù immergantur, magis in dies ampliantur, atque magis fiunt inde flexiles; ex quo fit, ut vaſorum lymphaticorum ora ita non lympham recipiunt, ut ſubſiſtat; hincque œdemata paſſim, præſertim in cruribus, cæteriſque partibus pendentibus, oriuntur: Jam, tametſi cathartica ideò conducunt, quia ſerum redundans ac lentum fundunt, exhauriuntque; ſanguinis tamen lenti παλιγγενεσία vix, citra attenuantium adminiſtrationem, præciditur; quæ per particulas volatiles perinde motum invigorant, particulas activas paſſivarum vice adjiciunt, perſpirationem provehunt, ac urinam per renes rurſum in copià debità propellunt: Hoc inter ſalia fixa ac volatilia intereſt quod hæc vixdum cum ſanguine confunduntur, cùm evaporentur; illorum verò effectus diutius fluidis immorantur: Hinc eſt, quòd ſalia fixa urinam certius quam volatilia proritent.

Obſtructionem qualemcunque præſcripta hæc aperiunt; quocirca quando uteri vel vaginæ glandulæ materià lentâ ita obturantur, ut fluxus menſtruus emanare nequeat, quin ſanguis tantoperè depravetur, ut ſymptomata multifaria, aſthmata, nimirum, colicæ, cachexiæ cum aliis quamplurimis inducantur, menſium fluxus prius redux fieri nequit, quam vires recolligunt, ac morbi aſcititii auferuntur: His confectis, vinum ac pilulæ meatus tandem aliquando reſerabunt.

Quantum ad modum, quo emmenagoga effectus ſortiuntur ſuos; multum certè inter emeticorum ſeu catharticorum ac emmenagogων operationem intereſt; cum illa per immediatam tunicarum ventriculi ac inteſtinorum proritationem humores exhauriant; hæc verò quanquam vaſa parùm irritent, præcipuè tamen ſanguinem tenuando, motumque ejus inſtaurando agunt; ex quo fiet, ut idcirco fluxus ſubſiſtat, quod ſanitate exciderint; rurſus autem promanabit, quòd temperamentum juſtum redierit.

In lienis obſtructione *Henricus ab Heers* chalybeata multum, his verbis, deprædicat, " Chalybeatis autem " lienes quoſvis obſtructos, feliciter curari, in aſcly- " piadarum lycæo, tam tritum eſt, ut gannire videa-

" tur,

"tur, qui de eo dubitat, potiùs quam philoſophari & " cum ratione loqui." Hoc verum eſſe in melancholiâ hypochondriacâ in temperamento frigido affirmamus; in hujuſmodi enim, cum fluida vaſa majora ſegnitèr tranent; neceſſe erit, illa vaſcula capillaria multò torpidius permeent; hincque fiet, ut concretiones immedicabiles frequentèr exoriantur: Quinimò non obſtructiones tantum viſceri ſuperveniunt huic, verum cerebrum ipſum, non multò poſt, deliria contumaciſſima frequentèr invadunt; quæ laborantium vitas ærumnis afficiunt, quinimò obruunt.

Ex *Joëlis* obſervatione, incommoda chalybe oriunda, ex eo quòd ea uberius aliquanto exhibuerimus, hæc ſunt, *cephalalgiæ* nimirum, *linguæ ac corporis totius ſiccitas, viſcerumque dolores*; ſub hoc tempus, ſiquidem metam, temperamentum, nimirum, juſtum attigerimus, chalybi valedicendum eſt; quoniam *omne nimium vertitur in vitium*; quando enim aliqui temperamentum, quo exciderant, ſanum receperunt, remediis ulterius juſto non ſunt fatigandi, quippe cum hunc in modum temperamentum aliud ex æquo inimicum introduceremus; eſto igitur cujuſquam ſanguini acidum præeſſe, à quo medici induſtriâ adeò laborans vindicatur, chalybeatorum, nempè, ſalium volatilium fixorumque teſtaceorum, conſimiliumque ope, ut ſanus jure merito habeatur; quid eſt, cur hujuſmodi remediis injuriosè laſſemus; cum enim nunc redierit ſanitas, iiſdem ea remediis, quibus illam recollegimus, diutius exhibitis, certò dirueretur; paradoxon autem hoc ne videatur vobis, quoniam acido ad gradum quendam offendente, at dirempto, totidem gradibus alcali corpus noſtrum afflictaret, quot temperamentum naturæ amicum exuperaret: Hinc in medicando medio tutiſſimi imus.

Vinum Rhenanum, quo vir utitur egregius, haud multum deprædicamus; quoniam, etiamſi genuinum ſit, eſt tamen acerbum, ac proinde tantum abeſt, ut aperiat, ut meatuum occluſioni potius accommodetur; quinimo non tantum vinis aliis dilutius eſt, verum præterea tempore æſtivo etiam neceſſariò aceſcit, ex D[ris] *Merret* ſententiâ, nec, niſi oinopolarum artificiis vili-

bus, usurpatur; à quibus num corporibus insanis tum usui erit, medici saniores pro nobis sententiam ferant.

Sterilitati chalybeata maximè conveniunt; siquidem autem aliquoties ista muneri huic deesse compertum habuimus; liberum nobis sit, aliquantisper expatiari, quî operi huic sat esse desint. Sterilitas à tubarum distantiâ ab ovario nimiâ orta, ideò curari recusat, quia cum pendeat à conformatione partis malâ, perinde remediis atque digitorum exuperantia cedet: Neque medicamenta balsamica tubarum ulceri multum conducent, utpote quod tubas sæpenumero coalescere efficiet, ac proinde conceptioni spem omnem adimit. Quando fluida autem aliquo vitio laborant, medicus exspes non sit; esto igitur quanquam fluore laborare albo; quoties ægrotantes eo, per phlegmagoga, quæ pituitæ redundantiam exhauriunt, per amara, chalybeata, salia fixa ac volatilia, quæ pituitam emendant, perque remedia tandem styptica ac glutinosa, quæ meatus glandularum laxatos apertosque constringunt occluduntque, expedivimus, viris aptæ evadunt, ac ad conceptionem, à coitu valido, idoneæ fient. Fluxus menstruus immodicè emanet, quamdiu perstat nec remediis cedit, tamdiu prolis spe, nec injuriâ, dejiciuntur. Cum appetitus fœminarum venereus plerunque vigeat, nisi si sanguis sit sale omnimodo cassus; hujusmodi sanguinis statui medicari perrarò accersimur; experientia autem propria nos edocuit, tale quid aliquoties in praxi obtigisse; evacuantia hic massæ vapidæ ac effœtæ necnon viribus congruant; alterantia exhibeantur ea, quæ partium tonum laxatum roborent, motum sanguinis progressivum instaurent, salia activa adjiciant, ac motum intestinum restituant (hæc sunt chalybeata, salia volatilia ac fixa, amara, acria & similia;) hinc fiet, ut, secretionibus pristino more peractis, sanitas redeat, appetitusque haud multo post ex voto revivifcat. Mensium suppressione, à remediis aperientibus, vel etiam coitu valido sublatâ, conceptioni habiles deinceps fiunt; dubium autem non est, quin mulieres, menses nunquam expertæ, concipere valeant; quandoquidem hoc non tantum experientiâ *Liberii Histor. navigat. Brasil. c. 7*, necnon *Georgii à Torre*; verùm

nostrâ

noſtrâ etiam patet; fœminam enim quandam viro nobis probè noto nuptam meminimus, cui menſes ante nuptias nunquam promanaverant, quæ nihilo ſecius ſæpius peperit, cujus menſes itidem à primo partu regularitèr fluxerunt. Non ita pridem cadaver, à furcâ emptum, cultri anatomici ope perluſtravimus; cujus tubæ fallopianæ utrinque ita ſteatomatibus obturabantur, ut nunquam idcirco in conceptionis diſcrimen, quanquam illi millies coirent homines, venire potuiſſet; hoc autem illi ità fuit, quòd pergræcabatur; meretrix etiam fuit perdita, nunquam autem concepit nec uti demonſtravimus potuit unquam; ſpiritus enim vini, quem continuò uberrimè ingurgitavit, ſerum ita coagulat incraſſatque, ut motui in orbem tandem ineptum fiat; ac proinde demum alicubi ſubſiſtit, ac vel polypos vel tumores generat.

Hauſtus Ecphracticus.

℞ Millep. contuſ. n°. xxx. Vin. aperitiv. ℥iij. m. f. Hauſtus bis in die ſumendus.

OBSERVATIONES.

Millepedes vino loti ac ſiccati, more ſolito, nimirum, parati, parum ideò conferunt, quia ſalia eorum volatilia in auram avolant; cùm ſuccus eorum ab inſectis vivis expreſſus iiſdem ubertim ſcaturiat, ac proinde morbis pituoſis acidiſque magis conveniat.

Millepedes cum *vino aperitivo* propterea admiſcentur, quod meatum obſtructum longè efficaciùs aperiant; hinc miſtura hæc hepati obſtructo ſeu ictero faciet ſatis, utpote qui à ſero congelato, arteriarum hepaticarum extremis adnaſcente, plerunque exoritur; qui ab hujuſmodi volatilibus, amariſque à coagulo hoc cito vindicatur, ac rurſum motui circulari redditur: Hoc autem ſeriò inculcamus, ut remedia tam alterantia quam evacuantia pedetentim, non confertim propinentur; quippè cum natura ſenſim remediis conſuefacienda ſit.

Cum ophthalmiis millepedes ſubveniant; notandum eſt, quòd non ejuſmodi ſubſidio ſunt, quibus genarum excoriationes adſunt, verum iis unis opem ferunt, quorum

quorum palpebræ humoribus gummosis agglutinantur, quibus etiam vinum ex *Hippocratis aphorismo* 31. *Sect.* 6. prodest; cum ejusmodi enim sanguis tenuetur, necesse sit; remedium hoc his utile erit.

Asthmati humido millepedes auxilio sunt; quoniam bronchiis pituitâ lentâ oppletis, citra medicamentorum irritantium opem, eæ vix aut ne vix istâ expediuntur; hinc fiet, ut anheli evadant laborantes, nisi si *Lac Ammoniaci*, succum mellepedum, aquam hyssopi, oxymel scilliticum, crocum, ac consimilia istis propinemus.

Millepedes, ex eo quod sale constent volatili, melancholiæ hypochondriacæ aliquoties opitulantur frigidæ; quoniam uti morbus hic ex authorum plerorumque sententiis ab acido austero initium facit, ita isto everso symptomata dira evanescunt; non enim acidum immutat modò, sed, diuresin etiam promovendo, ab humorum cumulo subtrahit; ii autem, quorum morbus ab *atra bile* exordium sumit, à medicamentis volatilibus omnino abhorrent; verum enimvero ex *Theod. Craanen in medicamentorum examine*, hujusmodi venæ sectiones, victus refrigerans, plantæ filiceæ, ceterach, &c. aquæ spadanæ ac similia medicantur; ex eo quod ità *acidum corrosivum* immutando morbo finem dabimus; huic autem quàm optime edulcorantibus, ac diluentibus, occurritur; hisce enim salium corrosivorum aculei obvolventur, ea itidem per aquea ab invicem sejunguntur; chalybeata porro vitriolica ideo prosunt, quia obstructiones referant; hisce addendum est, monemus nempè ut inter remediorum usum sedulo se exerceant laborantes, utpote cùm exercitio, equitatione præcipuè, sanguinis motus æquabilis fiat; fluida hoc modo ultro citróque ex facili urgentur.

Julapium Thoracicum.

℞ Aq. Ceras. n. Absinth. mag. comp. Tinct. Croc. Vino Canarino præparat. ana ℥iv. Rad. Gentian. nodulo inclus. ʒß. m. f. julapium, de quo capiat cochlearia tria mane, & ad libitum, urgente dyspnœâ.

OBSER-

OBSERVATIONES.

Aſthmata ſæpenumero à ſpirituum inopiâ pendent; nam ſi coſtæ in inſpirando ad digitos uſque tres in ſublime tollerentur; ſpiritus autem adeò muneri huic deſunt, ut ultra unum elevari nequeant, reſpiratio parva ac frequens ſit, neceſſe eſt, ac proinde *Tachypnœâ* laborant decumbentes: Hoc in caſu, remedia cardiaca, pro eo ac uſurpantur, ſpiritus erigendo, ac vires adjiciendo, aſthmati huic auxilio ſunt, cum hujuſmodi paulò poſt, aërem multò liberius inſpirent.

Ubi combibones ita liquoribus omnigenis ſanguinem ſuum inquinaverunt, ut ſpiritus eorum fere obruantur exinde; julapium hoc, ſuppetias ſpirituum novas ſuperinjiciendo, ſymptomata dira, mutuo ſe inferentia, efficacitèr depellit.

Aſthmata iſta vitæ coronidi ſupervenientia evacuantibus haud ideo cedunt, quia ſpiritus jam exhalatos ulterius exhaurire inſanire eſſet; neque alterantibus locum dant, quoniam alterantium operatio ſegnitèr perficitur; cæterum cardiacorum energiæ ſat cito cedere comperiuntur, quippe quæ ſtatim, ac ſumuntur, ſpirituum cumulo adjiciunt.

In variolarum malignarum declinatione laborantes ſæpe fiunt anheli, non ex eo quod pituita lenta bronchiis adhæreſcat, ſed quod hyſtericarum more ſuffocari videantur; cum autem ſuffocatio hujuſmodi à ſpirituum ἀταξίᾳ plerunque pendeat; priùs ſuppeditentur ii, neceſſe eſt, quam anhela talis reſpiratio relevetur; quocirca julapium hoc ſymptomati huic ſubſidio veniet.

Crocus ab authoribus *anima pulmonum*, nec injuriâ, nuncupatur; his, nimirum, de cauſis, quippe cum particulis conſtet mucoſis, pituitam glutinoſam bronchiarum parietibus affixam extricet, par erit: quippe particulis oleoſo-volatilibus aliquammultis gaudeat; hinc fiet, ut reſpirationi difficili, quæ à ſpirituum penuriâ pendet, ex facili occurrat; ideo ſenſionem moleſtam alleviat, quia particulæ ejus mucoſæ acrimoniam obvolvunt, ac opiatorum more quanquam non perinde, titillationibus ac irritationibus, tuſſi oriundis præ-

ſto

sto est. Hystericis, ac proinde convulsivis quibuscunque dyspnœis opem feret julapium hocce; quippe cum particulis constet volatilibus oleosis, succos sanguinis spirituumve congelatos rursum fundendo, eos in orbem denuo pro more solito flectet: Tabidis auxilio esse fertur *crocus*, quo sensu autem hoc capi debet, alibi demonstrandum superest.

Quandoquidem vero à croci usu appetitum prosterni comperimus; gentianæ pulvis huic incommodo faciet satis: Hinc forsan est, quòd egregius vir gentianam nodulo incluserit. Ut dicendi finem faciamus, notandum est, quòd crocus deliquiis, melancholiis, morbis soporosis, spirituum inopiæ, sanguinis motui circulari deficienti ideo proderit, quod cardiacus sit; crocus equidem spiritus erigit, si tamen modicè exhibeatur; quòd si nimiâ in dosi propinetur, ægrotantes deliros efficit: Quemadmodum vinum modicè epotum bibentes exhilarat, ita homines cum eo inebriatos, protervos facit.

Haustus Amarus.

℞ Elix. Proprietat. tartarisat. gtt. xx. Aq. Lact. Alexiter. ℥ij. Aq. Epidem. Absinth. mag. comp. ana ℥j. m. f. Haustus mane sumendus.

OBSERVATIONES.

Haustus hicce quàm optimè vermes adversatur, ac proinde symptomatis, inde oriundis, subsidio venit.

Quoniam haustus hic concretiones solvit, idcirco fluidis, in vasis evanescentibus subsistentibus, passim motum impertit; hinc est, quòd utilis erit in rachitide, in quâ spiritus, ex *Mayow* & *Glissonio*, viscosis implicantur particulis, unde fit, ut in nervorum ramulis subsistant; atque partes, succo hoc nervoso cassæ, exinde non irradientur; hinc, ex *Waldschmidio*, fit ut partes nonnullæ nutritione priventur, dum aliæ suppetias solito majores recipiunt; atque hinc erit, quòd ossibus nimium in rachitide nutritis, musculis autem, præ nutrimenti penuriâ, exuccis, ossa incurventur; quemadmodum enim necesse est, sarmentum istud curvum fiat, cui funis ita affigitur, ut tamdiu illi alligetur, quam

crescit;

rescit; ita musculis ossibus affixis at parum nutritis, ossibus autem quotidie elongatis, necesse est, ossa curva sint: Hoc in casu, cum causa nutritionis inæqualis sit humorum lentor, eorundem copiâ primum demptâ, per evacuantia nimirum, mistura hæc vel alia quævis sibi consimilis lentorem tenuando, motum progressivum æquabilem rursum sanguini conciliat; ex quo fit, ut obstructiones, vel ipsis nervis insidentes, ex integro auferantur; infantulorum, rachitide multatorum, capita, propterea solito majora sunt, quod nutrimentum uberius hùc affluat, dum reliquæ partes debitâ privantur copiâ.

Quoties infantum ventriculi saburrâ acidâ lentâque, quæ colicas, convulsiones, concretiones, vomitiones, diarrhœas, ac varia symptomata introducit, suffercitur; toties emetico miti, ex oleo amygdalarum dulci, oxymelite scillitico cæterisve, propinato, cathartico leni exhibito, horum symptomatum fomes primùm subtrahatur; deinde hâc vel aliâ misturâ simili aciditas residua emendetur; ex quo fiet, ut symptomata conquiescant.

Anorexiæ plerunque à materiâ lentâ, glandularum orificia operiente, oriuntur; quòd si qui spiritum vini vel frumenti ingurgitant, ideò morbo huic obnoxii sunt, quia ventriculi muco spiritus hujus ope in offam congelato, glandulis materia hæc ita insidet, ut fermenti esurini secretio prorsùs impediatur; causa hujus appetitus prostrati procatarctica externa in posterum evitanda est; causa ejus conjuncta emeticis ac catharticis exhaurienda superest; demum amara mucum residuum tenuant, glandulas reserant, acidum latens adjiciunt, ac famem revocant.

Anasarcis amara conducunt; quippe cum isti à vasorum lymphaticorum obstructionibus oriantur; istis per amara reseratis, lympha in orbem rotatur; nec ultrà in fibris extremis subsistere quit.

In malo hypochondriaco amara pro virili agunt; nam humores segnes tenuant, ductuum secretoriorum obstructiones reserant, fibras passim firmant, motum oscillatorium redintegrant, acidum immutant, urinam proritant, motum progressivum, ac proinde subsidentias

antevertunt,

antervertunt, adurgent: Quocirca ſanguinis ac fibrarum vitiis emendatis, victu eupepto ac euchymo exhibito, hujuſmodi in temperamentum juſtum redeunt; ſiquidem verò morbus hicce ſit contumax ac chronicus, neceſſe eſt, iſtis longanimitatem laudibus efferamus. Nam *cunctando reſtitues rem.*

Ex D^ris. *Fulleri* ſententiâ, ſtomachica citra vehiculum exhibenda ſunt; quomodo autem vehicula non ſunt adhibenda, vix percipimus; eſto, unamquamque ventriculi glandulam muco oblitam eſſe, medicamentum ſingulas glandulas tangat, neceſſe eſt; quemadmodum enim topica eo certiùs effectus ſuos, in tumoribus ac ulceribus ſortiuntur, quo plures partes obſtructas vel ſaucias co-operiunt; ita ſtomachica certiori erunt ſubſidio, ſi vehiculi ope ventriculo ingerantur: Hic tamen monemus, ut caveatis, ne vomiturientibus vel liquores, vel remediorum doſes largiores exhibeatis unquam; cujus cauſam poſthac ſubnectemus.

Ii, quorum ventriculi muci ſarcinâ onerantur, allevamentum perinde promptum non recipiunt, atque ii, qui ſaburrâ iſtâ vacant: Hinc eſt, quod combibones remediis cardiacis, parcâ in doſi exhibitis, vix reficiuntur; tum conſuetudo hoc efficit, ut ea citra tumultus ullos ferre queant; muco autem in totum, per emeticum, amoto ventriculi hujuſmodi fortiora uſque ferre recuſant, quoad mucus de novo in ventriculum expuitur.

Sydenhamius noſtras in arthriticis, extra paroxyſmum, amara magnoperè deprædicat; utpote cùm arthritis à coctione depravatâ exordium ſumat, amaris iſta cedat, neceſſe eſt; cæterum hæſitamus, num à malâ qualitate ſolâ, an etiam à quantitate humorum initium faciat? Num amara arthriticis bilioſis congruat? Hoc autem pro comperto venditamus, quòd, *Bruelem* imitando, ſucceſſu non ſumus deſtituti; ipſe enim catharticum lene tum exhibet, cum arthritici ventriculi tenſionem ſeu inflationem, quam ineunte paroxyſmo plerunque experiuntur, percipiant; hâc methodo arthriticis quamplurimis opem tulimus; declinante etiam paroxyſmo, idem catharticum repetendo reſiduum totum abegimus. Quî arthritidis autem paroxyſmus ita anteverti

verti poterit, ut nunquam pedem referat, arcanum hoc medicis etiamnum latet, quanquam empirici illud, in novellarum monitis, vili certè vendant pretio! Homuncionum istorum nos misereт, tanta arcana in eorum scrinia unicè concludi! O fœlices! qui citra laborem improbum victum quæritant ac vitam tolerant!

Icteris amara subsidio sunt; ex eo, quòd cùm ii à sanguine lento, segnitérque circumpulso, necnon à vesicæ felleæ obstructione exordium sumant; emeticis ac catharticis primùm eò exhibitis, ut obstructio impetui ab his communicato aliquantulum cedat, dein amara partes tuentur suas; quippe, concretionibus solutis fluida rursum ex ordine circumaguntur.

Cum acida ventriculi doloribus sæpenumero ansam præbeant, ista amara quam optimè adversantur; nam, experientià necnon experimentis ducibus, amara acidis repugnare edocemur: Quâ de causâ, Horstius elixir proprietatis hisce in doloribus exhiberi idcirco præcipit, quòd acido semel everso, cum sit doloris causa conjuncta, dolor conquiescit.

Elixir proprietatis coctioni læsæ isti auxilium fert, quæ à ciborum indigestâ mole, necnon à succorum ejus lentore pituitoso pendet; quippe cùm ventriculi fibras laxas nimis ita cingit, ut cibum devoratum validè satis premat, ac succum ex eo alimentarium extrahat, bilis in morem, luctam cum chylo init, eumque in tincturam sat evectam exaltat; ex quo fiet, ut nec lentore, nec acore, nec alio vitio chylus peccet.

Febres à vermium putrilagine exordium sumentes, elixiri plerunque cedunt; quippe cùm ii primùm enecti, deinde expulsi fuerint; symptomata, quibus ansam præbuerant, quamprimùm rescinduntur. Prætereà remedia drastica mortem, ex *Foresti* observatione, adurgere solent, utpote quæ convulsiones, syncopes, atque alia symptomata dira introducunt: Quocirca cum elixir hoc sit amarum, sitque catharticum lene; lumbricos enecat, expellitque, causâ igitur febris hujus sublatâ, effectus tollatur necesse est: Diæta etiam, ex quâ ova plerunque excluduntur, evitanda est.

Animalium virosorum morsus nocumenta dira læsis inferre solent; quippe morsis tremores, vomitiones,

dolores, gangrænæ, deliria & similia statim adsunt; cùm amaris autem coagula solvendi potestas insit, hujusmodi opem ferant, necesse est: Mistura igitur hæc, quandò sit tam amara quam cardiaca, morbis subsidio veniet, quippe quæ perindè spiritus νεκρώσει quasi affectos instaurabit, atque concretiones fundet.

Medici antiqui de *intemperie sine materiâ* multa sanè effutierunt; sensum autem hac de re prolatorum ab hoc diversum non esse testatur experientia, quod fibræ ex antiquioribus *laxæ vel strictæ*, seu ex *Baglivio*, *laxæ vel tensæ* nimis sint; quî fibræ tamen laxitate citra fluidorum internè vel externè admotorum opem laborare queant, haud capimus: Inde erit, quod, quoties viscera plus justò laxantur, sero viscido sufferciantur, necesse est; fibrarum laxitas autem id efficit, ut fibræ longiores ac largiores solitò evadant. Quando igitur fibræ ita laxæ sunt, ut œdemata, memoria deperdita, impotentia, habitûs δύσχροια, ac alia plurima affligant; amara tam lentorem emendando, quam fibras firmando, morbis à *laxo* oriundis præstò erunt.

Febrium intermittentium paroxysmis amara jamdudum opitulari nôrunt medici; hinc est, quod flores chamæmeli, sal absinthii, centaurium minus, gentianam, olim exhibuerint; quinimò, febres intermittentes quæ cortici peruviano non cesserunt, decocto, ex floribus chamæmeli ℥viij. salis absinthii ʒj. aquâ pæoniæ ℥j. Absinthii magis compositi ℥ß. sacchara edulcorato, conflato, sæpenumerò depulimus; imò quandam, cui cortex magna in quantitate exhibebatur, quem tamen aversata fuit, uti postea subaudivimus, eodem decocto, cùm per quinque menses febre laborâsset hâc, ad valetudinem revocavimus.

Hypochondriorum inflationi, quæ olim *inflatio lienis* audiebat, elixir proprietatis allevamento erit, uti *Horstius* advertit; cùm flatus hypochondriacus enim sit aër in intestina conclusus, humore acido inter luctam ortus, bullas materiâ lentâ implicatas rarefacit mistura hæc, deinde sursum aut deorsum in crepitùs vel ructûs formâ flatus hic in auras avolat. Tensio autem ista hypochondriorum permanens ac fixa, morborum epilogi comes ferè assiduus; à remedio isto vel altero

quippe

quippe cum huic humorum ſubſiſtentia immedicabilis ortum dederit, vix vel ne vix alleviari, nedum huic cedere poteſt.

Amara obſtructionibus pancreatis Aſellii finem ſtatuunt; ſi tamen glandulæ non nimiùm obturentur: cum glandulæ verò adeò induruerint, ac materiâ caſeosâ ità turſerint, ut liquores ductum thoracicum attingere nequeant, macies neceſſariò ponè ſubeunt, nec paſſio iſta cœliaca unquam auferri poteſt, uti in infantulo ſeptenni jamdudum experti ſumus, cujus meſenterium ità ſcirrhis occalluerit, ut vel ductûs fellei communis orificium ipſum præ iſtis ex toto obturaretur.

In menſium *emanſione* elixir proprietatis alia medicamenta virtute longè præcellit, ex *Doleo p.* 625. quando enim fluxus hic paulò parcior à lentore ſanguinis fermè oriatur; ubi primum lentor ab amaris tenuatur, & temperamentum, quó exciderant, juſtum pedem refert, menſes, ad tempus à naturâ præſtitutum, copià ac colore debitis, promanant; causâ emanſionis enim evanidâ, periodus revertitur.

Chloroſi idcirco elixir hoc opem ferre comperimus, quòd cùm morbus, pituitoſi temperamenti proles ſit; motu tam inteſtino quam progreſſivo reſtituto, neceſſe eſt, chloroſeos ſymptomata, quæ ſtagnationes paſſim evincunt, penitùs evaneſcant.

Aſthmata humida extra paroxyſmum à miſturâ hâc ſublevantur, ex eo quòd ſanguinis maſſam lentam ac pituitoſam in ſtatum meliorem provehat; necnon extillationes futuras è bronchiarum glandulis ac proindè ſuppetias novas exinde præoccupat: Hincque eſt, quod *P. T. prax. chymiatric. rational.* Decoctum huic analogum hoc in caſu deprædicet: Quoniam, uti maſſa ſanguinis effœta ſegnitèr in vaſis circumpellitur, particulas ſuas paſſim deponit; quâ particulis autem activis locupletatâ, ac motu ejus inſtaurato, parcius in glandulas ſejunguntur; ita cum miſtura ejuſmodi particulis fixis ac volatilibus ſcaturiat, neceſſe erit, maſſa invigoretur, motus celerior vigorem excipiat, ac tandem morbus hic evaneſcat.

Ex *Jac. Waldſchmidii* obſervatione, ii, qui ſe miſturis, ex elixire proprietatis conflatis, nimis ſæpè aſſue-

verunt, in hæmorrhagiæ discrimen conjiciuntur; cujus prognosticon ex copiâ metimur: Hinc est, quod *J. Dolæus* illud in fluxu mensium suppresso vel parciori valdè deprædicet: Hoc autem notandum est, quòd myrrha vix aut ne vix solvetur, nisi priùs cum oleo tartari misceatur, ac aliquandiu in *cellâ* usque reponatur, donec mistura in mollaginem abeat, è quo pulmento, cum spiritu vini rectificato superaffuso, igni commisso, fit *tinctura myrrhæ* optima.

Elixir hocce non menses modo proritat, verum istud etiam lochia, secundinas, ac partum ipsum promovere experimur; *Elixir Proprietatis* autem *Paracelsi*, quippe quod cum acido paratur, non adeò confert, ac proinde hisce in casibus non est propinandum.

In vertigine spiritus in nervorum parietes vehementer arietant; neque ii in directum, verum in obliquum feruntur; hinc fit, ut, thalamis nervorum opticorum vibratis, objecta circumagi videantur; quid sit autem, cur spiritus ita ἀνομάλως moveantur; nisi quod ii sint flatulenti: nam ex *Hippocrate* ἅπαν τὸ πνευμάτος σύμπλεον ἐστὶν· flatus enim sunt agiles, tripudiant, ac passim velivolant; atque quemadmodum spiritus flatulenti sanguinem vehementer circumagitant, sanguis tenuior multò fit exinde necesse est; hinc fit, ut, cum flatus particulis lentis minùs intersepiantur, furiosè in vasorum latera variis directionibus calcitrent, *vertiginemque* introducant, quicquid igitur chylum priùs flatibus expediet, quam sanguinem appellit; motus hujusmodi irregulares feliciter antevertet, ac vertiginem in ipso germine præcidet. Nequis autem miretur, quòd spiritus flatulentos, qui sanguinem tenuant, remedio attenuante abigamus; quandoquidem, istis tandem evaporatis, sanguis deinceps ex ordine solito circumpelletur.

Tam ob myrrham quam ob aloën, elixir hoc ulceribus externis ideo proderit, quia fibras saucias pure turgidas ita proritant ea, ut eæ particulis suis noxiis prompte satis expediantur: Quantum ad ulcera interna autem, cum sanguinis crasin corroborent, necesse est, nonnihil istis etiam conferant.

Ex

Ex *Hunnio* Elixir Proprietatis colicis, flatibus malignis prognatis, subsidio veniet; propterea quòd *colicæ*, febribus malignis oriundæ, seu *flatus*, humorum malignorum comites, perinde leniter materiam flatuum nocuam deorsum pellendo atque bullas, ex *Albrechti* sententiâ, disrumpendo, feliciter exinde averruncarentur.

Anicula quædam iliacâ passione, vermium causâ, laborans, uti jampridem *Joannes de Muralto* etiam observavit, opiatis ac misturâ huic non absimili ita sublevabatur, ut æque deliquia, strangulatus hysterici ac dolor immanis simul conquieverint.

Infantum tormina elixiri proprietatis quàm citissimè cedunt, uti sæpius experti sumus.

Lumbrici dysenteriam, ex *Brandii* observatione, introducere queunt; nam jamdudum lumbricum ipsum umbilicum perforâsse meminimus; quid mirum, cùm proboscidi os trisulcum insideat, quîcum terebræ in modum fibras molles, cum lubeat, pertundunt: Dysynteria autem hujusmodi remediis usitatis cedere nequit, quin vermibus amara, ac profluvio specifica unà exhibeantùr, necesse erit.

Eximius vir *Lewenhoek p.* 37. *de structurâ cerebri*, de quodam à convulsionibus confecto mentionem facit, cujus substantia cerebri cineritia materiâ gelatinæ instar sufferciebatur; *Anhornius Carolum Pisonem* æmulans, cerebrum in convulsionibus seri colluvie oppleri affirmat; nosmet etiam puerulum septennem probè meminimus, cujus nares ita muco oppleti fuerunt, ut eos continuò emungere coactus fuerit; cujus mater medicum ordinarium accersivit, ut infantem hoc expediret incommodo; mercurio dulci cessit *Coryza*; quid fit? non multò pòst, capitis dolor immanis hunc excepit *catarrhum*; quo remediis nequaquam devicto, convulsiones tandem universales & vel ipse priapismus insecuta sunt: Symptomatum atrocitate debilitatus, è medio sublatus est: Cranio avulso, meningibus apertis, seri copia prosiliit. Convulsiones evacuantibus, alterantibus, opiatis cedere comperiuntur; quando mistura hæc leniter alvum proritat, pituitam exhaurit, eamque immutat, evacuationis atque alterationis vicibus

 fungitur;

fungitur; cui si cum *Metskero* spiritum anticonvulsivum, necnon cum *Hegnero* opiata adjiciatis, medelam absolvetis; breviter, cunctis infantum morbis, fere accommodatur mistura hæc: nam, ex *Sylvii*, *Ettmulleri*, *Dolæi*, *Waldschmidii* ac D^ris^ *Harris*, sententiis, plerique infantum morbi à pituitæ acidæ saburrâ oriuntur; in *Pavore*, ubi ejulantes ac trepidantes infantes expergiscuntur, spiritus segniter circumacti, ac in cerebri anfractibus fermè subsistentes vel saltem tumultuariè moti, insomnia exuscitant; quibus symptomatis hâc vel simili misturâ probè occurritur; in *Hydrocephalo*, fibræ pituitâ nimiâ obruuntur; cùm lympha extremis quasi adhæreſcat, nec ritè in gyrum flectitur; cutis igitur intumescat, necesse est; atque uti à pituitâ tumor hic initium facit, ita mollis, ac cuti concolor est, ac pastæ instar digito pressus, foveam à se relinquit, cujus vestigium diutius restat. Causâ morbi per mercurialia exhaustâ, mistura hæc pituitam evehet, sanguinis motum rursum instaurabit, ac morbus hic conquiescet.

In *Catarrhis* tempestatum vicissitudo poros aliquo immutat modo; nam ex *Hippocratis aphorismo primo sectione tertiâ*, αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα; quocirca si obstructio, alicubi nata, novas seri effervescentis suppetias adjiciat, fieri vix potest, quin pulmones isto repleantur; seri redundantia primùm exhauriatur, deinde mistura hæc vel similis eò exhibeatur, ut pori rursum perspirationem obeant; his peractis, bechicis specificis facilè cedet *tussis infantilis*.

Mistura demum hæc *maciei*, vermibus oriundæ, *lienteriæ*, *scabiei humidæ* idcirco proderit; quòd vermes enecando, alimentum, non amplius ab ipsis devoratum, vel ipsorum causâ per anum detrusum, in nutrimentum abierit; quòd, cibo bene cocto, vasorumque lacteorum obstructionibus sublatis, desinat profluvium hoc; quòd salibus acidis semel eversis, à quibus eruptio hujusmodi pendere plerunque censetur, desinat morbus, necesse erit.

Vinum Stomachicum.

℞ Sem. Sinap. ℥iij. Rad. Gentian. ℥j. Sem. Coriand. ℥iſs. Nucem moschatam unam. m. infund. simul in

Vin.

Vin. Hoccomorens. opt. ℔ij. coletur usûs tempore, capiat haustum ad libitum.

OBSERVATIONES.

Ubi quis perpotatione sanguinem effœtum ventriculumque laxum effecit; ibi, evacuatione præmissâ, vinum hocce rite usurpatur, quòd mucum passim incidat, fibrasque rigidiores efficiat; adhæc urinam proritando, motum progressivum instaurando, flatusque exhalando; humores lentos tenuat, educitque; hincque erit, quòd bibulorum valetudo pristina quamprimum pedem referat.

Sinapios semina, cum sint irritativa valde, perinde vasa atque os fodicabunt; inde fiet, ut serum copiosius multo ab eorum usu per renes & vesicam expellatur, hydropibusque manus porrigant auxiliares.

Quando paralyseos causa ex spiritibus lentis ac torpidè motis pendet; idcirco motus ac sensus aliquo offendunt modo; si vino huic salia adjiciatis volatilia, epispastica adhibeatis, urticationem in usum vocetis, laborantes sensim motum ac sensum recolligent.

Hecticæ hydropibus oriundæ, propterea à medicis posthabentur; quòd hecticæ medela, ita hydropi repugnet, ut eâ eversâ laborantes de vitâ migrent; hydropem igitur unicè auferre studeamus, qui vino huic aliquantulum, si quando tamen, cedet.

Wedelius olim attenuantia viscerum tonum labefactare asseruit; quibus igitur astringentia jugiter adjici præcipit; quid sit autem, cur ista sola exhiberi nequeant? quandoquidem enim sanguis tenax ac glutinosus inde tenuatur, partes magis serosæ foris amandantur, fibras roborant ac invigorant, nec astringentia continuò cum attenuantibus admiscenda sunt.

Tempus alterantia exhibendi non adeò strictè observandum est, ut horis medicis semper propinentur; quippe cum victus contrarius sit morbo, necesse est; quid impedit, quo minus alterantia vel cum cibo ipso devorentur.

Julapium Aperiens.

℞ Aq. Ceras. nig. ℔ß. Aq. Absinth. comp. ℥j. Rad. Gentian. ʒj. Tinct. Mart. Mynsicht. gtt. xxiv. m. f. Julap.

Julap. è quo capt. cochl. iij. vel iv. mane quotidie & horâ ante prandium.

OBSERVATIONES.

Chalybeata fibras firmant; non autem meatus occludunt; nam eos quàm optimè reserant; quanquam alia cum calore, alia citra eum effectus sortiantur suos; chalybeata vel vitriolica sanguinem ita parum coagulant, ut sanguinis motus progressivus æquabilis ipsorum impulsu fiat: Quando enim particulis sulphureis, ac stypticis constant, necnon præ pondere suo agunt; fore affirmamus, ut obstructiones lienis, uteri, quinimo eas passim reserent; hoc autem adverti volumus, quòd viscera alia longè facilius aliis indurari assoleant; cum uterus igitur, cerebrum, renes, lien, ac alia particulas lentas, ac aquosas secernant, hepar autem bilem seponat; constat, cur hepar istis citius ac frequentius in scirrhum abeat; inde erit, quòd aliorum viscerum obstructionibus tutius quam istis hepatis adhiberi soleant chalybeata.

Cùm acido tantoperè repugnent; malorum myriades præcidunt; quot enim & quanta nos impetunt incommoda, acido solo orta? advertamus autem, acidum æque sanguinis temperamento *frigido*, ac *fervido* aliquoties præesse; huic tincturæ martis, sal seu vitriolum martis, necnon acidulæ opem ferunt; *illi* vero aquæ martiales atramentosæ, chalybs cum sulphure præparatus, ferri rubigo & similia conferre reperiuntur.

Hydropi anasarcæ chalybeata prosunt; ex eo, quòd fibræ laxatæ, propter particulas chalybis astrictorias, rigidiores ac contractiores evadunt; necnon particulæ ejus sulphureæ simul cum ponderosis unitæ particulas sanguinis lentas tenuant; adhæc, si unà cum his infusa amara necnon salia volatilia laborantibus propinemus, morbus his remediis quamprimum cedet.

Multoties passionem hystericam febre erraticâ, ac temperamento præfervido stipatam observavimus; cui chalybeata sulphurea, assa fœtida, galbanum, ammoniacum adeò non contulerunt, ut symptomata dira adurserint; quæ martialibus verò vitriolicis, testaceis, ac opiatis ita conquievit, ut sudores colliquativi, ptyalismus,

mus, urinæ pallidæ profluvium diabeticum, vigiliæ, deliria hyſterica, deſpondentia, ac cætera cuncta mala haud multo poſt deceſſerint.

Liquorum hordeaceorum bibaces miſturâ hâc vel aliâ ſibi conſimili ſublevari queunt; quippe cùm hordeum ſit ex particulis ramoſis conflatum; accidat, neceſſe erit, ut ventriculi fibræ tam circulares quam longitudinales elongentur ac laxentur; humoribus igitur viſcoſis per emetica ac cathartica elutriatis, necnon eorum reſiduo per amara immutato; miſtura hæc fibras laxas nimis ita firmabit, ut ventriculi parietes ſibi propius accedentes, necnon fibræ firmiores inde factæ, alimenta ingeſta in poſterum preſſius amplexaturi ſunt: ex quo fiet, ut tinctura alimentaria deinceps longe facilius ac certius extrahatur.

CAP. III.

Refrigerantia, Incraſſantia.



Conſ. Roſ. r. Rad. Symphyt. Condit. a. ℥j. Sang. Dracon. Lap. Hæmatit. a. ʒß. Tinct. Sulph. Vitriol. ʒß. Syr. Myrtin. q. ſ. m. *In mictu ſanguineo.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥ij. Sacc. Saturn. ʒß. m. *Pro Epiphorâ, Ambuſtis in primo gradu.*

℞ Roſ. Sic. ʒij. Cort. Thur. ʒß. Pompholyg. Acaciæ a. ʒiß. cum Gum. Tragac. ſolut. q. ſ. f. Trochiſci in Aq. Roſ. ſolvend. *In Mydriaſi.*

℞ Ceruſ. ℥ß. Ol. Nuc. avellan. q. ſ. m. f. linimentum. *Pro Papillis fiſſis excoriatis.*

℞ Alum. q. v. alb. Ovor. q. ſ. m. ſimul agitentur. *In Eryſipelate ulceroſo.*

℞ Conſ. Roſ. r. ℥iv. Corall. r. ℈ij. Miv. Cydon. q. ſ. m. *In mictu ſanguineo, Diabete.*

℞ Aq. Ferrat. ℔ij. Gum. Arab. ℥j. Syr. Myrtin ℥iß. m. *In Diabete.*

℞ Corall.

℞ Corall. r. Ebor. a. ʒj. Terr. Japon. ℈j. Sacch. Ros. q. s. m. *In Diarrhœa, mictu sanguineo.*

℞ Aq. Lactuc. ℥iv. Sp. Sulph. q. s. ut acuatur. m. *In Paroxysmo Asthmatis.*

℞ Karab. Mastich. a. ℈ij. m. *In Abortu.*

℞ Decoct. Rad. Tormentill. ℥iv. Syr. Myrtin. ʒiij. m. *In Abortu.*

℞ Mastich. Terr. sigillat. Thur. alb. a. ℈j. Sang. Dracon. Bol. ver. a. ʒß. *In Abortu.*

℞ Bol. ver. Sang. Dracon. Thur. Farin. volat. cum Aceto & alb. Ovor. m. admoveatur. *Aneurismati.*

℞ Fol. Plantag. Bellid. maj. a. p. ij. Flor. Ros. r. p. j. Balaust. Gallar. a. ʒß. Sem. Cydon. ℈j. coq. in Aq. colatur. ℔j. add. Syr. Diamor. ℥j. f. Gargarisma. *In Anginâ incipiente.*

℞ Conf. Ros. r. veter. ℥j. *Sal. Prunell.* ℈j. m. teneatur in ore. *In Anginâ ruptâ.*

℞ Aq. Plantag. cum Sp. Vitriol. acuat. m. *In Aphthis malignis, ne serpant.*

℞ Aq. Paralys. ℥iv. Sal. Prunell. ℈j. Syr. Violar. ℥ß. m. *In Asthmatis Paroxysmo.*

℞ Aq. Hord. ℥vi. Sp. Nitri gtt. 10. m. *In Cruditate Nidorosâ.*

℞ Conf. Ros. r. ℥iß. Troch. de Karabe ʒiij. Syr. Cydon. q. s. m. *In Bubonocele.*

℞ Aq. Cichor. Endiv. Acetosell. a. ℥iij. Syr. è Rub. Idæo, Berber. a. ℥j. Sp. Vitriol. q. s. ad gratum Acorem. *In Cephalalgiâ calidâ.*

℞ Aq. Rosar. acet. Rosac. a. ℥j. Opii in aceto sol. ℈ß. Camph. gr. ij. m. Fronti admov. *In Cephalalgiâ calidâ.*

℞ Mucilag. Rad. Alth. q. v. Sacch. q. s. m. *In Catarrho calido.*

℞ Extract. Glycyrrhiz. Mucilag. Sem. Cydon. a. ʒij. Sacch. Rosar. ℥ß. Aq. Rosar. q. s. f. Trochisci. *In Catarrho calido.*

℞ G. Arabic. Tragac. a. q. s. indantur. *Denti sanguinem effundenti.*

℞ Aq. Ros. Phlegmat. Alum. a. q. s. *In Dolore Oculi.*

℞ Vin.

℞ Vin. rub. ferrat. ℥iv. G. Arabic. ʒj. m. *In Lochiis nimiis, Fluore albo.*

℞ Bol. Armen. q. v. cum album. ovor. q. ſ. m. *In Fracturis, Luxationibus.*

℞ Sem. Agni Caſti q. v. Aq. Nymphææ q. ſ. f. Emulſio, colatur. add. Sacch. Saturn. ℈j. opii gr. ij. Sacch. q. ſ. *In Furore Uterino.*

℞ Pulv. Sacch. Saturn. ʒj. Extract. Tormentill. ʒiij. m. f. Pil. *In Gonorrhœâ, Hæmorrhoidibus.*

℞ Aq. Roſar. ℥iij. Sacch. Saturn. ℈j. m. *In Guttâ Roſaceâ, Labriſulcio.*

℞ Flor. Balauſt. p. ß. Alum. ℈ß. Mell. Roſar. q. ſ. *In Gingivis Sanguinolentis.*

℞ Conſ. Roſ. ℥ij. Bol. Armen. ʒj. Succ. Hypocyſt. ℈j. Syr. Myrtin. q. ſ. m. *In Hæmoptoë.*

℞ Lohoch. de Papav. Errat. ℥ij. Maſtich. ℈j. Corall. r. Succin. a. ℈ij. m. *In Hæmoptoë.*

℞ Sacch. Roſ. ʒj. album. ov. agitat. ʒij. Amyl. ʒiij. m. *In Hæmoptoë.*

℞ Vitriol. Calcin. q. v. cum album. ovor. q. ſ. m. pro Turundâ. *In Hœmorrhagiâ.*

℞ Vitriol. uſt. Alum. Calc. a. ℈ß. Teſt. ovor. uſt. Gallar. a. ʒß. m. *In Hæmorrhagiâ.*

℞ Vin. rub. ℥iv. Sp. Sal. q. ſ. ad gratum acorem. *In Herniâ.*

℞ Pulv. rad. Biſtort. q. v. cum album. ov. q. ſ. m. *In Herniâ.*

℞ Aq. Roſ. album. ov. agitat. a. q. ſ. m. *In Hydatide oculi, poſtquam ſecatur; Ophthalmiâ.*

℞ Vin. rub. ℥ij. Alum. ʒj. m. *Pro auribus Humidis.*

℞ Aq. ferrat. ℔j. vin. rub. ℥iv. m. pro potû. *In incontinentiâ Urinæ, Lochiis nimiis.*

℞ Succ. Plantag. q. ſ. cum Bol. arm. Gall. a. ʒj. Cort. Granat. Thur. a. ʒiß. m. f. Peſſus. *In menſibus immodicis.*

℞ Conſerv. Roſar. ℥ij. Spir. Vitriol. q. ſ. ut acuatur. m. *In Nauſeâ.*

℞ Sacch. Saturn. Sacch. Jovial. a. ℈j. Aq. Roſar. ℥ij. m. *In Ophthalmiâ.*

℞ Aq. Roſar. ℥j. Calc. ℥ß. Aluminoſ. ʒij. m. *In Excoriatione Papillarum.*

℞ Fol.

℞ Fol. Querc. Meſpilor. Plantag. a. m. ß. Rad. Biſtort ℥ij. Alum. ℥ß. vin. rub. q. ſ. Coq. *In Procidentiis Uteri, Ani, Gurguleonis.*

℞ Maſtich. G. Tragac. Arabic. a. ʒß. Pulp. Paſſ. ℥j. Syr. Dialth. q. ſ. m. *In Raucedine.*

℞ Bol. Armen. Maſtich. Sang. Dracon. Sarcocoll. farin. volat. Pomphol. a. ʒj. Reſin. Pini & album. ovor. a. q. ſ. m. f. Gluten *Rupturæ vulvæ admovendum.*

℞ Tinctur. Antiphthiſic. gtt. xv. Aq. Lactuc. ℥ij. Syr. Myrtin. ʒij. m. *In Sudore nocturno.*

℞ Lacc. r. uſneæ Cranii Human. a. ʒj. m. *In Synoviâ.*

℞ Aq. Plantag. ℥vj. Cinn. h. ℥j. Acet. ſtillat. ʒij. Corall. r. ʒß. Sang. Dracon. gr. x. Laud. Lond. gr. ij. Syr. Myrtin. ℥j. *In vomitu ſanguinis.*

Huic Claſſi ſequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinenſi. Acida, Acerba, Acacia Germanica, gr. x. xv. Acetum diſtillatum, Acetum Radicatum, Æs uſtum, Alumen uſtum, Aq Aluminoſa magiſtralis, Aqua fortis, Condita Fructuum ac Conſervæ eorundem (Berberum z. Cydoniorum, Cynoſbati, Prunorum Sylveſtrium, &c.) Corallium pp. Cremor Tartari, Diacydonium ſimplex & magiſtrale comp. Diamoron, Emplaſtrum album coctum, Gelatina Cydoniorum, Lapis Prunellæ. Oleum Salis, Oleum Sulphuris, Oleum Vitrioli, *Rob.* de Berberis, *Rob.* de Ceraſis, *Rob.* de Cornis, *Rob.* Cydoniorum, *Rob.* Prunorum acidorum, *Rob.* de Ribes, Sal Vitrioli, Syrupus Acetoſæ ſimp. Syr. Aurant. Syr. de Berber. Syr. Ceraſ. à Syr. è Succ. Citri, Syr. è Corall. ſ. & comp. Syr. Cydon. Syr. Fragor. Syr. Granator. Syr. Limon. Syr. Lujul. Syr. Oxalid. Syr. è Pom. alteran. Syr. de Ribes, Syr. è Rub. Idæo, Tartarus vitriolatus, Trochiſci de Berberis, Vitriolum album, Unguentum Nutritum. *Auſtera, Aſtringentia,* Bolus Armena pp. Crocus Martis aſtringens. Emp. Cæſaris, Emp. Catagmaticum, Emp. Diacalciteos, Emp. Diaphœnicon frigid. Emp. ad Herniam, Emp. de Maſtiche, Emp. *Μηλεγπεγπτωτικὸν,* Emp. de minio ſimp. & comp. Lac Virginale, Lohoch de Portulacâ, Sacch. Saturni, Syr. de

ſte Agreſtâ. Syr. Myrtin. Syr. Plantag. Syr. è Roſ. Sicc. Troch. Ramich. Troch. de Spodio, Troch. de Terra Lemniâ, Vitriolum Martis, Ung. Aſtring. Ung. Comitiſſ. Ung. de Minio, Ung. deſiccativ. rub. Ung. de Sumach. Ung. de Oxylapatho. *Viſcoſa, Glutinoſa.* Emp. de Mucilaginibus, Lohoch de Farfarâ, Lohoch, è Pulmone Vulpis, Lohoch Sanans, Sacch. Penidium, Sacch. perlatum, Saccharum Tabulatum ſimp. Diatragacanth. frig. Succ. Glycyrrhiz. ſimp. & comp. Syr. è Mucilagin. Troch. alb. Rhaſis, Troch. Bechic. albi & nigri, Ung. de Mucilaginibus. *Aquea,* Aq. Acetoſæ, Cydonior. Endiv. Equiſet. Gramin. Plantag. Pomor. Germin. Querc. Rub. Idæi, Tormentill. vitis. ā ℥ij. iv.

Ex Pharmacopœia Bateanâ. Acida, Acerba, Acetum Lithargyrites (externe) *In faciei Rubore, Puſtulis;* Acetum Mellis. *Lapides ſolvere fertur; at quî hoc fiat, hæſitamus; nobilis verò Boyle tale quid de ſpiritu panis ſecalini aſſerit; ſubinde revera medicamenta menſtrui in modum operantur, uti in* PHARMACOMATHIA *noſtrâ palam vobis faciemus; hæc autem experientiâ ſolâ deteguntur.* Aluminatum. *In Rubore faciei, Puſtulis.* Aq. Aluminoſa. *Ad Ulcera, Vulnera, Fiſtulas, cicatriſanda.* Aq. fortis duplex. Aq. fort. aluminata. Aq. Herpetica, *externè ad Herpetem.* Aq. Mercurialis. *Ad Ruborem faciei, Puſtulas certiſſima.* Aq. Regia. *Solvit Aurum.* Aq. Salivalis. Aq. Sulphurata Stimmios (*ad Acorem) Diuretica.* Aq. Venuſt. *Externè ad Pruritum, furfures.* Aq. Vermifuga, cochl. iij. Aq. Vulneraria ℔ß. j. *Ulcera, Vulnera ſanat.* Bez. Mercurial. gr. iij. vj. *In Lue.* Bezoart. Saturn. *In Hyſtericis, Lienis Affectibus.* Bezoart. Solar. gr. iij. viij. *In Lue, Peſte, Podagrâ, Hydrope, Febribus, &c.* Bezoart. Vener. gr. vj. *Interne in Leprâ, morbis capitis, cerebri, externè in fiſtulis, impetigine, ulceribus antiquis.* Cauterium Lunare. *Cauſticum, verrucas tollit.* Calcanthum Rubefactum. *Interne in Dyſenteriâ, Hæmorrhagiis, &c. Externè ubi ſanguis à dente evulſo emanat.* Clyſſus Vitrioli, gtt. ij. iv. roborat, motuſque inordinatos ſiſtit; aſt quî perſpirationem augere poterit, niſi ſtimulando? Colcothar. Vitrioli. *Vid. Calcanthum rubefactum.* Croc. Vene-

ris. ℈ß. *Febrifug. uterin. Diuretic.* Cryſtal. Mineral. ℈j. ʒj. *In ſiti, æſtu febrili, urinæ ardore.* Decoct. ad ſitim q. v. Emp. Tibial. *Ad nodos, cutim ulcerat.* Flor. Vitriol. *Externe ad ulcera cicatriſanda.* Julap. Purpur. q. v. *In Siti.* Lac alum. coch. ij. In fluore albo, Gonorrhœâ, menſibus nimiis, tertianâ. Lapis medicamentoſus. *Externe ad ulcera, vulnera cicatriſanda, ſcabie, tineâ.* Lap. Salut. *v. Lap. medicamentoſ.* Marcaſit. Biſmuthi. *Externe ad cutis vitia (Lichenes, Impetiginem)* Magiſter. Saturn. gr. iv. vj. *In Hecticâ, Phthiſi, Febre ardente, inflammationibus, quartanâ, Lue; externe in ulceribus malignis, Puſtulis, Ambuſtis.* Merc. præc. alb. correct. & cætera mercurialia. Nitrum Cachectic. gr. vj. xx. *In Anorexiâ, Cachexiâ, Febribus, Scorbuto calido, Catarrho.* Nitr. Corollat. ℈j. *In febribus.* Nitr. fixat. *v. Cryſtal. Miner.* Nitr. nitrat. ʒß. Nitr. Saturniſat. gr. v. vij. *In Aſthmate; quæritur autem cui aſtmatico iſtud proderit? quia, cum ſit acerbum, aſthmaticos anhelos reddet.* Nitr. Sulphurat. *v. Lap. Prunell.* Ol. Mart. gt. iv. v. *Aſtringit valide in Gonorrhœâ, &c.* Ol. Vitriol. dulc. ℈ij. *In Calculo, Catarrho tenui.* Pulv. Sympathetic. *Externe, ulcera ſanat ungendo Telúm; credat Judæus Apella, non ego.* Roſ. Vitriol. ʒij. *In ſanguine bilioſo, Cephalalgiâ calidâ.* Sal Aceti eſſential. gr. v. x. *In calore & ſanguine fervido.* Sal. Alum. gr. iv. x. *Febrifugum.* Sal. Lithargyrit. ʒß. *In Diarrhœis, Dyſenteriis.* Sal. Sulphur. gr. v. x. *In Verminatione.* Ser. Alumin. gr. *In febrili æſtu.* Sp. Alum. d. gtt. iv. v. &c. *Diureticus, calculum pellit.* Sp. Nitri ℈j. ij. *Diureticus in æſtu febrili uſurpatur.* Sp. Nitri d. ℥j. *Diureticus, mitè irritat.* Sp. Sal. Martiat. gtt. v. xv. *Diureticus.* Sp. Vener. gtt. v. x. *Ventriculum roborat, Diureticus, Antepilepticus.* Sp. Vitriol. Sp. Vitriol. coagulat. q. ſ. ad acorem. *In ſiti, febre ardente.* Sp. Vitriol. Philoſophic. gtt. v. xv. *Febrifugus.* Styptic. Regis gtt. x. xx. *Interne & externe ſanguinem ſiſtit.* Suppoſitoria Aluminoſ. *Ad anum irritandam.* Tabul. Prunell. q. v. *In Siti.* Terr. Vitriol. d. ℈ß. ʒß. *In omni Hæmorrhagiâ.* Tinctur. Saturn. gtt. j. xv. *In Phthiſi, Maniâ, Quartanâ.* *Auſtera, Aſtringentia.* Alum. dulc. ℈ß. *In Pectoris morbis ex minerarum halitu contractis;*

tractis; quæritur autem, quænam mineræ odorem ſulphureum noxium aëri impertiunt? Carbonum foſſores certe mephitide ſuffocatoriâ infeſtantur; quinimo flammulis è ſulphure exhalantibus ſæpius quam miſerrimè vel ſiderantur vel dilaniantur; hujuſmodi igitur pulmonibus læſis hoc proderit. Alum. Febrifug. ℈j. *Ante Febris intermittentis paroxyſmum.* Aq. Styptic. *Externè.* Arcan. Aluminat. *v. Alum. dulc.* Arcan. Scriptor. *Ad Scribendum; externè in Hæmorrhagiis.* Caſhew q. v. *In Catarrhis (in ore.)* Emp. Hæmorrhoidale. Pil. reſtringent. ʒß. ℈ij. *In Gonorrhœâ.* Pulv. Antipyretic. ʒj. *In Tertianâ ante paroxyſmum.* Pulv. Hæmoptoic. ʒiß. *In Hæmoptoë.* Sacch. Tormentill. ʒj. *In abortu præcavendo. Viſcoſa, Glutinoſa.* Butyr. Cer. ʒj. *In Dyſenteriâ.* Emp. adhæſiv. *Pro Fontanellis.* Extract. Maltæ ʒij. *In Phthiſi.* Gargar. alb. q. v. *In Aphthis.* Gelatin. C. C. q. v. *In Tabe.* Gelatin. Icthyocoll. ℔ß. j. *In fluore albo, Gonorrhœa.* Juſcul. Galli q. v. *In Tabe.* Linctus Hæmoptoïcus cochl. ß. *In Hæmoptyſi.* Liquor Limacum gtt. xx. xl. *In Tuſſi infantum convulſiva; externè ad Podagram, Ariduram.* Miv. Conſolid. q. v. *In Hæmoptyſi, Rupturis.* Miv. Dialth. q. v. *In ardore Urinæ.* Mucilag. Nephritic. ℥iv. Nodul. facial. *Ad faciem conſpergendam in variolis, ut defendatur à foveis.* Syr. Lymac. cochl. j. *In Phthiſi.* Tabul. Dialth. q. v. *In Tuſſi acri.* Tabul. Diatragacanth. q. v. *In Tuſſi acri.*

Ex Pharmacopœiâ Fulleri. Acida, Acerba, Acet. Chalyb. *Pro Oxymelite Chalybeato conficiendo.* Decoct. Coccin. ℥iv. *Fervores compeſcit, ſitim fallit, Diureticum eſt, inflammationibus internis convenit; Diarrhœis obeſt.* Decoct. Luſitanic. q. v. *Pro ſiti, fervore, Diureſi.* Decoct. Tamarind. q. v. *In ſiti, fervore; Laxat.* Elect. Acid. *v. Julap. refriger.* Epithem. Aluminoſ. *Externè in Odontalgiâ ab humoribus, repellit.* Epith. de Sacch. Saturni. *Cordi, in Hæmorrhagiâ.* Garg. Prunellor. *Aſtringit, fœtorem tollit, eroſionem emendat; hæmorrhagias ſiſtit, firmat dentes, ulcera cicatriſat, glandulas conſtringit & effluxum ſalivæ cohibet.* Garg. de vite. *Aſtringit, emungit ſordes ex ore;* quî verò aluminata, glandulas conſtringendo, ſalivæ fluxum uberiorem pro-

licerent, nos nescire fatemur: Quòd aliquantisper salivæ effluxum invitent, non negamus, ex hoc, quòd acerbitas medicamentorum hujusmodi usque irritet, quoad eluatur; glandulis tamen validè constrictis, saliva haud multo post valdopere cohibebitur. Julap. acido dulc. ℥iv. *Biliosis convenit; non inflammationibus autem internis, aut ulceribus; Hæmorrhagiis prosunt.* Julap. refocillat. q. v. *In siti, fervore.* Julap. refrigeran. ℥iij. iv. *In fervore febris, siti; at excoriant acida, ubi nimium usurpantur.* Julap. de Sed. ℥iij. iv. *Sitim, fervorem, alleviat.* Litus Aluminos. *Ad Gingivas putridas, cruentas in Scorbuto.* Lotio ad Eruptiones. Lotio facialis. *Ad maculas, & cutis vitia.* Lotio Mercurialis. *Ad omnia cutis vitia, Pustulas, Ruborem; at cavendum est, ne nervis obsit.* Mistura ad oris ulcera. Pulv. acidus. *In Biliosis morbis.* Serum Diætetic. ℔j. *In sero mariatico, atrabilario, calido juvat.* Serum Tamarindinat q. v. *Sitim tollit, sanguinem refrigerat, laxat.* Troch. è Tamarind. q. v. *In Siti.* *Astringentia, Austera;* Cataplasma vomitum sedans. Cerevis. astring. ℔j. *Sanguinis compagem laxam obfirmat, vasa ferruminat; ulceribus prodest Ichorosis, uteri Rheumatismo (Fluore) Hæmorrhagiisque,* Decoct. Catech. simp. ℥ij. iv. *In Laxitate, Catarrho.* Decoct. Equiset. q. v. *In vesicæ ulceribus.* Decoct. Mastichin. ℥iv. *In nausea, vomitione, Diarrhœâ.* Decoct. Millefol. ℥iij. *Ad fluorem album.* Decoct. Quercin. (Haustul.) *Ad ventris profluvia.* Decoct. Rosar. q. v. *In sero salso, acri, & Tussi exinde tenui.* Decoct. Styptic. ℥iv. *In sanguine acri, tenui, fervido; vasa consolidat, sanguinem firmat, Hæmorrhagias sistit.* Elect. contra abortum, ℥ß. *Ventriculum, uterumque laxum firmat.* Elect. Astring. ℥ß. *Viscera laxa firmat, Diarrhœam comprimit;* quî tormina sopiat, aut acorem concentret, sub judice lis est. Elect. ad Hern. ʒiij. Elect. Styptic. ʒij. *Fluxus sanguinis sistit.* Emplastr. Gravidar. *In abortu præcavendo.* Emp. ad Lumbaginem. *Humores influos intercipit.* Enem. de malicorio. *In Diarrhœa ab intestinorum laxitate orta.* Express. Styptic. ℥ij. *In Hæmoptysi, Hæmorrhagia, astringit.* Fotus astring. *In inflamatione incipiente, œdemate; vomitu, Diarrhœa, Mensibus, Hernia à Re-*

à Repositione. Garg. Mastichin. *Ad excoriationem, inflammationes oris.* Gargar. Rosat. *Ad Laxitatem Glandularum oris.* Garg. de Sedo. *Refrigerat, repellit.* Haustus Japonicus. *In sanguinis vomitu, sputo, fluxu omni.* Haustus Stypticus. *In vomitu, & fluxu sanguinis omni.* Infusum rosatum. ℥iv. *In æstu febrili, siti, fluxu omni sanguinis.* Infus. rosat. comp. ℥iij. iv. *In Diarrhœa, Hæmoptysi.* Julap. astring. ℥iij. *In Diarrhœa, Symptomatica.* Pilul. astringent. n°. iv. *In Diarrhœa, Dysenteria, vomitu sanguinis & omni sanguinis fluxu.* Pil. Diacalcit. n°. ij. *In mensibus immodicis.* Pilul. Japonic. ℈j. *In vomitione, Diarrhœa, fluxibus sanguinis.* Pilul. è sang. Dracon. n°. iv. *Sanguinem, fluxus sistunt.* Pilul. Styptic. n°. iij. *In fluxu mensium, Lochiorum.* Pulv. contra Abort. ʒß. Pulv. Gravidar. ℈j. *In abortu futuro.* Pulv. contra hæmorrhag. ℈j. Rob. Acaciæ ℈ß. *Potenter astringit.* Succ. Hæmorrhoidal. ℥iij. *In fluxu Hæmorrhoidum immodico.* Tinctura Antiphthisica gtt. xx. xxx. *Seri extillationem præpedit, Rupturas vasorum resarcit, putredinem arcet.* Trochisc. Hæmoptoic. pp. *In Hæmoptoe.* Ung. refrigerans. *In dolore, æstu, pruritu.* *Viscosa, Glutinosa.* Decoct. Incrassans ℥iv. *In acri humore, ardore urinæ, tussi acri, Diabete.* Emulf. Arabic. ℥iv. vj. *In urinæ ardore, vel ab humoribus vel epispasticis, vel arenulis orto.* Gargarisma refrigerans. *In linguæ fervore, ariditate, in febribus ardentibus, in oris erosione.* Haustus contra fluorem *In fluore albo, ubi dolor lumborum comitatur.* Lohoch Incrassans. *In Catarrho tenui, acri, calido, continuò irritante.* Lohoch mucilaginos. *In Tussi, acri, tenui.* Pulv. Arabic. *vid. Emulf. Arabic.* Pulv. ad Herniam ʒß. *Partes consolidat, in fluxu Hæmorrhoidali usurpatur.* Pulv. Incrassans, ℈j. *vid. Decoct. Incrassans.* Syrupus Incrassans. *vid. Decoct. Incrassans.*

SCHOLIA.

Experimenta quamplurima nos erudiunt, *Acida* bilem, lac, serum, chylum atque lympham continuò congelare; ac proinde istiusmodi succos nostros refrigerare planè constat; quocirca cum acidorum indoles hæc sit, ut motum sanguinis intestinum, sibi à naturâ

 assigna-

assignatum, reprimant; inde eveniet, ut bilem ac humores acres alcalinos refrænent ac obvolvant, ut sitim fallant, ut ardores ac æstus febriles tollant, ut fluxus hinc oriundos (sive sint sanguinei, sive humorosi) comprimant; hinc etiam erit, quòd obstructiones generent; quippe, cùm nimiùm usurpentur, fluida coagulant, adeo ut circulando inepta sint.

Siquidem verò sale gaudent punctorio, idcirco adeo irritant, ut Diuresin promoveant; ut pituitam incidant eamque è pulmonibus elutrient: Dentibus autem incommoda multa inferunt, quippe qui sunt ex particulis alcalinis fere conflati, quibuscum acida exhibita quam maximè colluctantur: Ita sunt acres etiam, ut pulmonum bronchias aliquoties excorient.

Acerba, non alio modo quam acida ac astringentia agunt; quod si medicamenta sint insignitèr acerba, tam evacuant quam cauteria evadunt; hoc autem liquidò constat in *Vitriolo*, *Sale Vitrioli*, *Turpeto Minerali*, *Mercurio sublimato*, *Caustico Lunari*, *Crystallis Lunæ*, *Butyro Antimonii*, ac aliis quamplurimis; cujus phænomeni causa in *Pharmacomathiâ* nostrâ patebit.

Austera, componuntur ex salibus acidis fixisque simul unitis; humores autem congelant, ac densant, hincque refrigerant; tumores etiam intercipiunt, seu humorum influxum liberiorem præcidunt, ex eo quod fibras crispent; obstructiones generant; inflammationes, si intus sumantur, anticipant, ex eo quod tam humores coagulent, quam fibras constringant; hæc autem propter salium acidorum virtutes eveniunt; siquidem vero sale etiam gaudent fixo; hinc fit, ut ulcera detergeant, ex quo fit, ut ea saniem libenter ac expeditè deponant: *Bezoardica* ideo appellantur, quia cum putrefactio in salium volatilium ac sulphurum evectione nimiâ consistat, austera verò sanguinem putrefactum densent, ac compagem ejus laxam nimis adunent; alexipharmaca, bezoardica vel alia salutifera meritò audiunt.

Astringentia, ex multâ terrâ damnatâ, atque acidi pauxillo constant; quamobrem humorum seu sanguinis fluxus reprimunt; ex eo quòd tam densent humores, quam fibras contractiores efficiant: Inde est, quòd

dentes

dentes laxos firment, vulnera cicatrisent, fibras corroborent, humores incrassent. Febribus idcirco prosunt, quod particulas putridas, cum sanguine non miscibiles, deorsum pellant ac præcipites dent; repellunt, quia fibras ita comprimunt, ut humores parcius exinde influant, quocirca *intercipientia* audiunt.

Glutinosa, constant particulis ita lentis, ut vasorum parietibus adhærescere soleant; hinc fit, ut sanguinis effusiones auferant; ut fluxus reprimant; ut saniei effluxum minuant, ex eo quod aliquid ab humorum influorum copiâ subtrahant, saltem eam præoccupant; vasa etiam erosa feruminant: Hinc cum gluten sanguini suppeditent, fluxilitatem ejus minuunt, lentorem introducunt, ac motum idcirco segniorem multò efficiunt: Cum idem fibris gluten ista præbeant, istarum orificia erosa claudunt.

Aquea, humectant, diluuntque; quocirca sanguinem ac fluida reliqua refrigerant: Hinc est, quod salia disgregent, variosque morbos inde oriundos averruncent.

In *mictu sanguineo*, vasa sanguifera vel sanguinis momento, maximè aucto, cedunt; vel, erosis ab humorum ácrimoniâ, sanguis profilire cernitur, vel ab ictu rumpuntur; quantum ad causas internas, eæ evacuationibus cedunt; quod autem ad vasorum rupturam, ea vel stypticis vel glutinosis seorsim vel conjunctim exhibitis aufertur.

In *Aneurismate*, Arteriæ tunica interior vel laxatur vel dilaceratur; hinc fit, ut sanguis ibidem subsistat; cum primum tunica, stypticis ac glutinosis adhibitis satis firmatur ac constringitur, sanguis imperturbatò denuò circumagitur: Nisi si nimium laxetur vel dilaceretur vas; quia tum arteria incidi debet, uti chirurgi probè nôrunt.

Aphthæ in febre malignâ serpunt vel repullulant; his acida quam maximè adversantur.

Brevi, medicamenta acida, acerba, austera, ac astringentia luctas anticipant, fibras corroborant, disruptiones sanant, laxitatemque tollunt.

Corol-

Corollarium.

Emplaſtrum Corroborans.

℞ Emp. ad Herniam. Emp. de minio ana p. æ. m. f. Emplaſtrum Lumbis applicandum.

OBSERVATIONES.

Emplaſtrum hocce lumborum regioni, ubi abortum imminentem metuimus, admovendum eſt; quam multùm autem emplaſtra vel unguenta admota fini huic conferre queunt, ratiocinando liquidò conſtabit: Topica hoc in caſu uſurpata ex particulis viſcoſis ac terreſtribus potiſſimùm conſiſtere reperiuntur; quæ, cum admoventur, partes quibus adhæreſcunt, adeo conſtringunt ac coarctant, ut fluida parcius ibidem circumagantur; hinc eveniet, ut iſta, cum iſthinc avertantur, alibi circumeant, ac aliorsùm ſe conferant; ex quo fiet, ut eâ ratione vaſa ſanguinea repleantur, quâ illinc arcentur: Si igitur vaſa uterina copiâ ſuperfluâ, topicorum vi retroactâ, ſufferciantur; vix ullo pacto fieri poteſt, quin hæmorrhagia ac tandem abortus huic diſtenſioni ſupervenire valuerint: Quamobrem emplaſtra hæc ita parum aliquoties voto reſpondent noſtro, ut infortunium ipſum, quod avertendum erat, eoram adſit: In his igitur unis fiduciam reponere, eſſet reverà nihil ſapere; venæ ſectione autem, vel aliâ evacuatione oſtensâ, prius adhibitâ, necnon remediis ſtypticis intus exhibitis, abortus, vel mox futurus, certiùs longè præcavebitur; topicis autem fidere, eſt ſane ineptire.

Electuarium corroborans.

℞ Corall. r. pp. ʒß. Ter. Japon. gr. iij. cum q. ſ. Syr. de Mecon. m. f. Bolus horâ ſomni ſumendus quotidie, ſuperbibendo cochl. iij. vel iv. Julap. (quod vocatur *Julapium Hyſterico-Stypticum*, quod vide.)

OBSERVATIONES.

Electuarium hocce leniter aſtringit, ſanguinem ac fluida reliqua incraſſat, fibras corroborat, ora vaſorum aperta ferruminat; hinc eſt, quòd ſanguis, vel etiam partes

partes ejus magis tenues, non exudare poterint; hincque erit, quod abortus mox eventuri præcaveantur; hunc in modum porro in eundem finem præscribere solebat.

℞ Conf. Rosar. rub. ℥j. Corall. r. pp. ʒß. cum q. s. Syr. Caryoph. m. f. Bolus hac nocte, horâ somni, sumendus, superbibendo, &c.

Apozema Rubrum.

℞ Decoct. alb. ℔ij. Aq. Cinnam. h. ℥j. Sacch. Rosar. q. s. m. f. Apozema, de quo bibat haustum mane & vesperi & ad libitum.

OBSERVATIONES.

Potus hic erit, Diarrhœis, Dysenteriis, sanguinis fluxibus omnigenis laborantibus, gratissimus; quoniam vasorum aperturæ faciet satis; priùs autem evacuationes requisitæ adhibeantur, nisi periculum sit in morâ, quàm apozema hujusmodi præscribatur.

Bolus Astringens.

℞ Confect. Fracastor. sine melle ℥j. Rhabarb. opt. torrefact. gr. iv. Syr. Caryophyll. q. s. m. f. Bolus cras mane sumendus.

OBSERVATIONES.

Mos apud virum eximium incessit, ut *Diascordium* mellis vice cum syrupo de meconio conficeret; quandoquidem enim mel quibusdam imo plerisque sit in odio, ac uti illud alvum laxare comperimus; ita remedium stypticum cum melle conficere parum convenit: Nam cum medicamentum est styptico-diaphoreticum, diaphoreseos vice alvi laxatio subindè ponè subiret: Quoties enim mel temperamento cuivis peculiari adversaretur, deorsùm humores ferret, ac diaphoresin certò certius anteverteret: Satius igitur ac consultius cum syrupo de meconio quam melle conficietur.

Humores igitur leniter per poros avehit, astringitque potenter; hinc est, quòd sub idem tempus humores

mores tam aliò devocet, quam glandularum ac vasorum ora claudat; atque, hunc in modum, fomitem morbificum ita subtrahit, ut morbi quamplurimi præoccupentur exindè; ac uti Rhei torrefactio particulas Catharticas exhalat, ita *torminibus* medebitur bolus hic, non solum quoniam astringit, verum etiam, quia opiatum est, dolores leniet.

Electuarium Japonicum.

℞ Corall. rub. pp. ℥ß. Ter. Japonic. ʒj. Confect. Fracastor. sine melle ℥j. Syr. Caryophyl. q. s. m. f. Electuarium, de quo capiat quantitatem Nuc. Moschat. vel Juglandis, horâ decubitûs, superbibendo, &c.

OBSERVATIONES.

Hujus præscripti materialia sunt absorbentia ac styptica; hinc erit, quòd dysenteriis, Diarrhœis, vomitionibus, ac cunctis humorum vel sanguinis effusionibus passim obviam eant; quoniam, acrimoniâ primùm emendatâ, vasorum ora facile deinceps resarciri queunt.

Pilulæ Restringentes.

℞ Terr. Japonic. Gum. Arabic. Terr. Lemniæ ana ʒj. Tereb. ad duritiem coct. ʒij. Gum. Tragacanth. ʒj. cum q. s. Syrup. è Symphyto simp. m. f. Pilulæ minores; obruantur pulvere Corall. rub. pp. quarum sex capiat mane quotidie & vesperi; mane superbibendo, &c.

OBSERVATIONES.

Pilulæ hæ fluori propterea conducunt albo, quòd perindè humores incrassent, motumque paulò vividiorem interpellent, qui, cùm adeò in cursu suo præpediantur, ad glandularum ac vasorum orificia segniùs appellunt, ac demum extillatio præcavetur; verum & insuper glandularum orificia ac fibras ipsasmet contrahunt ac corrugant, ac hunc in modum fluxum minuunt; quod si fibrarum crispatio sola in causâ esset, cur fluxus quiesceret; metus esset, ne fluida more solito circumpulsa in vasorum orificia valdè arietarent ac proinde vice fluxûs emanationis suppressæ inflammatio introduceretur,

duceretur, aut ſaltem rurſum reverteretur fluxus; nam hoc in Gonorrhœis virulentis tritum eſt, ut, ſiquando intempeſtivè ſiſtantur, vel citò reproducantur vel alibi humores injurioſè inſideant: Quocirca primùm evacuandum eſt, deinde fluxus ſiſtendus eſt; atque hoc ita fieri debet, quia evacuando non tantùm plenitudinem demimus, verum humorum motum vitioſum aliò etiam devocamus; ex quo fiet, ut remediis ſtypticis deinceps facilius longè cedant fluxus hujuſmodi; quamobrem eſto, mulierem fluxu laborare albo, humorum pituitoſorum copiâ oriundo, qui cum uteri glandulas laxaverint, ubertim ex uteri vaginâ emanant, vireſque laborantium quam maximè proſternunt; corpus humorum ſarcinâ, pilulis ex rudii extracto ad ſcrupulum unum, ex mercurio dulci ad grana decem, ex reſinâ julapii ad grana quatuor, ac ex oleo juniperi ad guttas aliquot, primâ luce devorandis, cum cuſtodiâ debitâ; atque intra triduum quatriduumve ad tres vel quatuor vices repetendis primùm expediatur; deinde decocto guaiaci ad uncias quatuor mane & veſperi per dies triginta utantur; demum gelatinæ icthyocollæ cum radice anchuſæ coctæ cochlearia aliquot quotidie exhibeantur; cui ſi pilulas has adjiciatis, glandularum ora adeo reſarcientur, ut nil liquaminis ſupervacanei deinceps extillet. In gonorrhœâ virulentâ ſæpius evacuandum eſt, quia ex *Waldſchmidio, Qui benè purgat, benè ſanat*; poſthac balſamica intus exhibenda ac extrinſecus admovenda vel injicienda ſunt, quæ ſunt terebinthina, balſamum Gileadenſe, balſamum peruvianum, balſamum copaibæ, ac ſimilia; ulcus deinde probe deterſum ac mundificatum cicatrice obducendum eſt, ac proinde aſtringentia hujus gratiâ in uſum vocantur. Fluor autem muliebris ac gonorrhœa multùm à ſe diſſident; cùm in gonorrhœâ ulcus adſit, quod rarius in fluore accidere ſolet; hinc eſt, quod balſamica prius gonorrhœâ laborantibus exhibenda ſint, quam aſtringentia vel glutinoſa propinemus.

Terebinthina cocta eſt remedium aſtringens, quocircà non modò in uteri fluore, verum etiam in aliis paſſim uſurpatur: Non enim fluxum uterinum tantum

comprimet,

comprimet, verùm alios etiam paſſim ubique reprimet: Medicamenta enim vi gaudentia aſtrictoriâ, iſtam virtutem non fibris uteri ſolis, verum aliis etiam, uſquam ſitis, eandem impertiunt energiam; quamobrem quod uterinum eſt, cephalicum etiam erit; quod nervos cingit, uteri fibras etiam tendet; quod vaſa lymphatica ſuperiora ferruminat, eadem infra rupta reſarciet; quod demum uteri profluvium ſiſtit, fluorem alium, uſquam introductum, cohibebit.

Collyrium Refrigerans.

℞ Aq. Spermat. Ranar. Plantag. ana ℥iij. Aq. Aluminoſ. ℥iij. Aq. Medicamentoſ. ℥iij. Troch. alb. Rhaſ. ʒj. m. f. Collyrium.

OBSERVATIONES.

Quoties ophthalmia quemvis infeſtat, quæ idcirco adoritur, quòd ſanguis lentus, arteriolis impactus, tunicæ adnatæ ita hæreat, ut rubra paſſim appareat; toties collyrium hocce admotum, ita vaſa conſtringit, eorumque diametrum minuit, ut color iſte quamprimum evaneſcat, quoniam auctâ fluidorum, ex diametro minutâ, celeritate, impedimenti punctum amovebitur: Quod ſi nec venæ ſectio, nec cucurbitularum admotio, nec cathartica præceſſerint; nec revulſiones moliti ſumus, collyria parum valebunt: Quippe quæ humores repellunt tantum; ex quo fiet, ut cum ii haud procul amoveantur, Guttam ſerenam frequentius introducant. Antiſpaſes igitur nuſquam magis oſtenduntur, quam in oculorum ac capitis morbis; hinc fit, ut ii topicis raro, citra ſetacea, veſicatoria, Fontanellas, cucurbitulas, venæ ſectiones (præcipuè in jugularibus) cathartica, cæteraque ſtimulantia admota vel adhibita, quinimo repetita, cedere ſoleant: Cum morbi enim hujuſmodi contumaciſſimi fermè ſint, quòd ſemel depulſi ocyùs revertantur; jure merito hæſitamus, quid cauſæ ſit, quæ iſtiuſmodi introducant; quid ſit, quòd ſæpiùs ægrotos, ſemel captos, inviſant? ſanguis cum ſit gravis, cum difficiliùs ad ſuperiores quam ad inferiores terminos vehatur; neceſſe erit, humores longè expeditiùs per revulſoria deſuper ad infra trahantur,

trahantur, quam ex inferis ad ſupernas regiones, atque hinc fieret, ut morbi capitis citiùs revulſioni, quam iſti crurum locum darent; cùm hoc tamen aliter longè eveniat; inferre licet, morbos capitis à cauſis infra ſitis exordium ſumere; exemplo rem illuſtremus; pulmones à motu acclivi adeò ſubinde opplentur, ut dyſpnœâ aliquantiſper laborent collem ſcandentes; quid ſit, cur ita ſint anheli, niſi quòd femorum muſculi, nimiùm à motu compreſſi, ſanguinis deſcenſum pauliſper interpellent; qui hunc in modum præpeditus regiones ſupernas ita opprimit, ut reſpiratio ad tempus quam maximè interturbetur: Quidni & oculi idcirco inflammentur, quod partes infernæ aliquo modo malè afficiantur: Quocirca pedilavia hiſce in caſibus ſæpiùs in uſum trahantur.

Hoc autem à vobis adverti volumus; caveatis nimirùm ab emeticis in oculorum morbis; quippe quæ humorum curſum jam præpeditum ulteriùs juſto interpellarent, ex eo, quod, cum ii ſint validè impacti, obicem ultra ponerent. Jampridem nos conſuluit quidam, cujus filio, ophthalmiâ laboranti pharmacopola, medico, jubente, emeticum propinabat; huic remedio ita parum ophthalmia ceſſit, ut inflammationi hypopyon ſucceſſerit; quo inſcitè tractato, cancer oculum ac paulò poſt vitam ſuſtulit. An cancri ſanati exemplum ullum, præter iſtud in actis philoſophicis *Londinenſibus* memoratum, proferri poterit, neſcimus ſanè; eximius autem vir *D. Turbeville* methodum in iſtis delineat, quâ oculorum cancri ſectione auferri queunt, quæ conſulatis.

Electuarium Conglutinans.

℞ Conſerv. Rad. de Symphyto, Conſerv. Roſar. rubr. ana ℥ij. Corall. rub. præp. ℥ß. Pulv. Haly ʒiß. Croc. Mart. aſtringent. ʒiß. cum ſ. q. Syrup. è ſymphyt. m. f. Electuarium molle, de quo capiat quantitatem caſtaneæ, mane & veſperi quotidie; ſuperbibendo Aq. Spadan. ℔ß, ℔ ß. poſt. Doſin matutinam & & veſpertinam.

OBSERVATIONES.

Electuarium hoc abortum idcirco antevertet, quò fit tam aſtringens, quam glutinoſum, necnon quòd humiditates aqueas reſorbeat; ex quo fiet, ut ſucci ac fluidi inſpiſſentur ac ora glandularum vel fibrarum rupta etiam ferruminentur, tametſi, ex *Homero* canente

Ἐξόμενος δ' ἐπὶ γοῦνα κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν.

Hinc autem fiet, ut placenta refigeretur, ac abortus ſubſequatur: Cavendum autem eſt, ut hujuſmodi motum, deambulationem, cum viris ſuis conſortium evitent; quoniam his non obſervatis, aſtringentia parum valebunt.

Jamdudum matronam quandam novimus, cujus colliquamentum ita ubertim promanavit, ut aſtringentia parùm ipſi profuerint; poſtura autem ſola, ipſime nota, huic malo contulit: Morbus hic, quòd ſcimus nullibi in authoribus locum etiamnum reperit: Hoc autem ter nobili huic obtigit; cúmque placentam, ab ortu facto, feriò luſtravimus, facilè deteximus, membranas ad placentæ oras diſruptas fuiſſe; ex quâ rupturâ colliquamentum ad quantitatem ſatis ingentem jugiter ferè effluxit: Cùm ipſi aſtringentia ac glutinoſa plurima incaſsùm adhibuerimus, nutrimento, facile coctu, ac poſturæ ſoli imperavimus; quibus infantes duos, at debiles, at ſtrigoſos, peperit: Nec aquæ *Tunbrigenſes* nec *Briſtolienſes*, quibus ante conceptum ex præſcripto *H. C* diu uſa fuerat, ipſi hilum, ne gry quidem profuerunt.

Collyrium certum.

℞ Aq. Plantag. Euphrag. Roſ. ā. ℥j. Troch. alb. Rhaſ ʒij. Lap. Tutiæ ℈ij. Vitriol. Rom. gr. ij. miſce pro Collyrio, quo frequenter utatur.

OBSERVATIONES.

Quibuſcunque collyria hujuſmodi in uſum traher animus eſt, memoriâ teneant, ſe tantiſper à liquoris inſtillatione, ſupinos cubare; oculoſque deinde ſuos plu

rimum

mum circumagitare, adeo ut liquor ambos oculi canhos pertingat.

Parti affectæ collyria frigidiuſcula admoveantur; uicquid enim calidum oculis adhibetur, ſi in nimio eccetur, humorem aqueum vel exhalat vel incraſſat; inc cataracta peſſimæ notæ, vel in temporis puncto, produceretur.

Præſcripti hujus portio humorum acrimoniam minuet, eoſque incraſſabit, ita ut ii non ultrà oculos erodant; hinc erit, quod inflammationes à bile ortæ facilè depellantur; vitriolum autem, cum parùm incîdat, humores ſubſiſtentes denuò circumagit: Serio utem monendi eſtis, ut evacuationes prius adhibeantur, quam topica admoveantur; & ut topica diutinè applicentur: Vir egregius *Sydenhamius* fertur morbos capitis parum ideo illuſtrâſſe, quia iſtos ſe neſcire ingenuè profitebatur: Ægrotos autem apertè certiores faciamus, iſtiuſmodi morbos febri vel phthiſi vel morbis periculoſis longè curatu difficiliores eſſe.

Pilulæ Stypticæ.

℞ Corall. rub. præp. Croc. Mart. aſtring. Gum. Arabic. Tragacanth. ana ℥j. cum. ſ. q. Syr. è Symphyto m. f. Pilulæ minores (obruantur pulvere oculorum Cancror. pp.) quarum ſex capiat mane quotidie, & veſperi, in Cochleari Julap. &c.

OBSERVATIONES.

Quandoquidem ſuprà de electuario conglutinante, pilulis reſtringentibus, necnon bolo aſtringente multa effati ſumus; hic manum è tabulâ traheremus; niſi quòd cum *Riolano* addere liceat, ſtyptica meatui aperto, glutinoſa vero vaſi eroſo jugiter accommodari; hinc eſt, quòd gummi arabicum ac tragacanthum vaſis pulmonum ab acribus humoribus eroſis conducant; hincque fiet, ut crocus martis aſtringens necnon corallium diarrhœis conferant; cùm autem hæc ſymptomata ſimul occurrant, pilulæ hæ ſpecificè iſtiuſmodi opem ferent.

Electuarium Pectorale.

℞ Conſ. fruct. Cynoſbat. ℥iij. Conſerv. Roſar. rub. ℥j. Pulv. Haly ʒj. Spec. Diatragacanth. frig. ℈ß. cum q. ſ. de Rubis Idæis m. f. Electuarium molle, de quo capiat quantitatem juglandis mane & veſperi quotidie, & mane ſuperbibat ℔ß. vel ℔j. Aq. Spadanæ, & veſperi hauſtum ejuſdem.

OBSERVATIONES.

Electuarium hocce ex medicamentis refrigerantibus, acidis, ac viſcoſis planè conſtat; quocirca ſalia ſeptica quæ ſanguini præſunt, obvolvit, irritationes immanes aliquantulum alleviat; hinc fit, ut tuſſi acri auxilium præbeat; quî verò acida ac ſtyptica tuſſi phthiſicæ, cum ſputum purulentum ſit, præſtò ſint, uti eximio viro *Paxtono* videtur, neſcimus ſanè: Eſto, quòd irritatio ſedetur, hectica compeſcatur, ac puris ſecretio uberior præcidatur exindè; quid de ægrotis fiet? auſcultetis parum, quæſumus; ulcere externo laboret quis, inflammatione non ſublatâ, ulcere non deterſo, cicatriſetur ac claudatur ulcuſculum; cumprimum ſaniei effluxus præciditur, inflammatio increbreſcit, & alibi abſceſſus, ac tandem ulcus alio in loco propinquo in lucem prodibit, graviúſque nunc quam ante graſſabitur: Quidni & hoc in pulmonum ulceribus obtineat? Cum *Hippocrates Aphor.* undecimo, *Sect.* ſeptima hæc habeat, *Quum vero ſputum ſiſtitur, moriuntur*; cum *Sylvius* etiam hæc habeat, *ceſſant fluere* (ulcera) *ante mortem.* Videtis igitur, quî ſtyptica vel opiata phthiſicis in ſtadio phthiſeos ultimo obeſſe queant; quandoquidem enim experientiâ erudimur, remedia ejuſmodi aſthmata, ſputi ſuppreſſionem ac tandem mortem ipſam adurgere; neceſſe erit, ab iſtorum exhibitione noſmet contineamus: Quando pulmones inflammentur exinde, quando reſpiratio quam maximè lædatur, ac demum quando mors ſit in ollâ: Prudentèr igitur hic procedendum eſt.

Tuſſi igitur acri, tenui, ſubſidio venire poterit; ac dummodo aquæ ſpadanæ ſimul exhibeantur ſalia disjunguntur, irritationes ſedantur, hectica quieſcit, appeti-

tus

tus dejectus restituitur, ac sudores nocturni cohibentur; si insuper noctu opiata (uti sunt pilulæ è styrace, laudanum) propinentur, evacuationibus magis universis præmissis, phthisis nondum confirmata evanescet.

Electuarium Bechicum.

℞ Conserv. Rosar. rubrar. ℥iij. Ol. Sulphuris per Campanam q. s. ad gratam aciditatem, m. f. Electuarium. de quo capiat quantitatem Castaneæ frequentèr, urgente tussi.

OBSERVATIONES.

Electuarium hoc tussibus ab acrimoniâ alcalinâ, biliosâ, ortis propterea aderit, quòd glandulas constringat, extillationemque præcidat, quodque demum bilem ipsam immutet: Inflammationi autem ita parum proderit, ut pleuritidi, peripneumoniæque obsit, ac proinde tussi exinde ortum capienti, præ acidorum principio congelante, maximè oberit. Authores nonnulli acidum sulphuris sanguinem coagulare negant, quod certè, experientiâ duce, falsum esse profitemur. Quia tamen asthmatum paroxysmi subinde ab ephemera seu temperie febrili initium faciunt; idcirco spiritus hicce introsumptus paroxysmum istum minuit; quippe cùm humores denset, adeò ut fluida, præ luctâ immaniori vasa tendentia, detumescant; necesse erit, vasa etiam concidant, ac respiratio ideò multo liberior sit, ac asthmata hujusmodi quiescant.

Acida in convulsionibus ab authoribus nonnullis ideò deprædicantur, quia acrimoniam salinam alcalinam ac biliosam emendant, necnon quia spirituum Ἀταξίας, commotiones, tumultus, explosionesve sedant; hinc est, quod spiritus vitrioli præscriptis convulsioni accommodatis adjiciatur.

Cephalalgiis immanibus, à bile ortis (uti à calore præternaturali, corporis totius, plantarum ac volarum detegitur) acida prosunt; quoniam bile immutatâ, evacuationibus (venæ sectione nimirum, ac cholagogis) præmissis; dolori, quia causæ, finis aderit.

Cap. IV.

MEDIA.

1. *Scabra, Testacea.*



Ocul. Cancror. gr. xij. Cinnab. Antimon. gr. iv. m. *In Epilepsiâ, Febribus Infantum continuis.*

℞ Corallin. ʒß. Sacch. Mercurial. ℈ij. m. *In Vermibus.*

℞ Cinnab. nativ. gr. vj. (viij.) Conf. Borag. q. s. m. *In Cephalalgiâ Hystericâ.*

℞ Decoct. C. C. q. s. *In Diarrhœâ, Cholerâ, Dysenteriâ, Lienteriâ.*

℞ Oc. Cancror. ʒj. Marg. pp. ʒß. Testar. ovor. ℈j. m. *In Colica scorbutica, Empyemate, Bulimia.*

℞ Cinnab. nativ. gr. vj. Crystal. pp. gr. iv. Pulv. Pannon. gr. vj. m. *In Colica Infantum.*

℞ Bezoar. oriental. gr. iij. Oc. Cancror. gr. iv. m. *In Colicâ Infantum.*

℞ Cinnab. nativ. gr. vj. Rasur. C. C. gr. x. m. *In Epilepsia.*

Huic Classi sequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Antimonium cum nitro præparatum, Bezoartium minerale, Calx abluta, Confectio de Hyacintho, Ebur. præparatum, Emplastrum è Cretâ, Lapis calaminaris præp. Lapis contrayerva, Magisterium Perlarum, Margaritæ præparatæ, Oculi Cancrorum, Ossium præparatio, Plumbum lotum, Plumbum ustum, Plumbum crudum pulveratum, Pulvis Bezoardicus Magistralis, Pulvis Cardiacus Magistralis, Pulvis è Chelis comp. Tutia præp. Unguentum de Calce, Unguentum Diapompholygos. Unguentum Ophthalmicum, Unguent. è Plumbo, Unguentum Tutiæ.

Ex Pharmacopœiâ Bateanâ. Antefebrile Concharum ʒj. *Febrifugum, Diaphoreticum.* Antimon. Diaphoret. ℈j.

j. ℥j. *In Cachexia, Hydrope, Scorbuto acido, Lue.* Antimon. Diaphoretic. fixum ℈j. ℥j. *vid. Antimon. Diaphoret.* Antimon. Medicamentoſ. ℈j. ℥j. *vid. Antim. Diaphoret.* Arcanum Coſmeticum. *Externe ad faciem dealbandam.* Aurum Moſaicum, gr. x. xii. *Diaphoreticum.* Bezoarticum Joviale gr. iij. vj. *Diaphoreticum, Febrifugum, Scorbuticum, Antipeſtilentiale.* Bezoarticum Lunare gr. vi. xij. *Sudorificum, Epilepticum, Antapoplecticum, Cephalalgicum in dolore.* Bezoartic. Minerale gr. vj. xij. *Alexiterium, Sudorificum in Peſtilentialibus.* Calx Jovis ℈ß. *In utero ſtrangulato.* Calx Lunæ ℈ß. *In Apoplexia, Epilepſia, Hyſtericis.* Ceruſſa Antimon. *vid. Antimon. Diaphoretic.* Ceruſſa Martis. *vid. Antimon. Diaphoret.* Crocus Jovis gr. iv. x. *Sudorificus, in Lue, Podagra, Peſte, utero ſtrangulato. Externè ad ulcera inveterata, Cancros, fiſtulas.* Decoct. album q. v. *In Siti, in Diarrhœis.* Dentifricium Dominarum. *Pro dentibus fricandis.* Diacreta ℥j. *In ardore ventriculi, optima.* Electuarium album ℥j. iij. vj. *In Cachexia, Hydrope, Ictero, Scorbuto, Lue.* Emulſio Cretacea q. v. *In Cardialgia.* Julap. Cretaceum ℥iij. *In Cardialgia.* Lapis contrayerva ℈ß. ℨß. Cardiacus, Alexiterius. *In variolis, morbillis, Febribus malignis.* Lapis de Goâ. *vid. Lap. Contrayerva.* Magiſter Antimon. Diaphoret. ℈ß. j. *vid. Ceruſ. Antimon.* Pulv. Cantianus ℈ß. ℥ß. *In variolis, morbis malignis.* Pulv. Cardiac. rubens ℥ij *In Cardialgia.* Pulv. Pannonic. rubens. ℈j. ℥j. *In febribus malignis,* &c. Pulv. Purpureus ℈j. ij. *In variolis, morbillis.* Sacchar. eborat. Sal. Corall. ℈ß. j. *In febribus mali moris.*

Ex Pharmacopœiâ Fulleri. Bolus Cardiacus ℨß. *In Febribus continuis, ſpiritus recreat, ſudores movet.* Electuarium Cinnabarinum. *Sanguinem depurat, obſtructiones reſerat; valet in Scabie, ac cutis turpitudinibus, in doloribus articulorum, tuberculis pulmonum crudis, ſcrophulis, ulceribus, convulſionibus (quoniam acidum tollit;) at in tremoribus ac paralyſi vult ut evitetur.* Pulv. Alexipharmacus ℈j *In Febribus mali moris, ſudores ciet.* Pulv. Cardialgic. ℨj. *In Cardialgia.* Pulvis Edulcorans ℈ij. *Acidum in ventriculo ac inteſtinis emendat, puerulis conducit.* Pulv. perlat. ℥ß.

SCHOLIA.

Quandoquidem medicamenta *Teſtacea* ſubinde ſanguinem *tenuant*, aliquoties autem eum *incraſſant*; ideo à nobis *Media* audiunt. Cùm autem paradoxon ſit, ut virtutes in ſe quaſi contrarias poſſideant, neceſſe eſt, explicemus, quî hæc fiant.

Teſtacea igitur tam humiditates abſorbent, quam acida immutant, ſaltem obvolvunt; cum ſanguis, ſ ro redundans, ſit idcirco aquoſior ac paulò tenuior; ſeri redundantiâ per teſtacea præcisâ, neceſſe erit, ſanguis craſſior longè evadat; quocirca hoc in ſenſu *incraſſantia* jure merito nuncupantur: Cum acidum ventriculi ac inteſtinorum ſuccis, ac proinde ſanguini, tantum non ſtatim imperet ac præſideat, offæ quamplurimæ exinde paſſim generantur, adeò ut ſanguis alicubi in ſubſiſtendi periculum veniat; ſanguis hujuſmodi craſſus, limoſus ac lentus, nec injuriâ, vocatur; cum primum autem acidum hoc, quocunque modo, evertitur, ſanguis fundatur, ac idcirco tenuior fiat, neceſſe eſt; quòd acida verò teſtaceis cedant, adeò non ambigimus, ut certo certiùs deſtruantur exinde, quocirca *attenuantia* tum appellari merentur.

Externè admota, ulcera vel maximè ſanioſa, cicatriſant, quippe quæ acidum ſepticum, ulcera introducens, efficacitèr abſorbent. Internè etiam exhibita valde proſunt, uti fuſiùs dicturi ſumus.

Corollarium.

Pulvis Paſpharmacus.

℞ Chel. Cancror. pp. Oc. Cancror. pp. Marg. pp. Sacch. perlat. ana ℥j. m. f. pulvis; divid. in octo Chartulas, quarum unam capiat mane quotidie & veſperi (in Cochl. Lact. Aſinini, ſuperbibendo ℔ß. ejuſdem.)

OBSERVATIONES.

Vocatur hic pulvis paſpharmacus, non quòd omnibus inſerviat uſibus, ſed quià frequentius à viro egregio

io in uſum traheretur; ut verum fateamur, morbi ontumaciſſimi quibuſcum in *Angliâ* fermè affligimur, b acido initium faciunt; qui idcirco teſtaceis, calciis, unà cum lacte exhibitis facillimè cedunt: Hinc eſt, uod phthiſi allevamento ſint efficaci, ſi cum lacte adniniſtrentur, his nempè de cauſis, quoniam ſalia ponca, vel etiam ſeptica, præ copiâ ac acrimoniâ ſuâ, el ulcera introducere ſolent, vel hecticas ac ſudores olliquativos; ac proinde mortem adurgent: quibus bvolutis, his nocumentis finis aderit. Lactis item coagulationem anticipat; calor enim ventriculi ſeceſſioem in partes, uti fit in lactariis, promovet; quam ulveres hujuſmodi præripiunt.

Eruptionibus, à ſalibus acidis concentratis ortis, quæ calore volaram ac plantarum & pruritu ingenti digoſci queunt, ſubſidio veniunt. Item ſtranguriis opem erunt, quoniam ſalia obvolvunt. Scorbuto acido cuiis auxiliantur, præmiſſis univerſalibus, ita ut ſymptoaata dira ſenſim evaneſcere percipiantur. Menſium uxui immodico manus ideò porrigunt auxiliares, quia à ſero ortum ſuum ducant, illud abſorbent; ſi ab acio corroſivo vero initium faciant, hoc immutato metus apertus, poſthac facillimè claudetur.

Siquando igitur morbi acido oriundi corpus humaum infeſtent; medici eſt indagare, quænam acidi ſpeies, quodnam individuum corpori inſit: Quoniam hoc ion detecto, morbus uſque permanebit.

Cap. V.

2. *Ramoſa, Flexilia, Mollia.*

℞ Fol. Hyoſcyam. m. j. coquantur in Lacte. *Pro Pruritu ullibi.*

℞ Ser. Lact. ℔iij. C. C. raſ. ℥j. coq. colatur. add. Syr. Dialth. q. ſ. *In hecticâ, Febre erraticâ.*

℞ Sem. Melon. ʒij. Aq. Lact. ℥vj. tundantur, f. Emulſio;

ſio; add. colat. Sacch. Perlat. q. ſ. *In Hecticâ, inflammationibus internis.*

℞ Ranar. virid. ſiccat. p. nº iij. Sacch. perlat. ʒiij. m. *In Hecticâ.*

℞ Emulſion. 4. Sem. frig. maj. ℔ij. cum Amygd. & Sem. Papav alb. a. q. ſ. *In Phrenitide, Vigiliis, Rheumatiſmis, Inflammatione omni internâ.*

℞ Farin. Avenac. ℥ij. Hord. Perlat. ℥j. coq. in Aq. colatur. ℥vj. add. Sacch. Cand. q. ſ. pro Gargariſmate. *In Inflammatis Variolis.*

℞ Butyr. inſulſ. ℥ß. Sacch. Cryſtall. q. ſ. m. *In Puſtulis Pharyngis inflammatis in Variolis.*

℞ Decoct. Malvæ ℥vj. Syr. Violar. ℥ß. m. *In Dyſuriâ.*

℞ Balſ. Copayb. gtt. x. (in Saccharo) capiat. cum Vino. *In Gonorrhœâ virulentâ.*

℞ Ol. Violac. ℥ij. Lilior. alb. ℥j. m. f. Enema. *In Hæmorrhoidibus dolentibus.*

℞ Cepar. cum Butyr. inſulſo coctar. q. v. admoveantur. *In Hæmorrhoidibus cæcis dolentibus.*

℞ Ol. Amygd. ℥j. Mann. ℥iiß. Vin. Malvatic. ℥j. m. capiat. *In Iliacâ.*

℞ Rad. Alth. m. j. Sem. Lin. Fœnugræc. a. ʒvj. Flor. Melilot. ʒiv. Farin. Hord. ℥xij. Mell. Comm. ℥ij. Axung. Porc. q. ſ. m. f. Cataplaſma. *In inflammatione.*

℞ Cepar. toſt. ℥iij. Fic. nº. x. tundantur, add. Baſilic. ℥iij. Mell. Virg. Farin. Sem. Hord. Fœnugræc. a. q. ſ. m. f. Cataplaſma, *ſuppurans.*

℞ Ung. Dialth. ℥j. Ol. Amygd. d. ℥ß. m. *Pro dolore Pectoris.*

℞ Paſſular. Exacin. ℥iv. Hord. ℥ij. coq. in Aq. *In Inflammatione internâ.*

℞ Sperm. Cet. ʒij. Ceræ q. ſ. m. f. Emplaſt. *In Iſchiade.*

℞ Decoct. Sarſ. & Chin. cum Syr. Dialth. edulcorat. ℥iv. internè. *Pro Iſchiade.*

℞ Herb. Parietar. in Butyr. frix. m. admoveantur ad Pubem. *In Nephritide.*

℞ Rad. Alth. ℥ij. Malv. Parietar. a. m. ij. Sem. Lini ℥j. coq. in Lact. pro Fotu ad Lumbos. *In Nephritide.*

℞ Ranar. Virid. Verm. terreſt. Limac. a. q. v. coq. in Ol. *In Contracturis.*

℞ Ol.

℞ Ol. Lin. rec. Syr. Liquorit. Mell. Violar. a. ℥iß. Sacch. Cand. ʒiß. m. *In tussi acri, tenui.*

℞ Ol. Amygd. d. Syr. Capillor. Vener. a. ℥iß. Sacch. Cryſtal. ʒiß. m. f. Linctus. *In Tussi acri.*

℞ Pulv. Haly. ʒij. Syr. de Mecon. q. ſ. m. f. Linctus. *In Tussi acri.*

℞ Craſſ. rec. ext. ʒij. Ol. Amygd. d. ℥ß. Syr. Dialth. ℥j. m. *In Calculo Renum.*

℞ Flor. Unguentor. ℥ß. Pulv. Glycyrrh. ʒj. m. *In Ulcere Renum.*

℞ Axung. Porcin. ʒij. cum Opii gr. j. (ij. iij.) m. pro Glande. *In Teneſmo.*

℞ Diachyl. cum Gum. ℥j. Axung. Porcin. ℥ß. Ceræ q. ſ. m. *In Scirrho, Scrophulâ.*

℞ Flor. Verbaſc. & Chamom. a. q. v. coquantur in Lacte. *Pro Teneſmo.*

℞ Butyr. inſulſ. ℥j. Mell. opt. ℥iß. Troch. Bechic. alb. ʒiij. m. *In Tussi acri.*

℞ Syr. Balſam. ℥ij. è Sympht. ℥iij. Balſ. Lucatell. ʒß. m. *In Tussi ulceroſâ.*

℞ Butyr. non ſalit. ℥ij. Mucilag. Sem. Lin. Fœnug. rad. Alth. a. ℥ß. m. *In Pectore dolente à Tussi.*

℞ Mic. Pan. ℥vj. Pulp. rad. Althææ, cum Mucilag. add. Ol. Lilior. alb. q. ſ. m. f. Cataplaſma. *In Tentigine venereâ.*

℞ Balſ. Sulph. gtt. x. Conſ. Flor. Malv. ʒj. m. *In ulcere Uteri.*

℞ Decoct. Hord. ℔ij. Syr. Balſam. ℥ij. m. *In ulcere Renum.*

℞ Lact. ℥iv. Troch. Gordon. ʒß. Opii gr. ij. m. pro injectione. *In ulcere Veſicæ.*

℞ Tereb. (in Vitell. Ov. ſolut.) q. ſ. m. *Pro Digeſtivo.*

℞ Conſ. Flor. Malv. ℥ij. Pulv. Rad. Symphyt. maj. ℥ß. G. Arabic. ʒiij. Syr. Dialth. q. ſ. m. *In ardore Urinæ.*

℞ Fic. Ping. ℔ß. Rad. Alth. rec. cont. ℥ij. coq. in. ſ. q. Aquæ ad mollitiem, Dein. contuſ. add. Farin. Tritic. q. ſ. m. f. Cataplaſma. *Suppurans.*

℞. Rad. Alth. Mundat. ℥ij. Lilior. alb. ℥j. Fol. Malv. Violar. a. m. ij. Flor. Chamom. Melilot. a. m. j. coq. ad mollitiem; coct. & colat. add. Farin. Fœnug. Tritic. a. p. j. Ferment. acris ʒij. Ping. Porc. Butyr.

Butyr. a. ℥ß. Ol. commun. q. ſ. Croc. ʒß. m. f. Emplaſt. *Suppurans.*

℞ Diachyl. cum Gum. q. v. Pingued. Anſerin. Medul. Crur. Vitul. & Cer. q. ſ. m. f. Emplaſt. *In Scirrh. Hepatis vel Lienis.*

℞ Cepar. q. v. coq. cum Lact. contuſ. frigantur in Sartag. applicentur calidè ſupra Ventrem. *In Dolor. à Partu.*

℞ Ol. Scorpion ʒj. Amygd. d. ʒß. m. inſtilletur. *Aur. dolenti.*

℞ Ung. pectoral. ℥ß. Reſumptiv. ʒij. Ol. Amygd. d. ʒiij. Sperm. Cet. ʒß. m. *In Dolore Pectoris à Tuſſi.*

℞ Capit. & Ped. Vervec. q. ſ. Herb. emollient. q. ſ. coq. in Lact. Abdomini admoveatur. *In Atrophia Infantum.*

℞ Mic. Panis in Lacte contemperat. Vitell. Ov. adject. cum Ol. Roſar. Croco & Opio miſt. *In Dolore Virgæ, ullibi.*

℞ Flor. Sulphur. Pulv. Glycyrrh. Sacch. Cand. a. ʒij. Balſ. Sulph. Aniſ. q. ſ. m. f. Pilul. (Doſ. ℈j.) *In Tuſſ. Aſthmaticâ humidâ.*

℞ Caſſ. rec. ℥ß. Tereb. ʒij. Pulv. Glycyrrh. q. ſ. f. Bolus. *In Calculo Renum.*

℞ Lact. Vaccin. ℥vj. Vitell. Ov. nº. j. Sacch. alb. ʒiij. m. capiat. *In Glottidis Conſtrictione.*

℞ Sem. 4. frigid. major. Papav. alb. Portulac. Cydon. a. ʒj. G. Arab. Amygd. d. a. ʒij. Sang. Dracon. ʒj. in Mucilag. Pſyll. q. ſ. m. f. Pilul. capiat. vj. in Lacte. *In ardore Urinæ.*

℞ Aq. Lactuc. Limac. a. ℥ij. Mucilag. Rad. Alth. ℥j. Alb. Ov. conquaſſat. nº. j. m. injiciantur. *In Stranguriâ.*

℞ Succ. Malv. ℥j. Butyr. inſulſ. ℥ij. Vitell. Ov. ß. m. *Pro Gingivis duris.*

℞ Lact. ℥viij. Ol. Lilior. ℥iij. Caſſ. rec. extract. ʒj. m. f. Enem. *In Calculo Renum.*

℞ Pinguedin. Urſi ℥iij. Ol. Maſtic. ℥ij. m. *In Contracturis.*

℞ Ol. Amygd. d. Sevi Porci a. q. ſ. m. *In Fiſſuris Mammarum præveniendis & curandis.*

℞ Aq.

℞ Aq. Lactuc. Papav. Rhæad. a. ℥iß. Laudan. Lond. gr. j. Syr. de Mecon. ʒij. m. *In doloribus, Vigiliis.*

℞ Pomor. assator. n°. ij. Alb. Ov. n° j. m. *Pro Ambustis primi gradûs* (viz. *ubi ardor tantum adest.)*

℞ Balf. Sulph. ʒij. Ung. Dialth. ℥ij. m. *In Ambustis (ubi ardor & inflammatio) in secundo gradu.*

℞ Ol. Lini ℥j. Nucum ℥ß. m. *In Ambustis, in primo gradu.*

℞ Ung. Dialth. ℥j. Ol. Lin. ℥ij. m. *Pro Crustis auferendis, & in 4to gradu Ambustionis.*

℞ Ol. Olivar. ℥ij. Cer. Citrin. ℥ß. Thur. Mastich. a. ʒj. Vitell. Ov. n° j. Butyr. q. s. m. *Pro Digestivo.*

℞ Mell. ℥j. Butyr. ℥ij. G. Elemn. ʒiij. Tereb. solut. ℥ß. m. *Pro Digestivo.*

℞ Jur. Vitulin. ℥x. Ol. Hyperic. ℥j. Balf. Lucatell. ʒj. Opii gr. iv. m. f. Enema. *In Dysenteriâ.*

℞ Decoct. Rapar. ℔ß. Sacc. Cand. ℥j. Ol. Amygd. d. ℥j. m. *Pro Calculo.*

℞ Fol. Semperviv. maj. (ablatâ Cuticulâ) contund. admoveantur. *In Cornubus pedum.*

℞ Rad. Alth. ℥ß. fol. Malv. m. ß. capit. Papav. n°. j. Sem. Lin. Fœnug. a. ʒij. coq. in Lacte pro Fotu. *In Dolore ullibi, Aure dolente.*

℞ Ol. Violar. Lilior alb. Amygd. d. Butyr. insulf. a ℥j. Mucilag. Sem. Psyll. Farin. Alth. a. ℥iß. Croc. ʒ ß. Ung. Basilic. ℥iß. m. *In Ambustis in tertio gradu* (vesiculis sectis) *ubi Ulcus*; item, *in 4to gradu, ubi Crusta.*

℞ Caric. Ping. q. v. tost. tene in Ore. *Prope locum ubi Angina ruptura est.*

℞ Furfur. q. v. coq. in Aq. donec lactescit, colatur, add. Mell. q. s. m. *In Aphthis.*

℞ Fic. Rad. Alth. Croc. Farin. Hord. Sem. Lin. Fœnug. cum Melle m. f. Cataplasma. *Ad suppurandam Anginam.*

℞ Sperm. Cet. gr. v. (℈j. ʒj.) Jusculi ping. q. s. *In Catarrho tenui.*

℞ Pulp. Sed. maj. q. v. tundat. add. Aq. Ros. Sacch. q. s. *Pro Aphthis.*

℞ Opii gr. ij. mitte in Dentem. *In Odontalgiâ.*

℞ Lact. ℔j. Croc. ℈j. add. Ol. Rof. q. f. *Pro Dolore Aurium.*

℞ Lact. Vaccin. ℥j. Opii gr. iij. m. inftillentur Guttæ aliquot in Aurem. *In Dolore.*

℞ Cepar. toft. Butyr. rec. ℥ij. Ol. Chamom. ℥ij. Croc. ʒß. Mucil. Sem. Cydon. q. f. f. Cataplafma. *In Dolore Aurium.*

℞ Lact. Caprill. Afinin. q. f. *In Atrophiâ.*

℞ Scorzoner. ℥ij. coquat. in Aq. *Pro Cancro.*

℞ Aq. Pull. ℔j. Syr. Violar. ℥j. m. f. Enema. *In Cholerâ.*

℞ Aq. Paralyf. ℔iß. Mirab. ℥j. Laudan. liq. gtt. xx. *In Cholerâ.*

℞ Decoct. Hord. ℥ix. Theriac. Androm. ʒiij. m. f. Enema. *In Cholerâ, Dyfenteriâ.*

℞ Aq. Lactuc. ℥j. Paralyf. ℥ij. Laud. liq. Cydon. gtt. xx. m. *In Colicâ biliosâ.*

℞ Flor. Sulph. ʒß. Conf. Flor. Malv. q. f. m. *In Colicâ ab Acri,*

℞ Oliban. Cer. Virg. Pic. Brutiæ a. q. f. m. *In Dolore Sterni.*

℞ Syr. Diafulph. ℥j. Balfamic. ℥ß. Balf. Sulph. gtt. v. m. *In Empyemate.*

℞ Raf. C. C. ℥j. Farin. Avenac. ℥ß. coquantur in Aq. Font. ad ℥viij. colatur. add. Sacch. q. f. m. *In Cardialgiâ.*

Huic Claffi fequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinenfi. Adeps, Pinguedo Aq. Althææ, Aftacorum, Confolid. maj. Lactis, Limacum, Malvæ, Nymphææ, Papav. Rhæad. Parietar Portulac. Ranar. Raparum, Sempervivi, Solani, Tapf Barbati, Tuffilaginis, Caffia extracta, Conf. Borag Bugloff. Lilior. alb. Malv. Papav. errat. Paralyf. Tuffilag. Violar. C. C. nova præparatio, Decoct. pectoral fine Hyffop. Diapenidion fine fpeciebus, Ebur. pp Herbæ 5 Emollientes, Liquor Betulæ, Lohoch de Caulibus, Lohoch de Farfara, Medullæ, Mel Mercuriale Mel paffulatum, Mel Violaceum, Olea Amygd. d. Avellanar. Balaninum, Cucumerum, Cucurbitæ, Lactu

ca

cæ, Lateritium, Lilior. alb. Lini, Nenupharinum, Olivar. comm. Ovorum, Pinearum, Piſtachiorum, Rapi, Pulmones Vulpis, Rob. ſimplex, Succ. Glycyrrh. ſimp. Syr. de Aithæa, Syr. Borag. Syr. Bugloſſi, Syr. Capill. Vener. Syr. Endiviæ, Syr. de Glycyrrh. Syr. Jujubin. Syr. Mercurial. Syr. Nymph. ſ. & c. Syr. Paralyſ. Syr. Portulac. Syr. de Sempervivo, Syr. Tuſſilag. Syr. Violar. Ung. Anodynum, Ung. Dialth. Ung. Hæmorrhoidale, Ung. Pectorale, Ung. Potabile, Ung. Reſumptivum.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Aq. Lact. Nephritic. ℔ß. *Circa Plenilunium, & Novilunium.* Aq. Lactis Pectoralis ℔ß. *Ad Tabem, Phthiſin.* Balſamum verum. *Externe ad variolarum foveas.* Butyrum Amygdalinum. *Anodynum, leniens, maturans, ad Tormina ventris.* Cataplaſma ad Paronychiam. *Admoveatur loco affecto.* Caudela Amygdalina ℔ß. *Pro Puerperis Diarrhœâ laborantibus.* Caudela Nenupharina ℔ß. *In Gonorrhœâ, Profluvio albo, abortu præcavendo.* Clyſſus Portulacæ, Cremor. Hordei, q. v. *In Siti.* Decoct. Limacum ℥vj. *In Tabe, Phthiſi.* Emulſio de Avellanis ℔ß. *In ardore Urinæ.* Emulſio Dactylorum ℔ß. *In abortu, Gonorrhœa, Tabe, Tuſſi, Macilentia.* Enema Dyſentericum. Flores Sulph. alb. ℈ß. ʒß. Julap. Hyſteric. Farinaceum. Coch. 4. in Paroxyſmo. Liquamen Sulphuris, gtt. xx. xxx. *In Aſthmate, Tuſſi, Phthiſi, Pleuritide.* Lohoch. album, q. v. *In Tuſſi.* Lohoch. domeſticum, q. v. *Ad expectorationem promovendam.* Miva Boraginis. Ol. Cremoris. *In Combuſtionibus, Eryſipelate optimum.* Ol. Ranar. *Ad faciei ruborem, Impetiginem, Eryſipelas, &c.* Ol. Tritici. *In manuum fiſſuris, pedum ulceribus, Labiorum rimis, Herpete, Cutis Scabritie, optimum.* Paſta Hypoglottida. *In ore, ubi lingua arida.* Serum de Sedo ℥vj. *In Siti, ardore febris.* Syrupus ad Fiſſuras. *Externè ad Mammas fiſſas.* Syrupus de Rapis cochl. j. ij. *In acri, tenui Tuſſi.* Tabulæ Farfareæ q. ſ. *In Tuſſi acri, tenui, ferinâ.* Tabulæ Lenthales, q. v. *Pectorales in Tuſſi tenui.* Trochiſci Pectorales, q. v. *In Tuſſi tenui, acri, titillante.*

Ex Pharmacopœïa Fulleri. Cataplaſma de Caſſia.

Contra Anginam celebre. Cataplasma Laterale. *Anodynum, vel in Pleuritide notha.* Cibus albus. *In Tabe, Gonorrhœa.* Decoct. edulcor. ℔ß. *Acorem emendat, Phthisi prodest, Doloribus, Ulceribus, morbisque cutaneis.* Decoct. Malacens. ℔ß. *Obtundit acres humores, incrassat tenues, lævigat asperos.* Decoct. Malv. Magistral. ℔ß. *Acrimoniam emendat, incrassat, refrigerat, humectat, lenit, ardorem urinæ minuit, calculosis confert.* Decoct. Passulat. q. v. *Morbis Pectoris ab acri medetur, sitim sedat.* Decoct. Pectoral. ℥iij. vj. *Incrassat, obtundit, lubricat, humectat, demulcet, hinc est pectorale, pleuriticum, Rheumaticum, Nephriticum, variolis medetur.* Decoct. Phthisic. ℥iv. viij. *Salia demulcet, Phthisi, Hecticæ, sudoribus nocturnis prodest.* Decoct. Rapar. ℥vj. *Pectorale, temperat, incrassat.* Decoct. Sarsæ ℔ß. *Acres humores lenit, dolores vagos abigit.* Electuar. de Malv. ℥ ß. *Tussi prodest siccæ, acrique; calculoque renum.* Emp. Farinac. *Ad Dorsi dolorem.* Emulsio commun. q. v. *Lenit, refrigerat, humectat, acres corrigit humores, Hecticis medetur, febri inflammatoriæ ac Deliriis aliisque symptomatis inde; erosiones sanat, sitim tollit.* Emulsio edulcorans q. v. *In acribus humoribus.* Enem. Balsamic. *In Dysenteria, Erosionibus, cruciatibus Intestinorum.* Enem. Emolliens. *Alvum lubricat.* Enem. laxans. *Fæces emollit, educit.* Enem. de Verbasco. *Dolores Hæmorrhoidum demulcet, ulcuscula sanat, &c.* Fotus ad Inflammationes. *Emolliens, Anodynus.* Gargarisma Emolliens. *In Lingua arida, fissa, in febribus mali moris.* Gargarisma Lævigans. *Lenit, humectat.* Haustus ad Catarrhum. *In Tussi, acri, gutturali, prodest; in Tussi pectorali, non item.* Haustus lacteus. *In atrophia, humoribus acribus, sudoribus nocturnis.* Jusculum Cancrorum 1. 2. *Nutrit.* Jusculum consummatum, Galli, Phthisicum. *Omnia nutriunt.* Litus Infatum. *Ad Aphthas, oris Erosiones.* Lohoch. Bechic. *Acre obvolvit, tenue incrassat, tussi continuò irritanti succurrit.* Lohoch. commune, *refrigerat, humectat, lubricat, obvolvit acres humores.* Lohoch. Lævigans. *Linguæ, faucium, Gutturis excoriationem tollit, acre obvolvit.* Lohoch. Oleosum. Lohoch. Vitellinum. *In erosione, fissuris, raucedine, Catarrho à tenui, acri.* Mel

passulat.

passulat. *Incrassat, pectorale est.* Mel passulat. *Sitim alleviat.* Mistura Oleosa ℥iij. iv. *laxat, lubricat, obtundit, calculo prodest.* Pasta ad Aphthas. Pil. Halosanthinæ ʒß. *In Puerperis contusis ob partum.* Ptisana q. v. *Sitim tollit, fervorem mitigat, acre in pulmonibus demulcet.* Syrup. de Malvâ. Syrup. de ovis cochl. j. ij. *In Tussi, acri, tenui.*

SCHOLIA.

Medicamenta hæc oleosa, flexilia, acriores sanguinis aculeos æquè recondunt, ac proinde graviores indè noxas prævertunt, atque fibras rigidiores aliquanto discingunt, ac proindè eas multùm dilatant. Propter salium implicationem, venenis perindè metallicis ac mineralibus, atque vegetabilibus medicari cernuntur; per fibrarum autem dimensiones auctas stat, quòd ista dolores, ex eo quòd fibras nimium tensas laxent, sedare comperiamus: Ulcerum itidem digestionem idcirco adurgent, quòd fibras latiores ac proinde proniores longè ad fluidorum saniosorum levi quâvis de proritatione depositionem efficiant: Hincque fit, ut, fibris laxatis ac unà fodicatis, *digestio* ritè progrediatur.

Si cui igitur animus pependerit, quî morbi à salibus septicis prognati, depellentur; ex hoc, quòd, sint acida an alcalina, ipsos penitus lateat; medicamenta hujusmodi flexilia intus utilitèr usque sumi poterint, donec certo constat, quodnam salis genus sanguini præsideat. Intus exhibita calculo renum propterea subveniunt, quippe cum ureteres lubricent, eos ampliant exinde, ac proinde calculo deinceps locum cedunt; hinc fit, ut enemata, è medicamentis flexilibus conflata, calculi paroxysmo se adjutores præbeant. Materiam quamvis, bronchiarum parietibus, ac glandularum orificiis adnascentem, efficacitèr excutiunt ac proinde tuitæ Ἀναζωγλῶ felicitèr impellere, uti omnibus sat notum est, experimur: Non bronchias à sordibus sibi adhærescentibus solùm expediunt, verum humores etiam aculeatos nimis ita ramosis suis particulis irretiunt, ut incommodis, irritationi, nimirum, molestissimæ, excoriationi, inflammationi, ac demum ulceribus certò tandem exinde certius eventuris, felicitèr occurrant.

Siquidem utique nutrientia ac reficientia, maciei medentia, potiſſimum ex *flexilium* cenſu petenda ſunt; hinc fit, ut victus ſaluberrimus ſint ramoſa, lactea, nempè amygdalata, gelatinæ ac ſimilia; horum enim adjumento fit, ut vel maraſmo occubituri mox his aliquandiu exhibitis, rurſum ægrotos διαρκίᾳ ac vitâ donemus. Inde igitur eſt, quod profluviis quibuſvis à ſalis acrimoniâ ortis, adſint, ex eo quòd ſalium congeſtionem ſeu vicinitatem ſejungant, acieſque eorum obvolvant: Tumoribus duris opem ſuppeditant, quando fibras tam leniunt, quam humores ab adhæſione extricant. Calculo ideo conducunt, quia ureterum diametrum multum ampliant; in ulceribus digeſtioni ſunt auxilio, atque inflammationes, quæ diſſipari nequeunt, in abſceſſus abire cogunt: Nutrimentum marcidis præbent; irritationibus quibuſvis, ſive in tuſſibus, ſive in pruritu, ſive in doloribus, obviam eunt: Febri hecticæ ideo conſilio ſunt, quà ſalia quam maximè aculeata obvolvunt; articulis contractis ſubſidio veniunt; quoniam humoribus ita pertinacitèr impactis primùm à fibris extricatis, eæ deinceps quamprimùm diſcinguntur, laxantur, ac muneribus uſitatis tandem adſunt.

Flexilia vero non perinde præconiis efferimus, ac ſi nunquam aliquibus nocumento eſſent: Nam ubi largâ manu diſtribuuntur ac exhibentur, præcipuè ſi ſint oleoſa, nauſeam introducere advertuntur: Hâc nimirùm de causâ; quandoquidem muſculorum, uti ex iſtis antagoniſtis expertibus liquidò conſtat, eſt, jugiter ſemet contrahere; proinde inteſtina, quorum tunica interna ac media muſculoſa eſt, ex trito naturæ more contrahantur, neceſſe eſt; inde erit, quòd edulia in temperamento ſano ſegniter protruderentur, niſi quòd tàm propter motum eorundem vermicularem, quàm alimentorum pondus contractionis inferioris reſiſtentiæ fermè ita vincantur, ut chylus, ut fæces tandem deorſum ferantur: Eſto igitur, fibras muſculares ſuperiores, per medicamenta oleoſa paulò uberiùs ſumpta laxari; quo major iſtarum laxatio eſt, eo languidior erit alimentorum protruſio; quinimo tandem adeò laxabuntur fibræ, oleoſis madefactæ, ut reſiſtentiæ momen-

tum

tum in fibris inferioribus, isti in superioribus longè prius sit, ut chylus ut scybala ibidem moras trahant, ut auctâ ab inferis resistentiâ, fibris autem supernis magis in horas etiam locum cedentibus, nausea ac vomitus horrendi frequentius obtingant; hinc fiet, ut olea sepiusculè ac ubertim propinata emetica evadant.

Galenus l. 5. c. 9. de Medicam. Facultat. Emollientium in cancris usum vituperat; *Hildanus* insuper *Cent.* 1. *Obs.* 89. tria exempla in hujus sententiæ ratificationem in medium affert; quocirca rem hanc aliquantò penitius perpendamus; in modum igitur sequentem argumentari nobis liceat; ex *Hippocrate*, cum *contrariorum contraria* debeant esse *remedia*, tumores duriores emollientibus seu flexilibus medicari oportet; cæterum cancri sunt tumores omnium durissimi: Oportet ergo eos emollientibus remediis sanare. Quandoquidem autem cancri sunt tumores adeò contumaces, ut nullatenus vel remediis qualibuscunque cedere comperiantur; necesse est, nosmet ab eorundem admotione prorsus contineamus; nam uti pars sana, non autem tumor iste Scleroticus medicamentorum adhibitorum efficaciam experitur, ita pars sana adeò ampliaretur exinde, ut ista tumoris ponderi tantoperè locum daret, ut mox increbresceret ipsius ambitus, veluti experientiâ quotidianâ erudimur. Hinc fortean est, quòd saturnina, quippe quæ fibrarum, cancrum circumdantium, tonum laxiorem prævertunt, cancris opem ferant.

Flexilium seu emollientium usum, in ophthalmiis siccis seu inflammatis, deprædicat eximius vir Dr. *Coward in ophthalmiatria p.* 163. eorumque utilitatem hoc in casu quam sæpissimè nosmet experti sumus; quando enim hujusmodi remedia fibras nimiùm tensas discingunt, humidi mucosi secretionem denuò incitant, ita ut palpebræ rursum promptè moveantur.

Corollarium.

Decoctum Phthisicum.

℞ Rad. Chin. in taleolas scifs. ℥iß. Rasur. C. C. Eboris. ana ℥j. Fol. Capillor. Vener. p. ij. infundantur per noctem

noctem in aq. bullient. ℔xii. mane coquantur ad medias, m. f. Decoctum, cujus capiat ℔ſs. cum Sacchari pauxillo, vel Rad. Eryng. Condit. q. ſ. vel Lact. Aſinin. Cochl. vi. mane & veſperi.

Bochetum, fit herbas & ingredientia reliqua recoquendo in Aquæ fontanæ ℔viii. ad iv.

OBSERVATIONES.

Ubi lac aſininum parum cuiquam prodeſſe reperitur, decoctum hocce, humores noxios, acreſque, qui pulmones exulcerant, obvolvendo, maximopere proderit: Quocirca ſeri acrioris ſtimulos obtundit, hecticaſque inde ortas aufert; aſt ut vera fateamur, nos neſcire apertè profitemur, quî fiat, ut ulcus pulmonum grande ullo modo remediis quibuſvis cedat; cum inſpiratio ipſa unioni repugnet: Nam uti inſpirationis causâ fit, ut veſicularum ipſarum parietes immane quantum diſtrahantur, ita ulceris, iſtis locis alicubi inſidentis, labia eâdem diſtrahentur ratione, nec idcirco unquam claudi poterint.

Linimentum Anodynum.

℞ Balſ. Lucatell. ʒii. Ol. Amygd. d. ℥i. Ol. Macis per Expreſſionem, Ung. Flor. Aurantior. a. ʒii. m. f. Linimentum parti affectæ illinendum, Chartam emporeticam ſuperimponendo.

OBSERVATIONES.

Linimentum hoc ab ipſo præſcriptum fauſtò novimus, cùm thoracis muſculi, præ tuſſis vehementiâ, doloroſi fuerint; quando enim oleoſum ac molle eſt, fibrarum tenſionem nimiam laxat, ita ut cum tenſio cedat, cum vaſorum diametri amplientur, cum liquores, à tergo preſſi, motus præpediti reſiſtentiam vincant, cum demum fibrarum criſpatio de viâ decedat; neceſſe erit, liquida denuò in motum cieantur, vaſa ſubſidant, ac tandem dolores quieſcant.

Unguentum Pacificans.

℞ Unguent. Sambucin. Butyro Maiali pp. ℥i. Ung.

Populn.

Populn. ℥ß. Ol. Mac. ʒi. m. pro Linimento, quo partes affectæ illinantur.

OBSERVATIONES.

Quòd unguentum hoc particulis oleosis potissimùm constet, humoribus in fibris passim subsistentibus ideò motum conciliat, quia istas tam retundit, quam lenitèr usque adeo titillat, ut cum fibrarum emollitione, cum earundem stimulatione, humores ab ulteriori residentiâ expediantur: Tensione hunc etiam in modum sublatâ, dolores ferè consident.

Linctus Incrassans.

℞ Syr. Dialth. Ol. Lin. S. igne extract. Amygd. d. ana ℥ii. Sacch. Cand. ʒi. m. f. Linctus, de quo capiat Cochl. unum vel duo frequenter. Vel,

℞ Ol. Amygd. d. ℥ii. Syr. de Alth. Capillor. Vener. ā. ℥i. m. f. Linctus, de quo capiat cochl. i. frequentèr, urgente tussi.

OBSERVATIONES.

Veterum medicorum sententia linctus in Bronchias irrepsisse tulit, quem errorem facilè expunxit anatomia; cùm enim aquæ tantillum, quinimo vel guttula, asperam subîerit arteriam, quantos conatus, quàm magnas anxietates ciere cernitur? certò tamen constat tusses, linctibus devoratis, sedari; quî verò hoc fieret, paucis explicare lubet: Tusses ab humoribus aliquatenus pungentibus, vel laryngis seu asperæ arteriæ rimulæ exteriori vel bronchiis incubantibus oriuntur; ubi rimulæ insederint humores, statim ut ingeruntur eclegmata, titillatio quiescit; quod longe secus in tussibus à punctis bronchiarum parietibus evenire solet; necesse est, medicamenta iter in sanguinem prius faciant, quam bronchias contentis suis perquam molestis expediant, necnon fluida antea viribus suis imprægnent, quam fibras pulmonum membranosas percellant, pituitamve excutiant. Quocirca quoties pituita glandularum oribus paulò pertinaciùs adnascitur, toties oleosa ac flexilia intus exhibita istam refigunt; ac siquidem contrarietas remedio est, ita humores tenuiores tantoperè obvolvunt,

ut

ut craſſiores fiant, ut facile deinceps elidantur, ſaltem ut pulmones à roſione tueamur. Non modò tuſſibus, ſed calculo etiam idcirco auxilio ſunt, quòd ureteres valdè dilatent, ita ut truſioni cedant.

Miſturæ igitur hujuſmodi laxant, lubricant, dolores leniunt, humorumque ſalinorum aculeos impenſe obvolvunt. Hunc etiam in modum ſæpius eoſdem in uſus præſcripſit.

℞ Ol. Lin. ſine igne extract. ℥j. Syr. Balſam. Capill. Vener. ana ʒij. m. f. Hauſtus mane & veſperi per triduum ſumendus.

Electuarium Lævigans.

℞ Conſerv. Flor. Violar. Conſerv. Flor. Malv. ana ℥iß. Gum. Arabic. ʒß. Corall. r. pp. ʒiß. cum ſ. q. Syr. de Symphyt. Simp. m. f. Electuarium molle de quo capiat quantitatem juglandis, horâ decubitûs quotidie (ſuperbibendo cochl. iv. Julap. ſequentis. ℞ Aq. Flor. Paralyſeos, Lact. Alex. ana ℥vj. Aq. Pæon. comp. ℥ij. Sacch. parum. m. f. Julap.)

OBSERVATIONES.

Compoſitum hoc adeò eſt molle ac mucilaginoſum ut aciditates ferinas reſorbeat, ac proinde ſymptomata dira inde orta efficacitèr prævertere ſoleat.

Quando ſanguis humoribus acribus ita gravatur, ut dyſuriâ laboremus exinde, cum ardore, roſione ac punctione ejus comitibus aſſiduis; electuarium hocce ardori iſtiuſmodi quam optimè finem dabit; ſequens etiam ex *Fallopio* eidem inſtituto inſerviet. z.

℞ Sem. Lactuc. Portulac. ana ℈ij. Sem. Papav. alb. ℥iß. Endiviæ ac Acetoſel. condit. ana ℥j. Sebeſt. Prunor. ana ℥ij. Amyl. ℥iv. Ebor. uſt. ℥j. G. Tragacanth. Arabic. Glycyrrhiz. pulv. ana ʒj. Mucilag. Sebeſt. ℔ij. Sacch. Cand. Violac. ℥viij. m. & coq. in Q. S. Succ. Granator. & Sacch. f. Electuar. Doſ. ʒij. in die.

Si membrana ventriculi ſenſilis alicubi abraderetur, aſſumpta ſtatim revomuntur; cum res huc pervenerint, Electua-

lectuarium hoc tam humoris aculeos recondit, quam ritationem ſedat; quinimò *Bartholinus* exulcerationi entriculi gummi arabicum accommodari jampridem dvertit.

Hecticis gelatinoſa ac mucoſa convenire medicorum ommuni conſenſu ratum eſt; hinc eſt, quod lac aſiinum tantoperè iſtiuſmodi laborantibus ſubſidio ſit. rurientibus ideò opem ferunt, quia ſalia pruriginem ntroducentia valdè irretiunt; pſoræ vero non cuncta nucoſa adeò ſpecifica ſunt, quin ſulphur vivum vel floes ejuſdem hunc in finem requirantur: Quinimò græorum lepræ ſeu elephantiaſi ſulphurea ita parum adrunt, ut nullis remediis uſque huc notis cedere comeriantur; aſt ſemel depulſis, mox revertuntur: Quod d *Rhefeldti* ſpecificum ex arſenico compactum, iſti fiducia parùm adhibenda eſt, cùm ſit tantoperè corroſium, ut neutiquam tutò intùs ſumi poterit: Ptyaliſmum etiam ſæpius infauſto inſtituimus, quandoquidem menſibus tribus quatuórve emenſis, eruptio hujuſmodi jugiter pedem referre ſolebat.

Quòd liquores ſpirituoſi, ac ardentes acres valdè ſint, combibonum ventriculi adeò exinde ſiccantur, ut fibræ ejus maximoperè tendantur ac uſtulentur; hinc fiet ut tandem in inflammationes ac abſceſſus abeat; ſiquidem igitur flexilia liquorum ac potuum horum aciem refringunt; læſis exindè aliquoties ſubſidio venerunt: Quoniam muco abraſo, fibris tenſis, ac fermento deficienti, non aliâ methodo commodius, quam mucoſis, occurritur. His autem præcedant evacuantia leniora, ut ſaburra ventriculo inſidiosè incubans extrahatur, quibus coronidis vice, ſi ſpadanas exhibeatis, malo finem ſtatuetis.

Mulierum, quarum menſes immodicè necnon dolore ſtipati emanant, corpora bile vel humoribus impensè acribus certè ſcaturiunt; hujuſmodi electuarium hocce, quippe cum fluxus exceſſum necnon fervorem minuat, maximo erit auxilio. Cuticulam præ humore acri deglubitam ac deraſam gummi arabico cum ſero porcinoque miſto jamdudum in aniculâ reſarcivimus; iſta enim propter tuſſis vehementiam urinam invitò dejecit, quæ tantâ acrimoniâ gaudebat, ut perinæum undique

undique excoriaverit, præ cujus angore dies ac noctes transfegit inquietas.

Oculi humore acri in ophthalmiâ fæpiùs vexantur, uti à genarum excoriatione, palpebris erofis liquidò conftat; electuarium hocce erit remedium alterans huic fanguinis ftatui accommodatum acri fi; collyria adhibeatis, necnon mercurialia intus exhibeatis, ophthalmia hujufmodi filebit.

Fateamur verò neceffe erit, medicamenta mucofa appetitum profternere; quando enim ifta glandularum oribus quàm maximè adhærefcunt, fecretionem ventralem interpellant; quod fi acidulæ propinentur, noxa hæc facilè præfcindetur.

Suprà advertimus *flexilia* calculo renum profuiffe; hic autem afferimus veficæ etiam calculo ideo fubfidio effe, quippe cum calculi grandiores aliquanto veficæ mucum abradant, qui facilè nobis à magnâ muci copiâ excretâ patefcit, eftque mucus hic fignum calculi veficæ pathognomonicon; mucofa, cùm mucum adjiciant, leniunt, ac falibus urinæ impedimento funt, minùs ulcera ibidem introducant: Quod fi adhæc albumina ovorum agitata feu oleum amygdalarum ex fyringâ per catheterem in veficam injiciatis, erofionis difcrimen feliciter antevertetis.

Unguentum è Spermate Ceti.

℞ Sperm. Ceti Ung. Aurantior. Ceræ alb. ā ℥ij. Ol. Amygd. d. parum, m. f. Unguentum.

OBSERVATIONES.

Quoties variolarum fcabies funt quafi deciduæ, quæ cicatrices indecoras à fe reliquerunt; unguentum hocce faciei illitum iftas refigit, ita ut placidè pofthac decidant; exhinc eft, quód, cùm citra dolorem excidant, neque cutis tamdiu rubefcat, neque cicatricum foveæ profundæ fint; nam fiquid nos conjecturas faciendo valeamus, quum fcabies ufque eo cuti infederit donec exareat ac coëat, undique induratur; uti durities autem hæc tam altas agit radices, quàm fupra cutim eminet, ita cicatrix, pro fanationis modulo, magis vel minus profunda erit: Cum chirurgi verò cicatrice non

ante

antè cutim obtegunt, quam ſuperficiei complanetur ulcus; itaq; caveant medici, ne facies prius excabeſcat, quam emineat ſcabies; in variolis autem malignis, ubi humores valdè ſunt acres, ſi citò excabeſcat facies, repullulant puſtulæ: Hoc autem in caſu, lites inter authores conciri videmus, num puſtulæ ſecari debent; quippe quòd eroſio exinde prævertatur; è contrario verò quoties materiam acrem ac rodentem diu cuti inſiſtere permittimus, toties tardius aliquanto decidunt ſcabies, necnon hinc erit, quod foveæ profundiores ſint: Puſtulæ igitur citò excabeſcentes atque exareſcentes, veſtigia minima; tardius verò exareſcentes, maxima, poſt tergum, relinquunt: Multis præter *Mayernium* hoc videtur, quòd puſtulæ in variolis malignis ſecari debeant, hâc nempè de cauſâ, quòd hiſtoriæ plurimæ teſtentur, ulcera propter humoris acris moram ſæpiùs introduci; quî vero hujuſmodi tractentur, *Criticon* conſulatis.

Emulſio Amygdalina.

℞ Decoct. Hord. ℔j. Amygd. d. decorticat. nº x. f. Emulſio, cui adde Aq. Cinnam. hord. ℥j. Sacchar. parum, de quâ bibat ad libitum.

OBSERVATIONES.

Cùm potus hic diluat, ſitim ac fervorem reprimit; cùm ſit dulcis, nutrit; quoties igitur delirii phrenitici periculum nobis incumbit, ſanguinis motum tantoperè præpedit, ut Καῦμα, ut plenitudo, ut humorum infarctus præſcindantur: Quî igitur *Mortonus* rectæ rationi fecerit ſatis, remedia calidiora in febre intensâ adminiſtrando, vix capi poteſt.

Stranguriæ febrili, ab epiſpaſticis admotis excitatæ, opem feret emulſio hæc, cui ſi ſemina papaveris albi adjiciatis, longè erit efficacior; quippe cum opiata doloribus ſublevandis clueant, additamentum hoc conſultò fiet: Quantum ad ardorem, à gonorrhœâ virulentâ excitatum, huic pauxillum ſalis prunellæ, vel etiam ſpiritus ſalis additio, utramque faciet paginam; cavete tamen, ne ſpiritum acidum emulſioni adjiciatis.

Enema Emolliens.

℞ Decoct. commun. pro Clysterib. Emollient. ℥x. Syr. Violar. Mell. Mercurial. ana ℥iß. m. f. Enema statim injiciendum.

OBSERVATIONES.

Parum discrepat enema hoc ab *enemate laxante*, quod videatis p. 96.

Ptisana.

℞ Passular. ℥ij. coq. in Aq. Hordeat. ℔iiß. Colaturæ fervid. affunde Liquorit. contus. ℥ß. iterum coletur, f. Ptisana, de quâ bibat ad sitim restinguendam.

OBSERVATIONES.

Quid sibi velit *Hippocrates* in *libro de victûs ratione* per τὸ Ptisanam (πτισάνην) parum ultra intelligimus, quam quod vox πτισάνη sit hordeum decorticatum à πτίσσω decortico; quippe verò Ptisanæ hìc delineatæ vires æmulatur, cùm perinde atque hæc febribus prosit ardentibus, morbisque acutis: lubricet, humectet, sitimque sedet; hujus ptisanæ vices geret.

Radix glycyrrhizæ plerisque ideò damno erit, quià præ dulcore suo ingrato, nauseam parit, quinimo sæpenumero anorexiam.

Ptisana *Lujæ* nobis hâc magis arridet, quæ hunc in modum conflatur.

℞ Decoct. Hord. cum Corn. Cerv. ℥vj. Decoct. alterant. ℥iij. Tinct. Flor. Violar. Bellid. ana ʒi. Syr. Canell. C. ℥j. Julap. Rosar. ℥ß. m. f. Ptisana.

Item Apozema sequens *Morelli* hunc in finem proderit, quod est.

℞ Rad. Borag. Bugloss. ana ℥j. Fol. Lactuc. Portulac. Violar. ana m. j. Flor. Nymph. p. iij. Sem. iv. frigid. major. ana ʒij. coq. in s. q. Aq. simp. colatur ℔iß. add. Syr. de Portulac. ʒij. Acetos. simplic. ℥ij. Sp. Vitriol. ℈j. m. f. Apozema.

Apozema

Apozema hoc, cùm febrium ardorem reprimat, sanguinisque motum refrænet, ejusmodi proderit; quoniam ubi primum motus efferus considet, fluida paca-tiùs in orbem flectuntur, atque secretiones, exindè subductæ, uberiùs deponentur; hinc fiet, ut saliva pro solito naturæ instituto rursum effluat, ut fibræ arefactæ humectentur, ut sitis demùm evanescat.

Quod si particulæ aculeatæ tussim urserint tenuem, ac jugiter irritantem, uvæ passulæ necnon glycyrrhiza, quippe quæ aculeos obvolvunt, acrimoniam delent; quando insuper lubricant, adhæsionem pituitæ facilè extergent; siquidem autem asthma oritur fermè à pituitâ vapidâ nimis, atque idcirco non satis fibras pulmonales percellit, quod sale vacet; hujusmodi pectoralia his parum equidem conferent, cum fibras laxando, pituita neutiquam omninò excerneretur, quin ibidem suspiciosè pedem figeret.

Quantum ad hordeacea, quanquam aliquoties prodesse comperiantur; ea tamen idcirco incommodo sunt, quòd febre lentâ ac malignâ decumbentes haud impunè istiusmodi devorant; quoniam spiritus jam depressi facilè exindè obruerentur; præcipuè vero appropinquante crisi, ista quàm maximè evitanda sunt, cum sudores criticos evidenter reprimant: Hinc mirari subiit, quâ de causâ *Smetius in Miscellaneis* undas nivales tum deprædicaverit.

Bolus Hæmorrhoidalis.

℞ Pulp. Cassiæ recens extract. ℥ij. Flor. Sulphur. ℈ß. m. f. Bolus horâ quartâ pomeridian. sumendus, & horâ decimâ mane, & superbibat haustulum, &c.

OBSERVATIONES.

Quòd ad hæmorrhoides cæcas, ubi tumores intus præcipuè elevantur; causæ istas generantes quam sæpissimè à scybalorum in intestinis morâ diuturniori pendere observantur; inde est, quòd, cùm vasa sanguinea premantur, fluida sua in orbem pellere nequeant; quin, uti appulsus fluidorum refluxum superat, ita partes intumescant, inflentur, necesse sit; sanguinis lentor item tumores urget: Tumoribus autem dolores superinjiciuntur:

injiciuntur: Hujusmodi dolores, fæces proritando, fluida circumpellendo, quiescunt; cùm bolus autem hic fæces emolliat, necnon foris exhauriat; cùm humorum acrimoniam leniat, necnon istos dissipet, hæmorrhoidibus cæcis subsidio veniet, uti *Pulverino p.* 558. *c.* 62. jamdudum videbatur.

Colicæ non raro ab humoribus acribus initium faciunt, sive ii sint alcalini sive acidi, hic non disceptamus; quando particulæ autem sulphureæ utramque obvolvunt acrimoniam, utrique speciei auxilio erunt; hinc bolus hic tam biliosæ, quam pictonum colicæ aderit; necnon uti humores immutatos deorsum fert, ita utramque faciet paginam.

Sulphur in balsamum digestum tumorem huncce tam lenit, quam dissipat; cui ovi vitellus cum spiritu vini mistus olim utilis fuit; quocirca cùm humores à fibris expediat sulphur, atque eos leniat, tumoribus ac doloribus commodo erit.

Secundum *Bohnium* oleosa ac flexilia propterea sanguini acri auxilio erunt, quod aculeos recondant; hinc est, quod nonnulli sulphurea in phthisi valdè deprædicent; quamplurimi enim, parentibus phthisicis prognati, acrimoniâ innatâ, verbo sit venia, ab infantiâ jam usque primâ infestantur; quæ cum invaluerit, fibras erodit teneras atque adeò pulmones ipsos; his sulphur utile erit, si tamen in hecticæ discrimen non inde veniant.

Asthmati humido, quando sanguis ad effervescentiam præceps est, quanquam pituita bronchiis firmiter adhærescit, solenne est, ut calor nimius seu periodicus seri partes tenuiores evaporet, adeò ut ejus residuum in gluten fere abeat; cui adhærescentiæ bolus hic ita occurrit, ut pulmonum bronchiæ saburrâ lentâ quam optimè expediantur: Nam veluti naves retinaculis amotis, in undas ex asseribus præ sevo facilè prolabuntur, ita pituita ex glandulis præ oleosis, sursum fertur: Sulphurea non adeo grandes in asthmate ἀταξίας cient, quin facilè per aquea, mucosa, atque acida compesci queant; hic autem notandum est, quod incidentia cautè exhibenda sint, exhinc, nimirum quod uti supra advertimus, seri copiâ evaporatâ, istius residuum erit

lentum

lentum, ac proinde ad adhæſionem idoneum; è contrariò etiam, ſi remedia nimis aquea frequentiùs ingeramus, pituita eò erit uberior longè, ac proindè bronchiæ ſeri quantitate obruentur; ex quo fiet, ut aſthma diutiùs aliquanto protrahatur; quando, nimirum, partes ſeroſæ ad exudandum è glandulis pronæ ſunt: Humoribus autem nec, ab attenuantibus nimis, incraſſatis, nec à ſero nimio tenuioribus factis, aſthma tandem, à Bechicis, lubricantibus nempè ac incidentibus prudentèr miſtis, conquieſcet, præcipuè vero ſi his lenientia adjiciamus.

Cap. VI.

Remedia compoſita, mixta.



Actenus de remediis *ſimplicibus* ubertim diximus; jam reliquum eſt, ut de *mixtis* etiam paulisper verba faciamus. Quando igitur per remedia *mixta*, iſta intelligimus præſcripta, quæ non remediorum farraginem, inter ſe virtute cohærentium, ſolummodo capiunt, verum quæ inter ſe longè diſſidere omnes nôrunt medici; neceſſe eſt, præſcripta in infinitum ferè varientur; ſiquidem enim cuique indicato remedium congruum, ſeu potius contrarium, accommodandum eſt; quoties indicata mutari contigit, toties præſcriptum variandum eſt: Nec miretur quis, nos hic per Combinationum normam certò ſcire cauſas viginti & unam 25545471085854720000 viſciſſitudines pati, quot igitur cauſæ 400 variationes ſubire poſſunt, jure merito peti quit; tot certè, quot pagina haud ſufficeret; nec figmenta hic apponimus, nec vobis obtrudimus; quoniam hoc veriſſimum eſſe ſanctè affirmamus, ac non modo compertum habemus, verum facilè vobis commonſtrare poſſumus; quippe quæ, experientiâ duce, jampridem exploravimus; quæque non medicorum quiſquam pro-

pptereà recuſabit, quòd argumentis apodicticis, praxi petitis, liquidò demonſtrari poſſint: Hoc autem ſolaminis tirones potientur, quòd, cauſis fixis earúmque diviſionibus probè notis, morborum viciſſitudines facilè eluceſcant; his autem non cognitis, iſtis eæ perpetuò deliteſcent: Quamobrem ut penſum hoc ii commodiùs perficiant, inceptum iſtud experientiâ fretum jamdudum ab anno nimirum 1696 ad 1717 uſque pro viribus meditati ſumus, quod aliquandò, juniorum gratiâ, emittemus.

Quandò igitur palam fit, quî remedia compoſita non ſimplici at multifariâ gaudent virtute, horum nonnulla ex more noſtro ab authoribus excerpta hìc ſubjungemus.

℞ Vin. alb. ℥iij. Ol. Vitriol. gtt. iij. m. *In Iſchuriâ.*

Miſtura hæc conflatur ex ſpiritu empyreumatico acidoque concentrato; quorum uterque glandulas renales ita proritant, ut urina prodeat; hoc autem obſervatu dignum eſt, quòd diureticum efficacius noſtro julapio diateſſaro famoſo (*Punch* dicto) vix reperiemus, quod miſtura hæc aliquatenus æmulatur.

℞ Rad. Acor. ℥ß. Fol. Menth. m. ß. Nuc. Cupreſs. Myrtill. Gallar. Balauſt. ana ℈j. Roſar. rub. p. j. coqr. in Vin. rub. & Aq. ferrat. ana p. æ. & q. ſ. f. colatura, cui add. alumin. ℈ß. m. f miſtura externè uſurpanda. *In Incontinentiâ Urinæ.*

Miſtura hæc eſt tam aromatica quam ſtyptica; quocirca cum humidatem, per quam laxiores fiunt fibræ, exhalet, tum fibras, præ vi aſtrictoriâ, conſtringit; quâ de causâ fit, ut ſphincteris fibræ priſtinum reſumant vigorem, ſeque ſolito more contrahant, ac proindè contra urinæ pondus renitantur.

℞ Nuc. Cupreſs. Myrtill. torrefact. Raſur. Ebor. Coriand. Corall. rub. Karab. ana ʒij. Spod. ʒj. Rad. Cyperi ʒß. Syr. è Cortic. Citri q. ſ. m. f. Electuarium. *In Incontinentiâ Urinæ.*

Præscriptum hoc *Riverii* est stypticum, aromaticum, ac arenosum seu testaceum; exhinc fit, ut fibras contrahat, humiditates evaporet, particulasque magis serosas resorbeat; ac proinde elasticitatem, quam humiditas laxitasque diruissent, resumit sphincter, ita ut ponderi parum antè cedat, quam vesica satis lotii accumulaverit.

℞ Vin. ℥vj. Origan. Sinap. ana ʒj. infund^r. add. Sapon. Venet. ʒij. m. f. Fotus. *In Paralysi.*

Fotus hic est spirituoso-aromatico-salinus, motum humoribus passim sufistentibus impertit, motum fibris oscillatorium communicat, ac proinde fluida stagnantia rursum sanguini committit.

℞ Aq. Cinnam. ℥j. Menth. ℥iv. Syr. de Mecon. ʒiv. Theriac. Androm. ℈j. Corall. rub. ℈ß. m. *In Vomitu.*

Mistura hæc est cardiaca, absorbens atque opiata; unde fit, ut spirituum cumulo adjiciat, acida ventriculi concentrata recondat, sensionemque molestam seu irritationem pacet, ac proinde vomitionem, causas ejus conjunctas amovendo, tollat.

℞ Aq. Fœniculi Melissæ ana ℥iß. Syr. Dialthææ ℥j. Spir. Terebinth. ʒß. m. *In Flatu Splenico.*

Mistura hæc oleosa, aromatica ac volatilis est; ac proinde fibras rigidas discingit, flatusque exhalat; nam citra particulas laxas, volatiles vix aut ne vix in intestinorum cellulas penetrarent.

℞ Castor. ℈j. Lact. q. s. m. *In Macie à Verme.*

Præscriptum hoc *Zacuti Lusitani*, est dulc-oleoso-volatile; ex quo fit, ut, sub nutrimenti specie, vermes enecet; quibus semel enectis; more solito nutriantur infantes, necesse est; ac ita macies nutritioni, accretioni cedet.

℞ Sal.

℞ Sal. Mart. ℈j. Pulv. oc. Cancror. ʒj. G. Tragac. q. s. m. f. Pilulæ. *In Hypochondriacismo.*

Sanguis melancholicorum ferme acidus est; vel austerus vel volatilis; pilulæ hujusmodi, cum sint testaceæ ac styptico-dulces, luctas ab acido ortas reprimunt, necnon acidum immutant; hinc eveniet, ut effervescentiæ acido prognatæ, pacentur, acidumque ipsum resorbeatur ac retundatur, ac tandem malo hypochondriaco calido finis aderit.

℞ Corall. rub. Limatur. Mart. oc. Cancror. ana ʒß. Croc. ℈ß. m. capiat in jusculo pingui. *In Bulimiâ.*

Præscriptum hoc testaceum ac oleosum est; hinc fiet, ut acidum præacutum tam obvolvatur exinde quam retundatur, quod bulimiæ principium dedit.

℞ Corn. Cerv. Ebor. Corall. rub. Sal. Absinth. ana ʒj. Gelatin. Corn. Cerv. ʒv. m. f. Pilulæ. *In Febre Erraticâ, Scorbuticâ.*

Pilulæ hæ sunt alcalino-mucosæ; hinc salia acida perinde obvolvunt, atque immutant; quæ rubores, luctas atque effervescentias scorbuto solennes suscitare solent; quoties enim fit, ut aceto sumpto ex improviso facies exinde erubescat?

℞ G. Galban. Ammon. Opoponac. ana ℥j. Flor. Sulphur. Myrrh. r. ana ℥ß. Caphur. ʒj. Ol. Lilior. alb. Axung. Anat. ana ℥vj. Ceræ q. s. m. f. Unguentum. *In Mammis scirrhosis, Sarcocele.*

Quoties particulæ lentæ ac terrestres fibris impinguntur adeo ut fluida ibidem subsistant, toties tumor subsequitur durus, qui *Scirrhus* audit; nisi fibræ, rigidiores factæ, laxentur, succi contenti ab adhæsione expediantur, atque motus progressivus denuò impellatur ac restauretur, tumor istiusmodi haud evanescet; cùm

emplastrum

emplastrum autem hoc particulis constet oleoso-volatilibus; fibras discingent eæ, adhæsioni levamento erunt, fluidis subsistentibus motum reddent, ac proinde scirrhis finem dabunt.

℞ Cepar. tost. Rapar. tost. ana q. v. cum Terebinth. q. s. m. f. Cataplasma. *In Pernionibus.*

Cataplasma hocce oleosum ac attenuans est; hinc cùm perniones doloribus stipentur, propter humorum residentiam in fibris tendinosis; particulæ ejus oleosæ doloribus aderunt, atque particulæ ejus volatiles humoribus ibidem stagnantibus motum reconciliabunt; hinc perniones huic remedio cedent; si tamen non multum exulcerentur; quanquam terebinthina insuper ulceri conferet; tamen si valdè ulcerentur, aliæ occurrunt intentiones hìc nobis impræsentiarum supersedendæ.

℞ Flor. Sulphur. ʒj. Pulv. Heder. terrest. ʒß. Syr. Diasulphuris q. s. m. f. Boli. *In Empyemate.*

Mistura hæc est oleoso-attenuans; inde est, quod meatus lubricet, ac proinde materiæ putridæ ac purulentæ expectorationi adjumento erit; cum particulæ autem attenuantes citius virtutem suam exerant, necesse est, irritatio priùs initium sumat, quàm fibræ hospite suo molesto expediantur.

℞ Resin. Pin. ℥j. Ol. Terebinth. ʒij. G. Elem. ʒvj. m. f. Emplastrum. *In ulcere externo.*

Siquidem ulcera non sanantur citra materiæ saniosæ evacuationem; atque uti hoc fieri nequit, nisi emollitio unà cum irritatione adsit; ita fibris irritatis ac humoribus malaxatis digestio perficitur; hos in fines emplastrum hoc valdè conducet; ac proinde ulcerum labiis detersis, detumescentibusque, ea mox cicatrice obduci queunt.

℞ Emp. de Cicutâ, Melilot. ana ℥j. Sal. Armoniac. ʒj. Labdan. ʒiß. Balf. Judaic. ʒij. Unguent. de

de Cicut. Hildan. Ceræ ana q. ſ. m. f. Emplaſtrum. *Pro Scirrho Hepatis.*

Scirrho hepatis, qui per moras invaluit, medicamenta ineptè admovemus; quinimò ſcirrhis hujuſmodi emplaſtra, unguenta, & reliqua infauſtò ſemper præſcripſimus, neque introſumpta his hilum profuêre, quin in hydropes jugiter abiêre. Si tamen emplaſtra unquam conferre queant, huic cum laxet ac diſſipet, certè cedent ſcirrhi.

℞ Colophon. ℥ij. Myrrh. ʒiiß. Opii Thebaic. ℈ij. m. pro Glandibus. *In Ani dolore à Dyſenteriâ introducto.*

Opiata dolores pacant, gummi materiam purulentam educunt; quocirca ulcere deterſo ac exonerato, dolore interea quieſcente, morbi longè à ſe diverſi remediis his tandem cedent.

℞ Aq. Fœnic. d. ℥j. Antim. Diaphoretic. ℈j. Sacch. q. ſ. m. f. Hauſtus. *In Flatu contumaci.*

Miſturâ hâc *Hartmanni*, Dominam quandam nobilem flatu contumaciori laborantem ſanavimus, poſtquam tam ab aliis medicis quam à nobis, remediis quamplurimis incaſſum attentatis iiſque pompoſis ſatis, fatigata fuerat; porro adeo intumuit ipſius abdomen ac ſimul induruit, ut hydropis affuerit metus. Cum flatus idcirco ſæpenumero ab acido oriantur, iſto everſo flatui finis aderit.

℞ Chærefol. Fœnic. virid. ana q. v. Mell. q. ſ. m. f. Cataplaſma. *In Lactis Thromboſi.*

Quoties lac alicubi in mammarum tubulis lactiferis ſubſiſtit, toties thromboſis fit; cui occurrendum eſt per medicamenta volatilia unà cum mollibus miſta; hinc enim fiet, ut fluida denuò in orbem flectantur, ut fibræ laxentur, adeò ut ſanguini à retrò pellenti cedant, ac proindè ut lac vel rurſum ſanguini committatur, vel exugendò aptius evadat.

℞ Elix.

℞ Elix. Propriet. ſine acido ʒiß. Tinct. Corall. ℈ij. Opobalſam. ℈ß. m. capiat gtt. xx. *In Lienteriâ.*

Lienteriæ ab obſtructione vaſorum lacteorum, necnon à fibris inteſtinorum laxis initium faciunt; cùm miſtura hæc igitur ex aperientibus necnon ſtypticis unà miſtis conſletur, perinde obſtructiones reſerat, atque fibras laxas nimis tendit.

℞ Syrup. Dialthææ ℥iiß. Tartar. alb. ℥ß. Aq Petroſelin. ℔j. m. capiat cochl. aliquot. *In Nephritide.*

Mixtura hæc eſt mollis ac ſalina, ac proinde ureteres patulos efficiet necnon ita proritabit, ut calculum minorem expellat.

℞ Aſæ Fœtidæ, Caſtor. ana ʒß. Sal. Cardui benedict. Croc. Anglic. ana gr. vj. Opii. gr. ij. cum Syr. Artemiſ. q. ſ. f. Pilulæ n° xij. capiat iv. (vj.) *Ad præveniendum paroxyſmum Hyſtericum.*

Ex particulis volatilibus, oleoſis opiatiſque conflantur pilulæ hæ; inde eſt, quòd ſpiritibus ſegnitèr circumactis motum concilient, exploſiones, ſi velitis, ſedent: Ac proindè paroxyſmo hyſterico allevamento erunt, imò convulſionibus omnis ſpeciei præſtò ſunt.

℞ Pulp. pomor. aſſat. q. v. trajiciantur per Setaceum. add. Camphor. ℈j. Croc. ʒß. Opii gr. ij. m. f. Cataplaſma. *Pro Dolore oculi.*

Dolores fermè oriuntur ab humoribus acribus partes membranoſas fodicantibus; hinc fit, ut remedia flexilia ac opiata hanc acrimoniam interea retundant, dum camphora humores ibidem congeſtos diſſipat.

℞ Aq. Chamæmel. Puleg. ana ℥j. Spir. Junip. ʒij. Tinctur. Caſtor. ʒj. Laud. opiat. gr. ij. Syr. Artemiſ. ʒvj. m. detur cochleatim. *In Torminibus à Partu.*

Tormina ſubinde ſunt adeo à partu atrocia, & fibras uteri tantoperè corrugant, ut lochia ſæpius exinde ſubſiſtant; ſalia igitur volatilia oleoſa hujus miſturæ interim humorum fluxum revocabunt, dum opiata irritationi ac dolori pro virili medicantur: Hinc erit, quòd, doloribus ſedatis, fluxus pedem referat.

℞ Aq. Spadan. Germanic. Pauhontii &c. ℔ij. Balſ. Gilead. (in Vitello ovi ſolut.) ℈ß. Sacch. Cryſtall. q. ſ. m. f. Emulſio pro potu communi. *In ulcere Renum.*

Ordo ulcera ſanandi hic eſt, ut detergeantur, digerantur ac cicatriſentur; cum deterſio irritationem ſub ſe comprehendat, necnon emollitionem; fieri non poteſt, quin humorum ſanioſorum effuſio ſat copioſa fiat; cum aqua ſeu acidulæ, ſint ſtypticæ meatum demum occludent apertum, ac proinde ſtatim ulceri benigno finis aderit.

℞ Porri, Bacc. Myrtill. ana q. ſ. coqʳ. in Vino in Cataplaſmatis conſiſtentiam. *In Bronchocele.*

Tumor iſte *Bronchocele* dictus eſt atheroma ſeu tumor cyſticus aſperæ arteriæ cartilaginibus externis inſidens; ex caſeoſâ chyli parte ibidem ſubſiſtente prognatus, qui quotidie augeſcit; adeóque ſubinde intumeſcit, ut palearis bubuli inſtar propendeat ac diffluat. Morbus inter Alpium incolas epidemicus eſt, hinc *Juvenalis* Satyrâ 13.

Quis tumidum guttur miratur in alpibus?——

Miſtura hæc eſt oleoſo-ſpirituoſo-ſtyptica; quocirca coagulum malaxat, illudque fibris expedit; partes fibroſas tantoperè irritat, ut fluida, ſubſiſtendo ferme ſolida facta, denuo fundantur ac in motum cieantur; ac demum particulis ſuis ſtypticis ita omnem fibrarum dimenſionem minuit, ut eæ conſtringantur valdè atque in tonum primævum redeant: Hunc in modum morbus hujuſmodi, quamdiu recens eſt, ſublevatur; quoties enim radices egerit paulò altiores, toties medelam

remediis

remediis externis vel internis frustrà molimur, quando operationi ac extirpationi unicè cessurus est.

℞ Unguent. Enulat. ℥j. Camphor. Sulphur. Sacch. Saturn. ana ʒj. Sal. Tartar. ʒß. m. f. Unguentum. *Pro Favo, Achore, Tineâ.*

℞ Butyr. Salit. Axung. Porc. ana ℥j. Sulphur. ℥ß. Merc. viv. Salivâ extinct. ʒj. Vitriol. crud. ℈j. m. f. Unguentum. *Pro Favo, Achore, Tineâ.*

Eruptiones hujusmodi sunt salia sanguinis tartarea cuticulæ superficiei adnascentia; quisquis idcirco istis medicari voluerit; necesse est, salia exhauriat, illa immutet, ac topica simul adhibeat: Remedia autem externa istis auxilio sunt, quòd, cùm particulis volatilibus humiditates evaporent; particulis oleosis tubercula refigant, ac demum cùm particulis stypticis exudationes ulteriores præripiant, fibras in tonum primævum corrugent.

℞ Decoct. Calc. viv. ℔ß. Aq. Rosar. ℥j. Merc. dulc. gr. xv. Sacch. Saturn. gr. iv. m. f. mistura. *In Scabie.*

℞ Merc. præc. alb. ʒj. Unguent. Pomat. ℥j. m. f. Unguentum. *In Elephantiasi, Pustulis faciei, Herpete, Serpigine, Scabie venereâ.*

Remedia hæc scabies omnigenas eadem methodo auferri nobis patefaciunt; quò cuti verò altiùs insederunt, eò major oleorum quantitas, ad refigendas adhæsiones, requiritur, necnon etiam volatilium, eò, nimirum ut humiditas evaporetur; (saltem testaceorum, uti sunt cerussa, creta;) styptica autem continuò eò requiruntur, ut seri salsi extillatio præcaveatur; mercurialia igitur, cum styptica sint valdè, maximoperè conducunt.

℞ Aq. Mirab. ℥ij. Theriac. Androm. ℈ij. m. f. mistura. *In Singultu.*

Quòd ſingultus ſit motus convulſivus, nulli dubitamus; quî autem fiat, pauliſper perpendendum eſt; inter ſingultiendum fortitèr ac ex improvisò inſpiramus; hinc fit, ut diaphragma deorſum nonnihil feratur; cùm ſingultûs autem cauſa conjuncta in ventriculo plerunque deliteat, œſophagus motu convulſivo deorſum ferri videtur; cum per diaphragma igitur œſophago tranſitus pateat, iſto nonnihil retracto diaphragma iſti parum cedat, neceſſe erit, atque hinc erit, quòd ſingultientes, inſpirantes, invitò pronomen *hic* pronunciare coacti ſint.

℞ Decoct. Cicer. rub. ℥iv. Aq. Vit. ʒij. Pulv. Milleped. ʒß. Sacch. q. ſ. m. f. miſtura. *Pro Calculo.*

Miſtura hæc à D. *Cheſneau* mutuatitia, eſt flexilis, ſpirituoſa & volatilis; hinc eſt, quòd perinde meatus lubricet ac dilatet, atque adeò proritet, ut calculo minori exitum paret.

℞ Mell. Roſar. ℥j. Spir. Sal. q. ſ. ad acorem gratum. m. f. miſtura. *Pro Gingivis putridis, ulceratis; aphthis.*

Quòd gingivæ putridæ ſint ſimul fungoſæ, ſpiritus ſalis acrimonia interea carnem exedit luxuriantem, dum mel roſarum per partes ſuas flexiles ac ſtypticas fibras exonerat, eaſque ſanie ſuâ expedit, ac tandem aperturas claudit, & cicatricem inducit. Aphthæ nonnullæ ſunt adeo malignæ, ut impensè ſerpant; quam ſerpentiam ſpiritus acidus apprimè reprimit.

℞ Cinnab. nativ. ʒj. Carbon. Silic. ʒij. Benzoin gr. v. Maſtich. ℈ß. m. pro ſuffitu. *In Ozænâ Gallicâ.*

Cum ſuffitus hic ſit ſulphureo-ſalino-ſtyptico-mercurialis, fibras ſaucias irritando exonerat, eaſque demum claudit, reſarcitque; quòd ſi os cribroſum vel vomer ſit carioſus, quid ſuffitûs vel externa efficaciſſima molimur? oſſe enim putrido non exempto, fruſtra medelam attentamus.

℞ Spir.

℞ Spir. Nitri dulc. ʒj. Spir. Anif. q. f. m. f. miftura, è qua capiat gtt. xx. xxx. *In Cardialgiâ Calidâ.*

Quoties falia alcalina vel etiam fpiritus empyreumatici cardialgias introducunt; toties acida contuliffe experti fumus; cum miftura autem hæc fit acido-fpirituofa, temperamento alcalino erit utilis, quia per fulphur ac acidum particulas alcalinas obvolvit immutatque.

℞ Antim. Diaphoretic. ℈j. Theriac. Androm. ʒj. Syr. de Mecon. q. f. m. f. Bolus, ἐν τῷ τοῦ Ἐπιγαστρίου Σπασμῷ (feu, *Colicâ Iliacam æmulante.)*

Valdè bolum hunc deprædicat author, è quo excerpfimus; colica in Indiis Americanis paulò frequentior eft, quòd fuccum limonum acerbum ubertim propinent; cui aciditati, feu potius acerbitati, bolo hoc optimè occurritur; quoniam antimonium acidum probè reforbet, interea dum opium dolores fedat; hinc eft, quòd nonnulli balfamum peruvianum præconiis efferant, ex eo quòd acidum potentèr immutet recondatque.

℞ Unguent. è Plumb. è fucco folani ana ℥j. Aq. Rofar. ℥ß. m. in mortario plumbeo, f. Unguentum. *In Polypo Cancrofo.*

℞ Succ. Solan. agitat. in mortario plumbeo q. v. Camphoræ parum, m. f. Unguent. *In Cancro ulcerato.*

Quanta chirurgi quidam empirici in cancris pollicentur? at quam impudentèr agunt? *Gendron Des-Haies* anodyna deprædicat; quibus fi ftyptica adjiciatis, quantum in nobis eft, in medelam incubuimus: Quid enim fupereft agendum, cùm dolorem pacaverimus, ac ipfius augmentum præciderimus? an camphora hic admifceatur, quod fit anodynum, haud afferimus. *Hippocrates Aphorifmo* 38. *Sectione* 6. hæc habet verba, μὴ θεραπεύειν βέλτιον (feu cancros non fanare optimum eft;)

quis vero cancro confirmato mederi poteſt? vult igitur *Hippocrates*, cancri medelam moliri ineptum eſſe; atque idcirco labore hoc certè nobis ſuperſedendum eſt.

℞ Ol. Tartar, p. del. ℥ij. Ceruſſ. ʒiij. Ol. Amygd. d. q. ſ. m. f. Linimentum coſmeticum. *In maculis faciei.*

Macularum materiam viſcoſo-acidam depellit, necnon faciem colore venuſto decorat linimentum hoc.

℞ Terebinth. venet. ʒß. Sulph. viv. ℈ß. Sem. Sinap. gr. v. m. *In Aſthmate humido.*

℞ Syr. Dialthææ. ℥iß. Flor. Benzoin. ℈ß. m. *In Aſthmate humido.*

℞ Styrac. Calamit. ʒß. Spec. Diaireos ʒj. Extract. Glycyrrh. Oleo Aniſ. Malaxat. q. ſ. m. f. Pilulæ. *In Aſthmate humido.*

℞ Elix. Mell. cochl. j. Sp. Volat. Oleoſ. gtt. vj. m. f. miſtura. *In Aſthmate humido.*

In aſthmate humido, particulæ viſcoſæ bronchiis firmitèr adhæreſcunt, nec indè excutiuntur, niſi exhibeantur volatilia ac oleoſa; quum hæc fibras ac glandularum ora pituitâ expediunt, illa vero adeo fibras ſuccutiunt, ut expectoratio felicitèr progrediatur: Nam pituita incidentibus nimium exhibitis non eſt incraſſanda.

℞ Sal. Vol. Oleoſ. ℥ß. Laud. liq. ʒiij. m. f. miſtura. *In Aſthmate Sicco.*

Quandoquidem aſthmata ſicca ſunt convulſiva, ac proinde nervi paris octavi ac noni contrahuntur; iſta contractio fit plerunque ab acido nervos irritante; hinc fit, ut acido ſal volatile conferat, irritationi vero opiatum.

℞ Sal. Mart. oc. Cancror. ana ℈ß. Tart. Vitriolat. gr. xv. Sal. Prunell. gr. vj. Spec. Diarrhod. Abbat. ℈ß. Sacch. alb. ℥j. m. f. Pulvis. *In Atrophiâ Infantum.*

Cùm

Cùm pituita acido-viscosa seu vitrea vasa lactea ob-[illegible]et, infantibus nutrimentum deest; remedia absor-[illegible]entia acidum pituitæ obvolvunt; salia mixta pitui-[illegible]am incidunt, atque aromatica obstructiones aperiunt; [illegible]ausis conjunctis ita obliteratis, ac nutritionis obstaculis [illegible]motis, chylus denuò sanguini committitur, & infantes [illegible]nox nutriuntur.

℞ Ol. Amygd. d. ℥ij. Bals. Peruv. gtt. x. Syr. Dialth. ℥j. m. f. mistura. *In Calculo Renum, Sputi suppressione.*

Ecce exemplum, ex quo patet, quî meatus lubrici [illegible]iant; quî irritatio morbis his subsidio veniat; nam [illegible]dhæsione liberantur humores, vel extranea, perinde [illegible]tque sputum ac calculus irritatione urgentur.

℞ Spermat. Ceti gr. x. Flor. Benzoin. gr. v. Sal. Succin. gr. iij. Laud. opiat. gr. j. Bals. Peruv. q. s. m. f. Pilulæ. *In Tussi pituitosâ, glutinosâ, at irritante.*

Pilulæ hæ sunt volatiles, oleosæ necnon opiatæ; quo-[illegible]irca pituitam refigunt, adeò ut facilè expuatur; irrita-[illegible]onem efficacem interea sustentant; dum opiata tam [illegible]ritationem vehementiorem antevertunt, quàm hu-[illegible]orum influxum uberiorem præcidunt, demumque [illegible]olores pectoris tollunt.

℞ Sem. Melon. Excort. Papav. alb. ana ʒiß. Sem. Card. ben. ʒv. Aq. Card. ben. Papav. Stercore equino imprægnat. a. q. s. tundantur simul in mortario, f. Emulsio. Colatur ℔iß. add. dent. Apri mandib. Lucii. ana ʒj. edulcoretur, m. f. Emulsio. *In Pleuritide.*

Emulsio hæc est apèriens ac opiata; hinc fit, ut [illegible]otum intestinum ac luctam pleuritidi solennem sedet, [illegible]que ac unà obstructiones lenitèr aperiat; quibus indi-[illegible]tionibus in pleuritide, ex *Waldschmidio*, præcipue no-[illegible]s incumbendum est, uti ex infra scriptis patebit, z.

℞ Aq. Card. bened. Papav. erratic. ana ℥ij. Antim Diaphoret. ℈j. Laud. opiat. gr. j. Syr. Papav Erratic. ʒij. m. f. Julapium. *In Pleuritide, sextâ quâque horâ.*

℞ Aq. Flor. Paralyſ. Lactuc. ana ℥iij. Oc. Cancror. ℥ſs. Syr. Papaver. ℥iſs. m. *In Pleuritide.*

Perinde dolor ab opiatis compeſcitur, atque vigiliæ abiguntur.

℞ Teſtar. ovor. Calcin. gr. xvj. Vitriol. Mart. gr. vj. m. f. Pulvis. *In menſibus nimiis.*

Eximius vir Theod. Craanen pulverem hunc, octies repetitum, menſium fluxum immodicum certò refrænare affirmat; quando enim tam reſorbet quam conſtringit, neceſſe eſt, ſanguinem incraſſet, ac vaſorum ora corruget.

℞ Cepar. ſub Cinerib. toſt. q. v. miſc. cum Theriac. Androm. q. ſ. m. f. Cataplaſma. *In Carbunculo, Bubone.*

℞ Summit. Rut. m. j. Ferment. acris ℥j. Fic. veter. nº iv. Piper, alb. ʒj. Sal. commun. ʒiſs. m. *In Carbunculo, &c.*

Tumores vel diſſipari vel maturari debent; cum carbunculi ac bubones verò ſint *tumores venenati*, materiam viroſam rurſum ſanguini committere pernicioſum eſſet; quocirca cum cataplaſmata hæc conſtent particulis irritantibus ac oleoſis, volatiles intereà fibras irritant ac proinde humorum affluxum accerſunt, dum oleoſæ maturationi conducunt; hinc eveniet, ut humores criticè expellantur.

℞ Sulph. crud. Ciner. Sarment. vitis, Sal. Gemm. ana ʒij. Farin. Fabar. ℥ij. Acet. ℥j. Tereb. Cer. ana q. ſ. cum Ol. Nuc. m. *Pro OEdemate.*

Particula

Particulæ ſalino-ſulphureæ humores diſſipant, fibras conſtringunt, eaſque irritant; ex quo fit, ut humores tenuiores forinſecus evocentur ac in auras avolent; ut reliqui ſanguini committantur, ut, fibris conſtrictis, partium tonus redeat firmus ac primævus.

℞ Spir. Vin. ℥iv. Sapon. Venet. ʒij. Camphor. ℈j. m. *In Arthritide vagâ.*

Miſtura hæc eſt oleoſo-ſpirituoſo-volatilis; quamobrem humores impactos diſpellit, dolores ſopit, ac proinde ita cauſis arthritidis vagæ conjunctis repugnat, ut ea quamprimum huic cedat.

℞ Spec. Diacymin. ʒj. Nitri depurat. ℈j. Ol. Cymin. gtt. iij. m. pro tribus doſibus. *In malo Hypochondriaco.*

Cum ſit miſtura hæc aromatico-acido-ſalina, flatus evaporabit, ſalia aculeata obvolvet, ac proinde contorſionibus ac torminibus, flatibus hujuſmodi ortis, obviam ibit.

℞ Flor. Lamii alb. m. ß. Rad. Cyperi Galang. ana ℥ß. Flor. Roſ. rub. m. j. coqr. f. Decoct. *Pro fluore albo.*

Particulæ volatiles decocti hujus maſſam effœtam, pituitoſam tenuant, inciduntque, ac per urinam vehunt; at ſtypticæ fibras firmant, & glandularum ora occludunt; hinc fiet, ut fluxui huic finis adfuerit: Quod ſi per ſemeſtre ſpatium duraverit fluxus hic, raro aut nunquam remediis vel maximè pompoſis cedit.

℞ Butyr. inſulſ. ℥ij. Vitriol. alb. ʒij. m. uſurpetur per tres dies; tum eluatur cum lixivio de Beton. Leviſtic. & Hyperic. m. *In Porrigine Capitis.*

Suprà advertimus olea ſcabies refigere, attenuantia humiditates exhalare, ac ſtyptica demum partes ſaucias

cias cicatrice obducere; quocirca hoc ſuperſedeamus labore.

℞ Cran. Human. pp. Ungul. Alc. Corall. rub. Cinnab. Antimon. Diaphoretic. Martial. ana ʒß. Croc. gr. xv. Camph. gr. iij. Opii. gr. iv. m. f. Pulvis. *In Convulſionibus.*

Citra acidum aut acre convulſiones vix aut ne vix introducuntur; teſtacea ac abſorbentia terrea interim acidum reſorbent, dum opiata contractiones laxant; ac proindè convulſiones citò terminantur.

℞ Aq. Cinnam. ℥ij. Sal. Urin. Vol. ʒß. Syr. Liquorit. ℥ß. m. *In Catarrho ſuffocativo, ad Pus exantlandum.*

Miſtura hæc irritat, adhæſionem exterget; quocirca cum bronchiis hæreat, ſimulque deſit irritatio, valdè expuitioni conferet.

℞ Aq. Sambuc. ℥iij. Sp. Vin. rect. ℥iß. Troch. alb. Rhaſ. ʒß. Camphor. ℈ß. m. *In Eryſipelate.*

Humorum impactioni necnon dolori per hanc miſturam probè occurritur; cùm eryſipelas ſit humorum bilioſorum accumulatio, diſſipationi cedit; quòd tenſionem introducat, mollibus, flexilibus, opiatis locum dat.

℞ Sevi ovin. Cremor. Lact. ana. ʒj. Cret. alb. ʒß. m. *In Excoriatione.*

Excoriatio vel fit à partium affrictu, vel à ſalibus acutis corium dilaniantibus; ſalia flexilibus obvolvuntur, interea dum creta exiccat, ac cicatrice partim obducit, ac proinde pars deraſa ſanatur.

℞ Oxymell. Scillit. ℥ß. Ol. Vitriol. ʒß. m. *In Gingivis putridis, ulceratis.*

Ulceribus his fungi ſeu hyperſarcoſes plerunque comitantur; quæ vitriolo cedunt, ex quo fit, ut non

ſerpant ultrà; his abſumptis, cicatrice obducatur ulcus, quem in finem ſtyptica maximè requiruntur; hiſce igitur, fungo abraſo, admoveatis vel mel roſarum ſpiritu ſalis parum acutatum, vel mel cum pulvere mandibulæ lucii calcinatæ, myrrhâ & ſpiritu ſalis miſtum; hinc ulcus abſtergetur, particulæ humidiores abſorbentur, ac fungus abraditur.

℞ Balſ. Peruv. ℥ß. Terebinth. in Vitell. ovi ſolut. ʒij. m. *Pro digeſtivo in ulcere.*

Digeſtiva conſtant ex particulis mollibus, oleoſis ac volatilium pauxillo; quamobrem fibras ampliant, ac dilatant, ita ut pus liberius ac uberius promanet, necnon particulæ volatiles irritando manus porrigunt ſaniei effuſioni auxiliares: Hincque fiet, ut partes tumidæ à ſordibus expeditæ detumeſcant, ſeu digerantur.

℞ Flor. Sulphur. ℥iij. Myrrh. ʒiij. Camphor. ʒj. Terebinth. venet. ℥ij. cum vitello ovi ſolut. m. f. *Sarcoticum in ulcere.*

Fibris à ſanie liberatis, partibus inflatis detumeſcentibus, ſarcoticis utuntur chirurgi; quæ medicamenta ſunt inter digeſtiva ac epulotica media; quæ humidum exiccando, ac ſaniei acrimoniam emendando, epuloticis aditum parant.

℞ Ung. alb. Camphorat. ℥j. Amalgam. Mercur. ʒj. Sang. Dracon. Teſtar. ovor. uſt. ana ℈j. m. f. *Epuloticum in ulcere.*

Unguentum hoc eſt abſorbens ac ſtypticum; quocirca ulcerum labiis prope ad invicem accedentibus puris copiâ & affluxu minuto, carne undique lævâ ac cum cute pavitâ, epulotica pro virili agunt, meatus apertos reſarciendo.

℞ Alb. Græc. m. j. Nid. Hirund. nº j. Mell. optim. q. ſ. m. *In Angina.*

Tumores

Tumores remedia emollientia necnon diſcutientia poſtulant; quo duriores ſunt, eò magis remedia admota emolliant; quò molliores autem ſunt, eò magis topica diſcutiant; fibris laxatis ac ampliatis, ſalia fibrarum oſcillationem renovant; hoc peracto, ſtationi finis aderit, ac proinde tumori.

℞ Cinnab. nativ. ℈j. Gum. Junip. Labdan. Myrrh. ana ʒiß. m. pro ſuffitu. *In ulcere colli uteri.*

Cum particulæ balſamicæ ſint oleoſo-volatiles, facilè ignis ope in auras avolant, ac proindè tam per ſuffitum quam admotionem ad partem affectam pertingere queunt.

℞ Decoct. Traumatic. ℔j. Balſ. Peruv. ʒß. (ſolut. in Sacch. Roſar. q. ſ.) m. f. potus. *In ulcere ventriculi.*

Particulæ balſamico-ſtypticæ hujus miſturæ fibras ventriculi ſaucias detergent, ſanantque; cùm, ſanie per balſamica excluſâ, aſtrictioni ceſſurus eſt, meatus apertus.

℞ Aq. Chamæmel. ℥j. Spirit. Juniper. ʒij. Vitell. Ovi nº j. *In Colicâ acidâ.*

Miſtura hæc eſt oleoſo-volatilis; per oleoſas particulas acidum obvolvit, fibraſque rigidas nimis laxat; per volatiles autem flatus deorſum pellit; ac proinde colicæ finem ſtatuit.

℞ Caſtor. ℈ß. Laud. opiat. gr. j. Balſ. Peruv. q. ſ. m. f. Pilulæ. *In Colicâ Hyſtericâ.*

Spiritus debiles erigunt, dolores ſedant; ex quo fit, ut colicæ hujuſmodi, morbi hyſterici ſymptomati diro, medicentur.

℞ Theriac. Androm. q. v. Ol. Succin. q. ſ. m. f. Cataplaſma admovendum. *In Convulſione.*

Cùm remedium hoc tenſioni opem ferat, idcirco Convulſiones aufert, ſi parti affectæ admoveatur.

℞ Sulph.

℞ Sulph. viv. ʒiv. Decoct. Calc. viv. q. v. pro Fotu. *In doloribus Crurum.*

Dolores, ſublatâ cauſâ, tenſione laxatâ cedunt; cùm fotus igitur hic humores evaporet, necnon fibras laxas tendat; neceſſe eſt, evaneſcant.

℞ Aq. Vit. ℥iv. Theriac. Androm. veter. ʒij. m. *In Dolore Brachii.*

Dolores tenſione ac humorum accumulatione orti, miſturâ hujuſmodi diſſipantur ac auferuntur.

℞ Rad. Gladiol. lut. paluſt. ℥iij. Diabol. Mors. ʒij. coq. in Lacte. *In Hydrophobiâ.*

Particulæ medicamenti acres perinde atque molles acidum cauſam delirii tollunt, ac iſti finem ſtatuunt.

℞ Aq. Meliſſ. ℥ß. Sal Mart. gr. j. Sacch. q. ſ. m. *In Hydrope uteri.*

Hartmannus, cujus eſt Præſcriptum hoc, certè fallitur illud tantoperè deprædicando in uteri hydrope; quùm verò laxitati conferat, utero laxato nimis medebitur.

℞ Emplaſt. Oxycroc. ℥j. Mucilag. Alth. Lin. Fœnugræc. ana ʒv. Sagapen. Ammoniac. Euphorb. ana ʒiij. Reſin. ʒvj. Cer. alb. ʒiij. m. f. Emplaſtrum. *In Ganglio.*

Particulæ volatiles vix fibras ſat potenter irritarent, niſi eæ ad impedimenti punctum laxarentur; adſunt igitur hîc tam oleoſæ quam volatiles.

℞ Sal. Prunell. ʒß. oc. Cancror. ℈j. Camphor. gr. ij. Sacch. Cryſtall. ʒß. m. *In Maniâ.*

Quæ bilem acrem obvolvunt, ejus aculeos retundunt, humorumque reſiduum per poros amandant, maniæ conducunt.

℞ Antim.

℞ Antim. Diaphor. ℈j. Myrrh. gr. vj. Cinnab nativ. gr vj. m. pro duabus Dosibus. *In Lochiis retentis.*

Particulæ Præscripti hujus absorbentes, oleosæ, ac ponderosæ motum sanguini impertiunt, grumos sol-vunt; grumis autem solutis sanguis denuò in gyrum flectetur.

℞ Spir. Corn. cervin. ʒß. Ol. Vitriol. ℨij. m. gtt. xl. *In Maniâ.*

Hæc mistura *Jacksoni* est acido-volatilis; atque adeò sal fit mixtum; salia armoniacalia hæc sunt; ac proindè salia acutiora, corrosiva emendant.

℞ Syr. Corall. ℥j. Tinctur. Sal. Tartar. gtt. xx. m. *In fluxu hepatico.*

Fluxus hepaticus fit à sanguine tardiùs moto & cir-cumacto, ac proindè in vasis paulisper subsistente; huic occurritur misturâ hâc vel aliâ sibi consimili; ex eo, quòd vasa simul aperiat, simulque occludat; ita ut, sanguine vasis rursum commisso, disruptio citiùs fer-ruminetur.

℞ Spermat. Ceti, Antimon. Diaphoretic. ana ℈j. m. *In Grumo.*

Grumi sanguinis vel lactis optimè, ex *Morello*, per attenuantia ac emollientia solvuntur; ita ut emollientia Ἰχόρδνα seu contenta à fibris extricent; attenuantia verò Ἰχόν& proritent: His peractis, grumi tàm sol-ventur quam in sanguinem urgebuntur.

℞ Unguent. Populn. ℥j. Cret. ʒij. m. *In Hæmor-rhoidibus dolentibus.*

Unguentum hocce est molle, oleosum, ac absor-bens; quocirca fibras laxando, tensionem alleviat, ac proinde dolorem compescit; creta humiditates acres retundit, ex quo fiet, ut excoriatio præcaveatur.

℞ Farin.

℞ Farin. Secal. q. v. coq. cum cicutæ ſucco in Pulticulam; add. Rad. Serpentar. Pulv. Cancror. fluviatil. uſt. ana q. ſ. m. *Pro Cancro non ulcerato.*

Eſt medicamentum abſorbens, ſtypticum, ac anodynum; hinc ſalia acriora ac corroſiva retundet; ſerpentiam antevertet, ac demum dolores graves compeſcet.

℞ Pulv. Limac. pp. ℥j. Pulv. Cancror. fluviat. ʒß. oſſ. de Cord. Cervi. ʒj. Conſerv. Borag. q. ſ. m. *In Cancro.*

Si tamen ea, quæ acrimoniam immutant, Cancro contulerint, electuarium hoc iſtis proderit.

℞ Piper. long. ℈j. Succ. Acac. Rad. Tormentill. ana ℈ij. *In Uvulâ relaxatâ.*

Eſt pulvis ſtyptico-incidens; ac proinde tam humiditates evaporat, humores impactos diſſipat, quam partes laxas nimis conſtringit; atque uvulæ laxatæ medetur.

℞ Ol. Lumbricor. ℥ij. Roriſmarin. ʒj. m. *In Nervo contuſo.*

Hoc damni partibus contuſis factum eſt, ut fibræ comprimantur, ut ſanguis ibidem ſubſiſtat, ut fibræ ſupra partem compreſſam intumeſcant, ut tandem in inflammationis diſcrimen veniant; his cum oleoſis ac volatilibus optimè occurritur, nam, fibris per oleoſa dilatatis fluida per volatilia denuò circumaguntur.

Medicamenta plura compoſita in medium afferre ideo ſupervacaneum eſſe ducimus; quià hic tot ad calcem ex probatiſſimis authoribus appoſuimus, quot omni ferè intentioni facient ſatis.

Huic Claſſi ſequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinenſi. Acetum Anthoſatum (acido-aromaticum.) Acet. Caryophyllat. (Acido-aromatic.) Acet. Roſat. (acido-ſtyptico-aromatic.) Acet. Sambucin. (acido-aromatic.) Acet. Scillitic. (acido

volatile.) Acetum Theriac. (acido-aromaticum.) Acet. Theriacal. Norimb. (acido-aromatico-ſtyptico-opiatum.) Anacardia (acido-aromaticum.) Antidotus Analeptica (ſtyptico-glutinoſo-aromatico-opiata.) Antidotum Hæmagogum (dulc.-amaro-aromatico-fœtidum.) Aq. Bezoartic. (amaro-aromatico-opiato-acris.) Aq. Tartarea (alcalino-acida.) Cerat. Santalin. (aromatico-ſtyptico-oleoſum.) Decoct. Pectorale (dulc, aromaticum.) Diacaryωr. (amaro-dulce.) Diachylon ſimplex (mucoſo abſorbens.) Diachyl. Ireat. (mucoſo-aromatico-abſorbens.) Diach. magnum (mucoſo-viſcoſo-oleoſo-aromatico-abſorbens.) Diach. magnum cum Gumm. (idem.) Diacorallion (abſorbens, aſtringens, aromaticum.) Diacydon. cum Specieb. (acido-aromaticum.) Diapenidion (muſcoſo-opiato-aromatico-fœtidum.) Electuarium Diaſpermaton (amaro-mucoſo-acido-dulc. aromaticum.) Electuarium Pectorale (muco-dulc.-amaro-aromatico-acre.) Emplaſtrum è cicuta cum ammoniaco (fœtido-opiato-acidum.) Emplaſtrum de Cruſtâ Panis (amaro-aromatico-oleoſo-acidum.) Emplaſtrum Gryſeum de Lapide Calaminari (abſorbens-oleoſo-amaro-fœtidum.) Emplaſtrum de Gummi Elemi (oleoſo-aromatico-balſamico-acidum.) Emplaſtrum de Hermodactylis (oleoſo-aromatico-acre-amarum.) Emplaſtrum de Meliloto ſimplex (amaro-aromatico-mucoſum.) Emplaſtrum nigrum (abſorbens-oleoſum.) Emp. de Ranis (mucuſo-aromatico-acre-amaro-abſorbens.) Emplaſtrum ſacrum (oleoſo-abſorbens-cathæretico-amaro-fœtidum.) Emplaſtrum de Sandyce (oleoſo-abſorbens-fœtidum.) Extractum Chalybis (acido-ponderoſo-ſulphureum.) Lohoch. de Farfara (mucoſo-fœtido-dulce.) Oleum Roſaceum Omphacinum (oleoſo-ſtypticum.) Oleum Roſaceum completum (oleoſo-ſtypticum.) Pilulæ de Styrace (aromatico-dulc.-opiatum.) Pulvis Chermes compoſit. (ſtyptico-aromatico-abſorbens-amarus.) Pulvis Saxifragiæ compoſitus (amaro-opiato-acido-dulcis.) Saccharum Roſatum (dulc.-aſtringens.) Sief de Plumbo (terreo-cathæretico-opiatum.) Sief de Thure (terreo-mucoſo-opiatum.) Sparadrapum pro Fonticulis (balſamico-aromatico-aſtringens.) Sparadrapum Gualteri (oleoſo-mucoſo-aſtringens. Species Liberantis (a-

ſtringens

ſtringens-aromatico-terreo-fœtida.) Tapſimel (amaro-mucoſo-dulc.-aſtringens.) Trochiſci Alkekengi (acido-viſcoſo-opiato-terreo-aſtringentes.) Trochiſci Gordonii (opiato-viſcoſo-amaro-aſtringentes.) Trochiſci Polyidæ (aſtringentes-cathæretico-amari.) Vinum Ceraſorum nigrorum (ſpirituoſo-acidum.) Unguentum Ægyptiacum (cathæretico-acido-dulce.) Unguentum Agrippæ (acre-oleoſum.) Unguentum de Alabaſtro (aromatico-ſtyptico-mucoſo-amaro-oleoſum.) Unguentum album Camphoratum (oleoſo-ſtyptico-aromaticum.) Unguentum Anodynum (oleoſo-aromaticum.) Unguentum de Artanitâ (acre-ſalino-oleoſum.) Unguentum Aureum (balſamico-aromaticum.) Unguentum Catapſoras (terreo-ſtyptico-oleoſum.) Unguentum Citrinum (oleoſo-ſtyptico-ſalino-terreo-mucoſo-fœtidum) Unguentum Neapolitanum (aromatico-balſamicum.) Unguentum Pectorale (oleoſo-aromaticum.) Unguentum Pomatum (oleoſo-acidum.) Unguentum Populneum (opiato-mucoſo-amaro-oleoſum.) Unguentum Potabile (oleoſo-ſtyptico-fœtidum.) Unguentum Reſumptivum (oleoſo-mucoſo-aromaticum.) Unguentum Roſatum (oleoſo-ſtypticum.) Unguentum è Solano (oleoſo-terreo-opiatum.) Unguentum è Succis (oleoſo-ſtyptico-amaro-fœtidum.)

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Acetarium Scorbuticum (acre-acidum.) *Pro Scorbuto, Embamma.* Acetum Mellis (dulc.-acidum.) *Lapides ſolvere fertur.* Alkekengi conditum (acido-acre-opiatum.) Amuleta peſtilentialia (cauſtico-aromatica.) *Geſtanda in tempore Peſtis.* Apozema potentèr expectorans (dulc.-amar-acidum) cochl. iij. *Vomitionem ciet & pituitam expectorat.* Aqua Antiphthiſica (mucoſo-aromatico-balſamica) ℥ij. *Ad pectoris morbos à pituitâ.* Aqua Camphorata (ſtyptico-fœtido-aquea.) *Ulcera ſanat, fluxiones tollit, dentes firmat, putredini repugnat; ophthalmiam, epiphoram, ignem ſacrum ſanant.* AquaCeraſor. comp. (acido-mucoſo-aquea) ℔ß. *In Tympanite.* Quid ſit *Tympanites*, authores vel conticeſcunt, vel non probè uſque adhuc enarrârunt; plerique inflationem fixam, nonnulli hydropem ſiccum, alii alia ſuſpicati ſunt; nos autem expe-

rientiâ freti affirmamus omenti hydropem tympanitam esse; uti jampridem, in *Critico* nostro, orbi erudito patefecimus; quî autem remedia frivola ac inefficacia morbum tam atrocem, tam fixum, tam altè insidentem abigerent, nos omninò fugit; paracentesi enim forsitan cederet, si puncturam tamen variis in locis, multis plagis, infligere liceret: Quî enim gelatina isthæc in omenti cellulas conclusa per remedia rursum sanguini committetur; haud verò simile est, non igitur remediis sed κέντρῳ cedere potest. Aqua Cordium composita (mucoso-aromatico-spirituosa.) *In virium dejectione.* Aqua Cosmetica (mucoso-oleoso-amaro-spirituosa.) *Pro facie venustandâ.* Aqua Crinalis (acri-mucosa.) *Valet ad crines regenerandos, ad surditatem tollendam.* Aqua Cucumerum (mucoso-amaro-aromatico-balsamico-spirituosa) ℥ij. *Calculo & arenulis ex eo opitulatur, quòd irritet, irrigetque, ac proinde expellit calculos.* Aqua Cynosbati Comp. (acri-mucosa) ℥iv. *Calculo Renum prodest, quia urinam ciet.* Aqua Febrifuga (amaro-aromatico-spirituosa.) Aq. Formicarum (acri-mucosa) cochl. j. *Tertianas abigit.* Aqua Melluminata; externe (amaro-styptico-sulphurea.) *Ad Pustulas faciei, ulcera oris, gingivarum.* Aq. Ophthalmica Sapphirina (salino-stypticoaquea.) *In oculorum ulceribus, fluxionibus, pustulis, suffusionibus usurpatur.* Aq. Persicariæ comp. (mucoso-acri-aquea) ℥iv. *In Calculo renum arcanum habetur.* Aq. Tussilag. comp. (amaro-mucoso-aquea) *In Pleuritide, Empyemate, expectorationem promovet.* Aqua Vermifuga cochl. iij. (styptico-mercurialis.) *In vermibus.* Balsamum Anodynum (mucoso-opiato-fœtido-spirituosum) gtt. 30. ad 50. *Et externè ad dolores arthriticos sedandos.* Balsamum Fœminarum (aromatico-oleoso-viscosum.) *Ad Inungendum perinæum in δυστοκίᾳ (partu laborioso.)* Balsamum Saturninum (oleoso stypticum.) *Ad Ulcera inveterata, Tumores, Vulnera, Fistulas, Cancros, Morphæam.* Balsamum Sclopetarium (oleoso-cathæreticum.) *In vulneribus Sclopetariis, ulceribus veteribus.* Balsamum Sulphuris Knæphelii (oleoso-balsamico-aromaticum) gtt. 4. 12. *In Catarrhis, Asthmate, Tussi, Phthisi, Colicâ.* Balsamum veneris (balsamico-stypticum.) *Externe in*

ulceribus

ulceribus inveteratis. Bezoarticum Martiale (acido-terreum) ℈ß. *Viſcera roborat, fluxum hepaticum optimè ſiſtit.* Cataplaſma Podagricum (oleoſo-aromaticum.) Ceratum album (oleoſo-amaro-terreo-fœtidum.) *Dolores ſopit, lenit, emollit, diſcutit, exanthemata variolarum decidere cogit, Coſmeticum eſt.* Cereviſia Embryonum (aromatico-aſtringens.) *Aſtringit, abortum præcavet, fibras paſſim firmat, roborat.* Cereviſia Jovialis (aſtringens-amaro-aromatico-mucoſa.) *Hepatica, Splenetica, morbis uteri medetur.* Cereviſia Scrophularia (acri-mucoſo-amara) ad libitum. *In Strumis, Scrophulis, ani mariſcis, ulceribus mali moris, Scabie malâ.* Cicera Tartari ʒß. (oleoſo-acido-ſalino-aromatica.) *Ad Podagram præveniendam.* Conſerv. Hepatica Corallitana (acido-ſtyptico-aromatico-dulcis) ad libitum. *Refrigerat, Scorbutica frigida, calculum pellit (quî petimus?) urinam cruentam ſiſtit,* Conſerv. Nicotian. (mucoſo-nauſeoſo-aromatico-dulcis) ℥ß. *In Aſthmate, Catarrho ſuffocativo.* Decoct. Antiphthiſicum (mucoſo-aromatico-ſtyptico-acidum.) Decoct. Dyſentericum (mucoſo-ſtyptico-aromaticum.) Decoct. ad Tuſſim ℥iv. (opiato-mucoſo-ſtyptico-aromaticum.) Decoct. Ulmi (mucoſo-ſtyptico-acidum.) *In Aphthis, in calidis oris affectibus, ulceribuſque; ſi detur pro potu communi in elephantiaſi, bonum, ſudores movet.* Dentifricium infantum (oleoſo-dulc-terreum.) *Ad Dentes fricandos, & dentitionem facilitandam.* Dentifricium Scorbuticum (ſalino-aromatico-ſtyptico-dulce.) *Ad dentes fricandos, dealbandos.* Dentilavium Scorbuticum (ſtyptico-acre-dulce.) *Ad dentes, à Dentifricio uſurpato, lavandos.* Diateſſaron Potabile (ſpirituoſo-acido-dulc.-aqueum.) *Ante paroxyſmos febriles;* quî autem iſtis proderit, ſcrutinio dignum reputamus. Diatrachia (mucoſo-terreo-ſtyptica) ʒj. *Ad urinæ incontinentiam.* Electuarium Caſtitatis ʒij. iij. (mucoſo-opiato-fœtido-dulce.) *Venerem refrænare ſupponitur;* petimus num in juvenibus an ſenibus id efficit? œſtrum in juvenibus venereum hujuſmodi ſpernit, ſenum appetitus ultrò deficit. Electuarium Lithontripticum ʒij. (balſamico-oleoſo-amaro-acido-terreum.) Electuarium Pectorale (dulc.-acido-ſtyptico-mucoſum.) Elixir Vitrioli (aromatico-ſpirituoſo-aci-

 dum)

dum) ℈ß. j. *Appetitum excitat, ventriculum roborat; exiccat Catarrhos Pituitosos.* Emplastrum mammillare (oleoso-fœtido-acidum.) *Ad Tumores duros Scirrhosos, Lac concretum, œdemata.* Emplast. Opiatum (balsamico-mercuriale-opiatum.) *Dissipat, lenit; pro doloribus arthriticis sublevandis.* Emplastrum Podagricum. *v. Emplastrum Opiatum.* Emplastrum Saturninum (styptico-terreo-amaro-oleosum.) *Ulcera Phagedænica sanat, quàm optimè.* Emplastr. Smecticum (styptico-oleoso-salinum.) *Dolores sopit, contusiones dissipat; an emplastra abortui imminenti conferant, vid. supra p.* 308. Emplastrum ad strumas (mucoso oleoso-mercuriale.) *Tumoribus duris scirrhis confert.* Emplast. Vermifugum (amaro-fœtido-oleosum.) *Vermes educit.* Enema Colicum (mucoso-aromatico-catharticum.) *In Colicâ, Passione Iliacâ, Calculo.* Enema Balsamicum (styptico-balsamico-oleosum.) *Ad Dysenteriam, Excoriationes intestinorum.* Enema Dysentericum (mucoso-aromatico-oleoso-styptico-opiatum.) *vid. Enema Balsamic.* Flores Joviales (aromatico-styptico-dulces) gr. ij. vj. *In Passione Hystericâ.* Gargarisma Synanchicum (mucoso-terreo-styptico-acidum.) *Ad Aphthas, ulcera oris cicatrisanda.* Injectio alba (mucoso-opiato-fœtida.) *Dolores mitigat, ulcera virgæ sanat, inflammationes sedat.* Injectio Auricularis (aromatico-salino-styptico-dulcis.) *In dolore Auris, ac Surditate inde.* Injectio benedicta (alcalino-styptico-mercurialis.) *In ulcere virgæ à Lue.* Julap. ad Rachitidem (aromatico-mucoso-acido-terreum) cochl. ij. Lac Mercurii (cathæretico-stypticum.) *vid. Aq. Mercurialis.* Linctus benedictus (oleoso-salino-acris) cochl. j. *In expectoratione suppressâ.* Linctus expectorans (oleoso-salino-dulcis.) *vid. Linctus benedictus.* Linctus Synanchicus cochl. j. (styptico-aromatico-terreus.) *In Anginâ.* Linimentum Melluminatum (aromatico-styptico-cathæreticum.) *Ad ulcera gingivarum, inflammationes, laxitatem.* Linimentum simplex (oleoso-terreum.) *In erysipelate, cancro.* Mel Saponis (oleoso-salino-dulce.) *Manus ac faciem dealbat, in Ambustione, Podagrâ, Inflammatione.* Mixtura simplex ℥j. (spirituoso-aromatico-acida.) *Putredini repugnat, valet in Febribus malignis.* Oleum Balsamicum (styptico-oleoso-

amaro-

amaro-aromaticum) ℈j. ʒj. *Flatibus ſubvenit, Paralyſi, Surditati, Spaſmo, Colicæ, Hydropi, internè & externè.* Oleum Bufonum (ſalino-oleoſum.) *Confert ad labiorum puſtulas, cancros mammarum; ad hydropem,* externè. Oleum Camphoræ (fœtido-terreo-acidum) gtt. x. *Diaphoreticum, Hyſtericum.* Oleum Chartæ (oleoſo-ſtypticum.) *In Impetigine, Herpete, Alopeciâ.* Oleum Coſmeticum (oleoſo-amaro-ſalino-aromaticum.) *Ad cutim detergendam & à ſpurcitie emundandam.* Oleum Milvinum (aromatico-ſalino-oleoſum.) *Ad pedes ungendos, nares & nucham in Paroxyſmo Epilepſiæ.* Oleum Sacchari ſimp. (ſpirituoſo-dulce.) Oleum Sacchari comp. (dulc.-aromatico-ſpirituoſum.) *In Tuſſi, Aſthmate, Pectoris morbis, ubi expectoratio deeſt.* Oleum Saponis (oleoſo-ſalino-ſpirituoſum.) *Ad morbos Cephalicos, Convulſiones, Cephalalgias; Tineas, Contuſiones, Podagram.* Oleum Scorbuticum (acri-aromatico-acidum.) *Ad Scorbuti dolores.* Oleum (acido-ſalinum.) *Ad maculas faciei, Lentigines.* Oleum Τριχοφυὲς (amaro-oleoſo-ſtypticum.) *Ad Alopeciam.* Panis Diaſarſæ (mucoſo-aromaticus.) *In Lue venerea.* Panis de Viperâ (alcalino-mucoſus.) *In Lue, Scorbuto frigido, Leprâ, Cachexiis.* Pilul. Æthiopicæ (terreo-acri-balſamico-mucoſo-mercurialis) ℈ij. *In Lue, Hydrope, Scorbuto.* Pilulæ Anticolicæ ℥ß. (fœtido-ſalino-dulcis.) *In Colicâ.* Pilulæ Antipodagricæ (fœtido-terreo-amaro-balſamicæ) ʒß. Pilulæ Caſtitatis (mucoſo-ſtyptico-terreo-fœtidæ) ʒß. *In Gonorrhœâ, Priapiſmo inde.* Pilulæ Cretaceæ (terreo-aromatico-balſamicæ) ʒj. *In Profluvio albo.* Pilulæ de Pice ʒß. (dulc.-aromatico-balſamicæ.) *In Tuſſi, Phthiſi, Pure pectoris expectorando.* Pilulæ Sinapinæ (acri-dulces.) *In Tuſſi, Aſthmate.* Pilulæ Styracinæ ℈j. ʒj. (aromotico-ſulphureo-acres.) *In Dyſpnœâ, Catarrho ſuffocativo.* Potio Febrifuga (Alcalino-acida.) *Ante intermittentium Paroxyſmum.* Potio Pleuritica (alcalino-ſpirituoſo-opiato-balſamica.) Pulvis Anticolicus (terreo-fœtidus) ℈j. ʒj. Pulvis Cardiacus corollatus (terreo-aromaticus.) Pulvis ad Caſum ʒj. (terreo-oleoſo-ſtypticus) Pulvis Cinnabaris comp. ʒß. (fœtido-terreo-mercurialis.) *Ad Epilepſiam.* Pulvis Crinalis (aromatico-ſtyptico-terreo-mucoſus.) *Ad Alopeciam,*

lopeciam, memoriam debilem. Pulvis Gryſeus (terreo-aromaticus) ℈j. ʒj. *In Diarrhœâ, Calculo, Aciditate.* Pulvis Lateralis ʒj. (ſtyptico-aromaticus.) *In flatu, colicâ, Podagrâ.* Pulvis Liliaceus ʒiß. (mucoſo-terreo-aromatico-balſamicus.) *Ad Urinæ ardorem.* Pulvis Pectoralis (aromatico-oleoſo-ſtypticus) ʒiß. *Ad expectorationem promovendam.* Pulvis Pepticus ʒj. (aromatico-alcalino ſtypticus.) *Ad Coctionem juvandam à cibo.* Pulvis Pleuriticus (ſulphureo-terreo-opiatus) ʒj. *In Pleuritide expectorationem promovet, acidum abſorbet, ac dolorem ſopit.* Pulvis Solearis (aromatico-ſalinus.) *Ad ſoleas podagricorum.* Pulvis Stomachicus ʒj. ij. (aromatico-acri-ſtyptico-dulcis.) *Ad Tormina Ventriculi*; quærimus autem, quî pulvis hic ita ventriculi doloribus opem feret, ut meliorum locum teneat; ventriculi tormina tam frivolis remediis certè non cedunt. Pulvis ad Strumas ℈ij. (terreo-ſalino-acidus.) Pulvis Vermifugus ℈j. (terreo-amaro-ſtypticus.) *Vermes necat, ſi per 3 dies continuos circa novilunium & plenilunium exhibeatur.* Pulvis uvularis (amaro-ſtypticus.) *Ad uvulam laxatam, elongatam.* Savanetta Coſmetica (oleoſo-amaro-acido-ſalino-aromatica.) *Ad manus & faciem dealbanda.* Serum Hepaticum ℔j. (amaro-aromatico-aqueum.) Serum Scorbuticum (acri-amaro-aromatico-acido-aqueum) ℔j. Spiritus Vitrioli Tartariſatus ʒj. ℥ß. (ſtyptico-ſpirituoſus.) *Sudores provocat, obſtructiones aperit, ſanguinem grumoſum ſolvit, ſcabiem ſanat, cutim lævigat.* Succi Scorbutici ℥iv. (acri-acidi.) *In ſcorbuto calido.* Suffimentum Hyſtericum (fœtido-acidum.) *In Paroxyſmo Hyſterico.* Sulphur Vitrioli gr. xv. (alcalino-acidum.) *In Epilepſiâ, Vertigine, morbis chronicis, Pulmonum affectibus; externè cicatriſat.* Sulphur. Vitrioli Martiale. *vid. Sulphur Vitrioli.* Sulphur Vitrioli Narcoticum (alcalino-acido-ſulphureum) gr. ij. vj. *Catarrhos ſiſtit, refrigerat.* Syrupus Antiſcorbuticus (amaro-acri-acidus) cochl. j. ij. Syrupus Chalybeatus (ſtyptico-amarus) ℥ß. ℥iß. Syrupus Chalyb. corollatus (aromatico-ſtypticus) ℥ß. j. *Aſtringit, fluxui opitulatur hepatico.* Syrupus de Croco ʒj. iij. (fœtido-opiato-acidus.) Syr. Hæmoptoicus (amaro-ſtypticus.) Syrupus Jovialis (ſtyptico-amaro-aromaticus) ℥j. *In Hypochondriaciſmo,*

Chloroſi,

Chlorosi, Cachexiâ, Ictero. Syrupus de Myrrhâ (amaro-fœtido-mucosus) ℥j. ij. *Asthmaticus, Pectoralis, Emmenagogus.* Syrupus de Peto cochl. ß. ij. (amaro-acido-dulcis.) *In Asthmate, Catarrho suffocativo, Phthisi; dolore Ventriculi, visu recuperando.* Qui autem *mira præstaret* in ventriculi dolore vel recuperando visu, nos omnino latet. Tabulæ Antisynanchicæ (oleoso-terreo-styptico-mucosæ.) *In ulceribus oris, seu Aphthis.* Tabulæ Embryonum (styptico-terreo-aromaticæ.) *Fœtum roborant, abortum præcavent.* Tabulæ Saponaceæ (oleoso-aromatico-mucosæ.) *In expectoratione suppressâ, in Phthisi, Empyemate, &c.* Tabulæ de Styrace (aromatico-styptico-mucoso-dulces.) *Catarrho, Phthisi conducunt.* Tinctura Cerussæ (fœtido-alcalino-acida.) *In cutis fœditatibus, ambustis, &c.* Tinctura Mellis ℥ß. ℥j. ß. (spirituoso-dulcis.) *In Phthisi.* Tinctura oculorum Cancrorum (alcalino-acida) ℥j. *In ulceribus curandis.* Tinctura Odontalgica (balsamico-opiato-styptico-acri-spirituosa.) Torquis Infantum (fœtido-opiatus.) *Dentitionem promovet, Convulsiones præcavet.* Unguentum Cephalalgicum (opiato-aromatico-oleosum.) *Ad Tempora ungenda in dolore.* Unguentum Digitalis (oleoso-fœtidum.) *Pro Scrophulis.* Unguentum faciale (fœtido-oleoso-acre.) *Ad faciei guttam rosaceam, ruborem.* Unguentum familiare (oleoso-balsamicum.) *Emollit, dissipat, in pernionibus, ulceribus pedum, usurpatur.* Unguentum ad Fissuras (amaro-aromatico-oleosum.) Unguentum Fuscum (acido-dulce.) *Ulcera bene mundificat.* Unguentum Hæmorrhoidale 2. (terreo-fœtido-opiatum.) *In dolore Hæmorrhoidum.* Unguentum Ophthalmicum (oleoso-terreum.) Unguentum Piperinum (aromatico-acri-oleosum.) *Ad Scabiem, Pruritum.* Unguentum Soleare (acre-acido-oleosum.) *Ad Tussim.* Unguentum Sympatheticum (oleoso-fœtidum.) *Ulcera sanat, Telum, quocum vulnus infligitur, ungendo.* Sententia hæc vana ac futilis est. Unguentum Virilitatis (oleoso-aromatico-acre.)

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Balsamum Arthriticum (oleoso-acidum.) *Parti affectæ inungendum.* Balsamum Nephriticum gtt. x. ad lx. (oleoso-balsamico-acido-fœtidum.)

tidum.) *In Renum doloribus, calculos pellit, expectorationem promovet, morbis pectoris medetur.* Bolus Balsamicus (styptico-balsamicus.) *In Tussi contumaci, Hæmoptoe,* (vix tamen priusquam claudatur vas) *Dysenteriâ Contusione.* Bolus Cardiacus ad Casum (oleoso-alcalino balsamico-opiatus.) *In Puerperis à partu, contusionibus sanguinem grumosum solvit.* Bolus Chalybeatus (balsamico-stypticus;) qui marcori ac languori seu inappetentiæ subveniat, nos fugit; certè acidum in marte esurinum adeò à balsami oleo obtunditur, ut quò appetitui acidum sit gratius, eò oleum magis istum obtundit. Bolus sudoriferus (amaro-alcalino-aromatico-opiatus) *Febrifugus, Stomachicus, Hystericus.* Cataplasma Anginosum (dulc-mucoso-oleoso-acri-amaro-spirituoso-opiatum.) *Ad anginam dissipandam, dolorem leniendum* Cataplasma de Cymino (mucoso-oleoso-fœtido-aromaticum.) *In Aurium dolore.* Cataplasma de Halecibus (acri-oleoso-salinum.) Plantis admoveatur in deliriis febrilibus, ubi materia sursum tendit; nam partes, quibus admovetur, emollit, titillatque, adeò ut humores tam aliò devocet, quam istis aditum, fibras emolliendo, paret; quinetiam humores, cùm remedii portiuncula in sanguinem introëat, commovet, ac eos circumpellit; quamobrem non in omni delirio indiscriminatim admoveri debet, ast in isto tantùm ubi febris mali est moris. Cataplasma de Iride (aromatico-mucosum.) *In Anginâ, dolore Lateris externo, Pectoris morbis Pituitosis.* Cataplasma de Ovis (mucoso-oleoso-fœtidum.) *Dolores Hæmorrhoidales lenit.* Cataplasma de Pomis (acido-mucoso-opiatum.) *Ad oculi Inflammationes.* Cataplasma de Raphano (acri-fœtido-salino-acido-mucosum.) *vid. Cataplasma de Halec.* Cataplasma Sambucinum (aromatico-mucoso-oleoso-salino-terreum.) *In Erysipelate.* Cataplasma de Sedo (styptico-mucoso-opiatum.) *Oculorum dolores, defluxiones sanat.* Cataplasma Stomachicum (acri-aromatico-amaro-acido-opiatum.) *Ad nauseam, vomitum.* Cataplasma de Succis (acri-mucosum.) *Pubi admoveatur, vel Regioni lumbari, urinam proritat.* Cataplasma Suppedale (acri-aromatico-opiato-oleoso-salinum.) *In sanguinem penetrat; vel stimulat vel demulcet, at vide authorem.*

Cataplasma

;ataplasma de Telis (balsamico-aromatico-alcalino-yptico-acido-oleoso-mucosum.) *Epicarpium est ad ebrium intermittentium paroxysmos tollendos.* Cataplasma de Terrâ Cimoliâ, (mucoso-opiato-styptico-aromatico-fœtidum.) *Ad Phrenitides, capiti raso admoveatur.* erevisia de Dauco (aromatico-mucosa.) *Urinam pellit, meatus lubricat; quocirca calculo, arenulis prodest.* erevisia pectoralis (mucoso-viscoso-aromatico-amara.) *'ttemperat acorem, incidit pituitam, expectorationem rovocat; valet in phthisi recente.* Cerevisia ad Rachidem (dulc.-aromatico-amaro-acris.) Cerevisia Scorbutica attemperans (amaro-acri-mucoso-dulc.-aromatico-ponderosa) q. v. *In sanguine acido, in Scorbuto ac Hypochondriacismo.* Eximius vir cerevisiam hanc in temperamento calido valde deprædicat; siquidem autem ex particulis amaris, aromaticis, acribus ac ponderosis evidenter constat, nos fugit, quî *scorbuto calido* opem ferre valet: Esto, particulis insuper scaturire mucosis ac dulcibus: Cæterùm cùm eæ nullam per volatilia rationem habeant, necnon virtutes suas paulo lentius liquori impertiant; exinde fiet, ut cerevisia nonnihil mollis evadat; cùm è contrariò verò particulæ sulphureæ, volatiles ac fixæ vix dum liquori infundantur, cum istas sapiant; liquidò constabit cerevisiam vires suas à particulis, quibus maximè scatet, mutuò acepturam iri; quâ de causâ non scorbuto calido citra distinctionem conveniet; siquando igitur sanguini particulæ acido-corrosivæ præsint, salia volatilia, præ acido primas tenente, congruere poterint; ast iis intro-sumptis in statu corrosivo luctæ oriuntur adeò diræ, ut hæmorrhagiæ frequentius exindè insequantur; hinc est, quòd alcalina mitiora ac flexilia tum exhibere præstat, quàm hujusmodi maximè ferocia. Decoctum Althææ (mucoso-acri-spirituoso-amaro-aromatico-opiatum) ℥iij. *Acorem obvolvit, arenulas, calculum pellit, dolores sopit.* Decoctum Antiloimicum, cochl. iij. iv. (aromatico-amaro-mucoso-opiato-fœtidum.) *In Febre malignâ ubi spiritus exanimantur, non in Febre inflammatoriâ;* ast Theriacam omittamus quoties coma vel soporis gradus minimus ægrotos infestant. Decoctum astringens ℥iv. (styptico-aromatico-opiatum.) *In Diarrhœa, Dysenteriâ*

ventri-

ventriculum roborat. Decoctum Balsamicum ℥iv. (mucoso-balsamico-aromaticum.) *In Phthisi, expectorationem promovet, Tubercula dissipat; vasa rupta resarcit,* at de hoc dubitamus. Decoctum ad Cancrum ℥iv. (fœtido-mucoso-styptico-aromaticum.) Decoctum Cannabinum ℥iv. (mucoso-amaro-astringens.) *Ad mictum lecti involuntarium.* Decoctum Catarrhale ℥iv. (aromatico-acri-mucoso-dulc.-opiatum.) *In Catarrhis frigidis.* Decoctum Catechu compos. ℥iv. (acri-aromatico-styptico-dulc.-opiato-mucosum.) *Constringit ora glandularum, mucum supplet, spiritus pacat, perspirationis pondus auget, Catarrhis opitulatur acribus, tenuibus, uti author asserit*; malumus autem in Catarrho tenui, vosmet ab omni remedio volatili contineatis; quando tantum inferetis damni per medicamenta irritantia valdè; qualia sunt guaiacum, sassafras, salvia ac alia, quantum istis commodi conferetis per styptica, mucosa, ac opiata; satius igitur esse ducimus posteriora sola in Catarrho tenui exhibere, & prioribus prorsus intermittere; decoctum utique hocce non est Catarrhi tenuis remedium, cùm maximè proritet, ac proindè Catarrho hujusmodi experientiâ duce, officiat; quòd si tussis sit ita composita, ut salia perinde irritent, atque pituita exantlanda sit, præscriptum erit perquam utile, uti palam vobis faciemus in præscripto cui titulus est *Mixtura Expectorans.* Decoctum Cerevisiatum ℥iv. (acri-mucoso-styptico-aromatico-dulce.) *vid. Extractum Pectorale, ast magis irritat & expectorat, inquit author*; certè *Extractum Pectorale* est potius remedium viscosum ac proinde humores acres oblinit ac obvolvit, cùm hoc verò irritet valdè; quâ de causâ longè à se invicem discrepant, Decoctum igitur hoc potius *Decocti Catechu compositi* virtutes æmulatur. Decoctum Clysterisans (mucoso-amaro-acido-aromaticum.) *Faces emollit, flatus dissipat, & evocat, ac scybala educit.* Decoctum Copragogum (mucoso-aromatico-purgans) *Scybala educit.* Decoctum Corallinæ ℥ij. (mercuriali-aromatico-salino-acidum.) *Ad vermes ante novilunium & Plenilunium.* Decoctum Depurans (acri-aromatico-mucoso-muriatico-salinum) ℥iv. vj. *Urinam movet, arenulas pellit, scorbuto prodest calido.* Decoctum Diureticum ℥iv. ℔ß. (aromatico-

fœtido-

œtido-acido-amaro-acri-mucoſum.) *Urinam provocat, renulas pellit.* Decoctum expectorans (aromatico-amaro-nauſeoſo-acido-dulce.) *Tuſſi à pituitâ bronchias obſidente opitulatur, ex eo quod irritet, ac eam ſurſum vehat.* Decoctum Fracaſtorii ℥iv. (opiato-ſtyptico-aromaticum.) *In Diarrhœâ, ventriculi torminibus, in Diarrhœâ in Febribus ſymptomaticâ.* Decoctum Fracaſtorii tenue (mucoſo-opiato-amaro-aromaticum.) *vid. Decoctum Fracaſtorii.* Decoctum Glycyrrhizæ (dulc.-alcalino-aromaticum.) *In Catarrho.* Decoctum Liberans ℥iij. (mucoſo-alcalino-ſtypticum.) In affectibus Catarrhoſis, Empyemate, Phthiſi, Strumis, Diabete, Ulceribus humidis: Aqua Calcis *ſalſedinem* ac *aſtrictionem* certè ſapit, quæ vobis in *Prælectionibus* noſtris *pharmacomathicis* palam faciemus; quocirca tam aquoſas ſeri particulas amandando, & acriores acidas obvolvendo, quam fibras roborando, earumque ora impensè eroſa ferruminando, ſubſidio veniet: Hinc erit, quòd humorum effluxum immaniorem qualemcunque prævertat; ac iſti, evacuationibus præmiſſis, opem ferat. Decoctum è Lignis ℥iv. (acri-aromatico-ſtyptico-mucoſum.) *Siccat, tenuat, Diaphoreticum eſt; Catarrhis, Arthritidi, Paralyſi, Hydropi Anaſarcæ, morbis frigidis opitulatur.* Decoctum Nephriticum (mucoſo-dulc.-amaro-aromaticum.) Decoctum Pacificum Hyſtericum (opiato-fœtidum.) cochl. ij. iij. Paroxyſmis ſubvenit hyſtericis, ex eo quòd ſpirituum motum progreſſivum adurgeat, necnon ſub idem tempus motum eorum effetum nimis reprimat. Decoctum Pectorale Balſamicum (mucoſo-opiato-dulc.-aſtringens-balſamico-aromatico-acre;) præſcripta talia pompoſa ita farraginem faciunt, ut difficile ſit dijudicare, cui conducant fini; concedamus enim remedium maximè efficax à medico propinandum eſſe, quorſum ab iſto quicquam ſubduceremus? Quantum enim ab iſto ſubtrahimus, tantum remedii inutilis adjicitur: Quocirca remediorum efficaciorum numerus ita pompoſus medicos apud conſultos apprimè decreſcat, neceſſe eſt: Quantum ad Decoctum hoc, irritationem ſedat, extillationem antevertit, necnon expuitionem proritat. Decoctum Pleuriticum ℥iv. (mucoſo-dulc.-acri-aromaticum) non priùs exhibendum

eſt, quàm pleuritidis criſis ſeu anacatharſis coràm adſit; quia expectoratio non anteà proritanda eſt, quàm dies ſeptimus, nonus, aliuſve aderit. Decoctum Pſoricum ℥iv. (amaro-dulc.-hydrargyreon;) affectus cutaneos exhinc abigit, quòd acidum deſtruat, motumque ſanguinis deſidem adurgeat. Decoctum Sacrum cochl. ij. iij. (amaro-fœtido-acri-opiatum.) *Alexipharmacum cenſetur, ex eo quòd ſanguinis motum tam inteſtinum quam progreſſivum invigoret; ac proinde putredinem arcet, reſidentias prævertit, ſpiritus ſuppeditat, miaſmáque venenoſum expellit; hinc fit, ut febribus malignis quibuſvis ſpeciei hecticæ opem ferat; cæterùm vobis curæ ſit. ne ſomno ſepultis ac comate afflictis exhibeatur, ex eo quòd opium iſtiuſmodi detrimento erit: Eſt etiam ſtomachicum, hyſtericum, vermifugum.* Decoctum Sacrum Sedativum (amaro-fœtido-acri-opiatum) ℥iij. *In Agrypniá febre mali moris oriundâ.* Decoctum Sanctum (acri-dulc.-aſtringens.) *vid. Decoctum Lignorum,* nam lenit ac demulcet humores, acidoſque emendat. Decoctum Scorzoneræ q. v. (mucoſo-acidum) *ſitim reprimit, acre alcalinum immutat, Diureſin provocat.* Decoctum Siſtens ℥iv. (ſtyptico-teſtaceo-opiato-aromaticum.) *Diarrhœam reprimit, flatus diſſipat.* Decoctum Traumaticum ℔ſ. (amaro-ſtyptico-aromatico-fœtido-oleoſo-acri-opiato-dulc.-acidum.) *Grumos cruoris ſolvit, ac circulationi denuò reddit; recrementa per urinam & ſudorem educit; nec tamen fervorem accendit. Partes læſas roborat, conglutinat, ſanat.* Decoctum varioloſum (mucoſo-dulc.-amaro-aromatico-acidum.) Scorzoneram infamat, vultque ut ea ab officinis ac à præſcriptis prorſus exulet; cæterùm cum ſit mucoſa, decoctis particulas molles ac ramoſas impertiet: Quando eæ autem particulas acres obvolvunt; quid eſt, quòd tantoperè vituperetur? Multa, quinimo perplurima pharmaca apud medicos celebriores à præſcriptis proſcribuntur, nec immeritò; cùm efficaciora adeò facilè recenſeri poſſint, ut in actum, uti fertur, contrahi valeant. Decoctum Urticæ acidum ℥iv. (acri-acidum.) *Urinam ciet.* Electuarium Balſamicum (ſtyptico-oleoſo-balſamicum) ʒij. *Phlegma viſcidum & craſſum bronchias obſidens diſſolvit; meatuſque omnes glabros & facile meabiles reddit; pulmonum*

monum vesiculas ultra tonum tumidas & tensas litu balsamico restituit, & sanat; ideoque tussi siccâ & phthisi laborantes summa cum utilitate eo utuntur. Electuarium Boyleanum ℨij. (opiato-mucoso-stypticum.) *Sanguinem refrigerat; serum tenue incrassat, acre contemperat; vasorum ora occludit; fibrillarum irritationes & spasmos consopit; catharsi leni, modò necessariò requiratur, ac venæ sectione præmissis, laudatur à nobili Boyle ad hæmoptoën.* Electuarium Camphoratum (fœtido-opiatum) ℨj. iß. *Spiritus animales nimis efferos reprimit; eorumque motum anomalum in ordinem redigit; hystericis apprimè opem fert.* Electuarium Cardiacum temperatum ℨij. (aromatico-acido-amaro-terreum.) *aptè præscribitur febricitantibus de languore & ægritudine querentibus; dum enim fermentationem (passim) restaurat, spiritus animales commovet, citra caloris accensionem.* Electuarium de Colophoniâ ℨiij. (fœtido-amaro-opiato-aromatico-glutinoso-stypticum.) *Constringit, sanat, consopit, siccat; & fluori ulli specifice dicatur.* Electuarium Cretaceum ℥iij. (terreo-amaro-aromaticum.) *Inter præstantissima stomachica locum tenere meretur, calefacit, confortat, acidum corrigit; valet contra cardialgiam, ventriculi dolorem, rugitum, nauseam, vomitum, inappetentiam, Diarrhœam.* Electuarium Diasulphuris ℨij. (styptico-oleoso-balsamicum.) *Putredini resistit, mundificat, consolidat, exiccat, roborat, acidum temperat, usurpatur ad catarrhum pectoralem, tussim, phthisin incipientem*; non omni certè catarrho opem feret, cæterùm isti qui frigidus vocatur, ubi materia extillat, glutinosa evadit, ac difficultèr expuitur. Electuarium expectorans ℨij. iij. (aromatico-acri-oleoso-amaro-dulce.) *Pituitam frigidam concoquit, phlegma viscidum incîdit, ductus bronchiales aperit, pulmones irritat, tussim provocat, & expectorat.* Electuarium Ictericum (aromatico-acri-amaro-opiato-fœtido-salinum) ℨj. iß. Titulus vires monstrat. Electuarium Lucatelli ℨß. (styptico-acido-mucoso-balsamicum.) *Incrassat, restringit, sanat; prodest contra raucedinem, tussim, hæmoptoën, quascunque sanguinis effusiones internas; atque phthisin ipsam, si nondum fuerit confirmata.* Electuarium Minerale (balsamico-oleoso-acre.) *Cum successu exhibetur contra noxas*

à Mercurii abusu inductas. Electuarium de Myrrhâ (amaro-aromatico-fœtido-oleoso-mucosum.) *vid. Lohoch Myrrhisatum.* Electuarium Nephriticum (acri-oleoso-mucoso-dulce) ℥ß. *Optimè & præcavet, & mitigat dolores colicos paroxysmo nephritico supervenire solitos; ad præcautionem assumitur per triduum ante novilunium & plenilunium, superbibendo vini albi haustulum: Ad mitigationem capiat æger eandem dosin cum primum signa aliqua paroxysmi prænuncia senserit, & repetat quartis horis per sex vices, cui superbibantur Decocti Malvæ Magistralis* ℥iv. Electuarium Pectorale ʒß. sæpius (mucoso-dulc.-oleoso-aromaticum.) *Ad tussim molestam à defluxione tenui & acri oriundam.* Electuarium Peruvianum (amaro-styptico-aromaticum) ʒß; *Specificè valet contra quascunque vel intermittentes vel remittentes Febres:* Diarrhœæ opem fert, vel saltem eam prævertit. Electuarium Peruvianum astringens ʒ i. (amaro-styptico-balsamicum.) *Antidotum audire meretur summè efficax contra sputum cruentum; febriles enim fervores extinguit, vasa pulmonaria aperta sigillat, ruptáque consolidat.* Electuarium Poterii (terreo-opiato-mucosum) ʒij. iij. *Sanguinis & succorum acres & asperitates quasvis exoticas & corruptivas destruit; atque indolem balsamicam, mollem & oleosam inducit. In febre hecticâ nulli cedit medicamento.* Electuarium Regium aromatico-acido-amarum.) *Appetitum acuit.* Electuarium Rosatum (styptico-oleoso-acri-aromaticum.) *Ad Raucedinem, Tussim catarrhalem, & id genus morbos spiritales.* Electuarium Sanans (oleoso-glutinoso-styptico-dulce) ʒij. iij. *Admodum proficuum est contra tussim acrem, oris & primarum viarum Erosiones, Aphthas, Dysenteriam.* Electuarium de Sarsâ (mucoso-balsamico-oleosum.) *Ad dolores arthriticos vagos.* Electuarium Scorbuticum temperatum ℥ß. (acido-terreo-mucosum.) *Scorbuticis constitutione calidiori præditis opportunum est; ventriculi fermentum restituit, ejusque & aliorum viscerum, chylosi inservientium functiones juvat; sanguinem & succos adustos temperat, & depurat, obstructiones expedit & diuresin concitat.* Electuarium Stomachicum ʒj. ij. (styptico-amaro-aromatico-acri-opiatum.) *Ventriculi frigiditatem, cruditatem, & laxitatem corrigit;*

flatus

flatus discutit, appetitum instaurat, coctionem juvat, vomituritionem tollit. Electuarium Tartarisatum (acido-mucosum.) *Sitim restringuit, fervorem reprimit, appetitum revocat, dolores ventriculi sedat; viscidos humores tenuat, obstructiones reserat, flatus discutit, crudos humores incidit eosque educit.* Electuarium Terebinthinatum ℥ij. iij. (styptico-oleoso-balsamicum.) *Utilissimum est ad tussim à pituitâ crassâ pulmonibus impactâ ortam, ad purulentas exulcerationes, ubi non datur febris hectica; necnon ad renes detergendos & urinam ciendam.* Electuarium de visco (styptico-mercuriali-aromaticum.) *Ad affectiones cephalicas, præsertim convulsiones & vertigines.* Electuarium de Zedoaria ʒij. (aromatico-balsamico-acri-opiatum.) *Auxilio est in colicâ, & exhiberi potest (post purgationem) in ipso paroxysmo; sed præcipuus ejus usus est ad præcautionem colicæ hystericæ habitualis, ubi ventriculus & intestina sunt frigida, laxa, & imbecilla.* Electuarium de Zinzibere ℈j. (styptico-acri-aromaticum.) *Ad ventriculum & cor confortandum coctionem juvandam, nauseam tollendam, vomitum sedandum, flatus dissipandos, nativum calorem sustentandum.* Emplastrum de Albo (styptico-aromaticum.) *Dorso applicetur ad dolorem sedandum & calorem minuendum.* Emplastrum Anginosum (balsamico-amarum.) *Applicetur gulæ, adeo ut ad utramque aurem pertingat.* Emplastrum Anodynum (styptico-oleoso-balsamico-opiato-fœtidum.) *Refrigerat, dolores placat.* Hic author eximius sententiam eorum, qui opium calidum reputant, amplectitur; siquis autem principiorum rationes inter se expendere velit, facilè nobiscum sentiet, opium laxare fibras, lenire humores acres, ac id propter doloribus finem statuere. Emplastrum Arthriticum (viscoso-oleoso-styptico-aromaticum.) *Humores acres obtundit, viscidos attenuat, & per diaphoresin foras evocat, fibrillarum spasmum & tensionem dolorificam blandè relaxat, articulos roborat.* Emplastrum Balsamicum (styptico-balsamico-aromaticum.) *Ad lumborum debilitatem, dolorem & fluorem album, dorso adhibeatur*; suprà advertimus, quî emplastra hujusmodi conferant; medici emplastra dorso eò admoventes, ut fluxus hic reprimatur, parum emolumenti laborantibus afferunt, eosque pom-

pose eludunt. Emplastrum Hydropicum (oleoso-styptico-balsamico-aromaticum.) *Lympham intra corporis habitum aggestam, & coagulatam attenuat, commovet, & per diaphoresin amandat.* Emplastrum Ictericum (fœtido-dulce.) *Infantibus*, inquit author, *Ictero defœdatis subsidio est*; cæterùm qui ictero laborantibus opem feret, volumus, explicet. Emplastrum Nephriticum (opiato-oleoso-styptico-aromaticum) dolores renum sopit. Emplastrum Pectorale (viscoso-aromatico-fœtido-acre) calefacit, attenuat, discutit, roborat, musculos *thoracicos colluvie viscidâ frigidéque impeditos lustrat, & consolatur; usui est ad tussim cum pectoris gravitate & teneritudine conjunctam.* Emplastrum Pleuriticum (styptico-oleoso-opiato-fœtidum.) *Valde anodynum est, dolores pleuriticos & podagricos placat, tumores inflammatorios dissipat, anginam solvit.* Emplastrum Puniceum (fœtido-balsamico-styptico-aromaticum.) *Hoc elegans emplastrum, caput, stomachum, abdomen, uterum optimè roborat & consolatur.* Emplastrum Spinale (styptico-fœtido-oleosum.) *Ad dorsi dolorem, & debilitatem, spinalisque medullæ obstructionem eximiè convenit. Puerulis rachitide laborantibus à nuchâ usque ad os sacrum adhibeatur.* Emplastrum Stomachicum comp. (aromatico-balsamico-stypticum.) *calorem & concoctionem juvat, nauseam & vomitum reprimit, ventriculum cruditate & flatibus liberat, ejusque laxitati, imbecillitati & distentioni opitulatur.* 2. Emplastrum Stomachicum comp. (aromatico-styptico-balsamicum.) *Ad dorsum in Stomachi debilitate applicetur.* Emplastrum pro Temporibus (aromatico-opiatum.) *Anodynum est, valet contra vigilias & capitis dolorem; dentium cruciatum tollit, pone vel sub aures admotum.* Emulsio Balsamica (balsamico-mucosa.) *Phthisicis aptè præscribitur, lenit enim, demulcet, tubercula discutit, putredinem delet & sanat.* Emulsio de Cornu Cervi (terreo-mucoso-opiato-aromatica.) *Feliciter usurpatur in febribus diarrhœâ symptomaticâ stipatis, pro potu ordinario.* Emulsio Diuretica (acri-aromatico-opiata-terrea.) Emulsio variolosa cochl. vj. (mucoso-opiato-aromatico-terrea,) variolarum eruptionem juvat, motum sanguinis efferum compescit. Enema Anodynum (mucoso-spirituoso-opiatum.) *Intestina*

ſtina mucilagine glutinosâ oblinita, indeque refrigerata & ſpaſmis, flatibus, torminibuſque vexata calefacit, confortat, demulcet, & ad ſanam craſin reſtituit. Enema Carminativum (aromatico-amaro-ſpirituoſo-oleoſum.) *Ad colicam flatuoſam, hydropem, à coctione malâ ortum.* Enema Colicum (ſpirituoſo-oleoſo-fœtidum) *In inteſtinorum cruciatibus, & aſtrictione, flatibus, colicâ flatuosâ; non in hyſtericis.* Enema commune (mucoſo-amaro-oleoſo-aromaticum.) *Ad inteſtina exoneranda.* Enema confortans (ſpirituoſo-opiato-mucoſum.) *Inteſtina refocillat, in febribus malignæ notæ egregie proficuum eſt.* Enema dulce (mucoſo-dulce.) *Quando vermes latitant in inteſtinis tenuibus, dumque morſicando & erodendò ventris torſionem excitant, commodiſſimè, ante uſum enematis amari, in uſum accenſetur hic clyſter.* Enema Febrifugum (amaro-opiatum.) *Ad febres cujuſcunque ſortis intermittentes profligandas, patientibus medicamenta aſſumere reſpuentibus, pueriſq; moroſis hæcce decocta profuiſſe reperit.* Ab *Helvetio* clyſteres febrifugi primò in uſum vocabantur. Enema leniens (mucoſo-opiatum.) *Locum habet, quando humorum bilioſorum acrimonia inteſtina vehementer ſtimulat; acorem obtundit, membranas mucilagine oblinit, ſpiritus irritatos compeſcit.* Enema oleoſo-amarum (oleoſo-amarum.) *In colicâ inteſtinorum craſſorum.* Enema Saponaceum (mucoſo-amaro-aromatico-oleoſum.) *Flatus diſcutit, fæces emollit, inteſtina evacuat, vias urinarias lubricat, arenulas pellit, calculoſis dicatur.* Enema Terebinthinatum (ſalino-balſamico-mucoſum.) *Opem promittit in ventris torminibus, colicâ humorali, Dyſenteriâ, Phthiſi, affectibus à nervorum oppilatione vel laxitate ortis, Cachexiâ, Hydrope, ulceribus uteri, renum, veſicæ; ad calculi præcautionem, arenulas, mucum expurgandum; in urinæ obſtructione, Dyſuriâ, fluore albo, Gonorrhœâ.* Enema ad Tormina (terreo-fœtido-aromatico-opiatum.) *Acidum corrigit, inteſtina confortat, flatus diſſipat, dolores ſedat, ſpaſmos tollit; puerulis vel dentitione difficili vel humorum acrimoniâ apprimè convenit, nempe quando dejectiones virides & torminoſæ, vigiliæ, inquietudines, ſuffuſiones erraticæ febriles &c. adſunt, & convulſiones intentant.* Epithema Anodynum (ſpirituoſo-fœtido-opiatum.) *Humores diſſipat*

pat, & per poros evaporat, partes nervosas spasmodicè affectas confortat. Epithema Avicennæ (alcalino-acidum.) *Ad affectiones pericranii frigidas.* Epithema Cephalalgicum (aromatico-acido-oleoso-viscosum.) *Ad capitis dolores ardentes, pulsatiles, vigilias, & deliria in febribus non malignis.* Epithema frontale aqueum (fœtido-acido-aromaticum.) *Ad symptomata ex febre ardente non malignâ oriunda, deliria, cephalalgias, &c.* Epithema Frontale Lacteum (mucoso-viscoso-opiato-fœtidum.) *Spiritus consopit, refrigerat, dissipat.* Epithema Saponaceum (spirituoso-oleoso-salino-fœtido-opiatum.) *Ad Arthritidem, nam sopit dolores, ac dissipat.* Epithema Stomachicum (spirituoso-acri-opiato-aromaticum.) *Ad laxitatem & frigiditatem ventriculi, nauseam, vomitionem, dolorem.* Expressio Beccabung. comp. ℔ß. (acri-aqueo-acido-styptica.) *In Scorbuto*; misturæ hujusmodi sunt revera *Salso-acidæ*; cùm vires igitur à salium prædominio acquirant, necesse est, quo plus contineant salis volatilis, eo magis calefaciant; & vice versâ; cum expressio igitur acido eo usque saturetur, ut acescat, compositum frigidum nuncupari meretur. Expressio Pleuritica (amaro-acido-salso-terreo-opiata.) *Spirituum ferociam refrænat, sanguinis fervorem temperat, viscoiditates tenuat, Diuresin provocat, dolores sedat.* Expressio Rosacea (terreo-styptica.) *Ad Diarrhœam symptomaticam, remedium fidum deprædicat author.* Non enim glandularum ora occludit tantum, verum etiam humores acres resorbet. Expressio Scorbutica temperata (amaro-acido-aromatica) ℥iv. *In scorbuto, calido, fervore, macie inde.* Extractum Pectorale (viscosomucoso-stypticum.) *Pectori ideo succurrit, quia irritationem sedat, ac extillationem prævertit, unde acrimoniam seri obtundit, istud incrassat, catarrho acri opem fert.* Fotus ad Articulorum dolores (acido-spirituosus) dissipat ac constringit; ast hæremus, num ob doloris mitigationem à tumore evanido adeo exultare debent, ut nil habeant, quod ultrà vereantur. Fotus Camphoratus (acido-salino-fœtidus.) *Hæmorrhagias sistit, ebrietatem arcet.* Fotus Diureticus (aromatico-mucoso-oleoso-salinus.) *In cruciatibus à calculo & urinæ suppressione excitatis, quia emollit fibras, easque stimulat.* Fotus ad Hæmorrhoidum do-

lorem

orem (mucoſo-fœtido-amaro-ſtyptico-opiatus.) *Tenſionem laxat, acrimoniam obtundit, diſcutit, repellit.* Fotus ad Hæmorrhoidum fluxum immodicum (mucoſo-aromatico-ſtyptico-acerbus.) *In omni fluxu aſtringit.* Fotus Lateralis (mucoſo-opiato-aromaticus.) *Emollit, diſſipat, dolores compeſcit; in pleuritide externâ valet, fibras laxat, ſpiritus conſopit, pituitam attenuat; non in internâ.* Fotus Ophthalmicus (opiato-mucoſus.) *Dolores lenit.* Fotus Pacificus (mucoſo-opiatus.) *In febribus ardentibus vigilias compeſcit, deliriis opem fert; non vero in malignis admovendus eſt.* Fotus Sambucinus (fœtido-oleoſo-ſalinus.) *Dolorem in Eryſipelate alleviat, & diſſipat humores; Eryſipelati ulcerato non admovetur.* Fotus Scorbuticus (amaro-opiato-acri-ſtypticus.) *Dolores lenit, acres humores demulcet, ichorem ſcorbuticum diſſipat, tonum reſtituit.* Fotus Stomachicus (ſtyptico-ſpirituoſo-acido-amaro aromatico-opiatus.) *Fibras confortat, diſſipat humores, dolores ſopit.* Num dyſenteriæ, vel Diarrhœæ conducat, haud certamus. Fotus ad Tympanitim (ſalino-ſpirituoſus;) quantum emolumenti à fotu hoc in Tympanitide expectandum eſt, vix ſtatui poteſt; cùm nondum Tympanitidem definîerunt medici. Gargariſma Anginoſum (amaro-mucoſo-terreo-ſalino-acido-ſtypticum.) *Tam emollit fibras turgidas, quam illas à muco ſalivæ expedit, magis tamen inflammationi accommodatur.* Gargariſma commune (aromatico-acido ſtyptico-dulce.) *Sitim fallit, mucilaginem oris abſtergit.* Gargariſma ad Hæmodiam (mucoſo-terreo-ſalino-ſpirituoſo-aromaticum.) Gargariſma Myrrhiſatum 1. (ſtyptico-amarum.) *Aſtringit, diſſipat; gingivas ſanguinolentas ſanat, ulcera oris detergit, & ozænam.* Gargariſma Myrrhiſatum 2. (amaro-mucoſo-ſtyptico-ſpirituoſum.) *Ad ulcera detergenda.* Gargariſma Paralyticum (acri-acido-ſtypticum.) Gargariſma de Pyrethro (acri-opiato-aromatico-ſpirituoſum.) *Glandulas vellicat, ſalivam educit, dolores conſopit; tumores diſſipat, Odontalgiæ ſuccurrit.* Gargariſma Scorbuticum (amaro-acri-aromatico-ſtypticum) *oris partes à ſordibus liberat, ulcuſcula ſiccat.* Gargariſma Sedativum (ſtyptico-acri-aromatico-opiatum.) *Ad dolorem ſedandum, diſſipandum.* Gargariſma Sinapinum (ſpirituoſo-acido-acre.)

Ad

Ad paralyſin linguæ, morbos ſoporoſos. Gargariſma Varioloſum (mucoſo-acido-ſtyptico-dulce.) *Partes oris & gulæ inflammatas, dolentes, emollit, lenit, puſtulas maturat, ſalivationem adjuvat; at ritè obſervat author, ſalivâ omnino ſuppreſſâ, acriora uſurpanda eſſe.* Gargariſma ad ulcera (ſtyptico-mercuriale.) *Ulcera rebellia ſiccat, non cancroſa.* Gargariſma pro Uvulâ (amaro-ſtyptico-acri-ſpirituoſo-acidum.) *Ad inflammationem Tonſillarum, quia ſtimulat, conſtringit & evacuat.* Hauſtus Aſtringens (aromatico-ſtyptico-opiatus.) *Viſcera confortat, tonum eorum roborat, motum dejectorium reprimit, ſpiritus efferos pacat, diaphoreſin provocat.* Hauſtus Bechicus (viſcoſo-aromatico-opiatus.) *Serum acre irritans, incraſſat, ſomnum accerſit, tuſſim irritantem ſedat.* Hauſtus Camphoratus (fœtido-mucoſo-ſtypticus.) *Stillicidium & ardorem lenit.* Hauſtus ad Caſum (ſpirituoſo-balſamico ſtypticus.) *Hæmorrhagias ſiſtit, acorem abſorbet.* Hauſtus ad Febrem Vulnerariam (amaro-acido-terreo-balſamicus.) Hauſtus Febrifugus (amaro-opiato-alcalino-aromaticus.) *In Febre intermittente, ubi algor, Diarrhœa.* Hauſtus Febrifugus Riverii (amaro-alcalino-acidus.) *In Febre intermittente ante paroxyſmos, durante luctâ inter alcali & acidum, ait author.* Hauſtus Nitroſus (ſalino-mucoſus.) *Ait, quòd ſanguinem refrigerio perfundat, ejus lentorem incidat, inflammationes, obſtructioneſque excutiat; ſitim ſedet, urinam moveat, valeat contra pleuritidem, Peripneumoniam & Febres inflammatorias malignitatis expertes.* Hauſtus oleoſus (oleoſo-mucoſo-acris.) *Ad pleuritidem cum ſputo cruento, Peripneumoniam & aſthma (præmiſſis præmittendis) optimus.* Hauſtus Pleuriticus (amaro-mucoſo-opiato-acris.) *Dolorem ſedat, humores foras pellit.* Hauſtus Saponaceus (mucoſo-ſalinus.) *Ad Icterum.* Icteri vero adeo à ſe diſcrepant, ut iſtis non eodem ſemper modo medicemur; quando à viſcido ductum obturante exordium ſumunt, oleoſa perperam exhibentur; quando à ſpaſmo oriuntur, ſtimulantia evitanda ſunt; quando autem calculi ictero anſam præbuerunt, oleoſa ac ſtimulantia unà eò exhibenda ſunt, ut meatus amplientur ac ſimul ſtimulentur. Hauſtus Saturninus (ſtyptico-acido-opiatus.) *Ad Hæmorrhagias.* Hauſtus Varioloſus (a-

maro-

maro-aromatico-opiatus.) Hauſtus contra vomitum (aromatico-acido-alcalino-opiatus) ℥ſs. *In vomitione.* Hydrogala chartaceum (mucoſo-aromaticum) incraſſat; ſudores matutinos, diarrhœas, menſium fluxum reprimit. Hydromel Aſthmaticum (fœtido-aromatico-dulce.) *In Tuſſi Aſthmaticâ viſcidâ.* Hydromel Calceum (alcalino-ſtyptico-aromatico-acri-dulce.) *Sal acidum ac muriaticum corrigit, fluxionem minuit, tuſſibus à ſale ſanguinis ortis medetur; necnon ulceribus pulmonum benignis & exiguis.* Hydromel cum Ceraſis (dulc.-acidum.) *In Tuſſi acri.* Hydromel Diureticum (amaro-aromatico-dulce.) Hydromel Diuretico-lævigans (mucoſo-aromatico-dulce) ℥iv. Hydromel Joëlis (aromatico-fœtido-mucoſo-dulce) ℥ſs. j. *Pituitam educit, Aſthmati humido ſuccurrit,* Hydromel Pectorale 2. (mucoſo-dulc.-aromatico-amaro-acre) ℥iij. *Incidendo expectorat; lubricat etiam; hinc catarrho tenui non confert, cæterum tuſſim profundam, laborioſam exantlat.* Hydromel de Symphyto (viſcoſo-ſtyptico-opiato-dulce) ℥iv. *In Hæmorrhagiis;* item in Catarrho tenui, acri, titillante. Infuſum Hiſpanicum (ſalino-fœtido-dulce) ℥iv. ad ℔ſs. *Incidit, lubricat; hinc eſt, quod expectoret; quia vero parùm incidit, multum autem incraſſat; catarrho febrili magis quam aſthmatico accommodatur.* Infuſum Reſerans (dulc.-aromatico-ſpirituoſo-ſalinum;) *aperit, ſanguinem viſcidum pituitoſum attenuat.* Infuſum Rubrum (opiato-ſtyptico-amaro-ſpirituoſum) ℥iv. *In Diarrhœis.* Infuſum Traumaticum ℥iv. vj. (opiato-mucoſo--amaro-ſpirituoſum.) *Ad Caſum, Contuſionem.* Infuſum Urticæ ℥v. (acri-aromatico-viſcoſo-ſtyptico-opiatum.) *Ad urinam cruentam, ulcera renum & veſicæ.* Julapium Antemeticum (aromatico-amaro-acido-alcalino-opiatum) ℥iſs. *Vomitum ſiſtit.* Julapium Diureticum Acidum (acido-ſpirituoſum) ℥iv. vj. *Uſurpatur in conſtitutione, ubi ſal dominatur fixum.* Julapium Diureticum nitroſum ℥iv. vj. (ſpirituoſo-mucoſo-ſalino-ſalſum.) *Diureticum eſt in conſtitutione calidiori.* Julapium Idæi q. v. (vinoſo-aromatico-acido-terreſtre.) *Cardiacum.* Aſt peti poteſt, quì operatur? Julapium Pleuriticum ℥iv. (opiato-mucoſo-ſalſo-acidum.) *Refrigerat, dolores ſopit, coagulum ſolvit, Diureſin provocat.* Julapium Puerperarum. (aromatico-

(aromatico-opiatum) ℥iij. iv. *Ad tormina à partu; ad menſes revocandos:* Menſes reverà quàm ſæpiſſimè ſubſiſtunt, propterea quòd vaſa contrahantur, vel ſpaſmo teneantur; quando opiata igitur nervos elongant, laxantque, vaſorum parietes quibus nervi affiguntur, longiùs ab invicem recedunt; ex quo fiet, ut ſanguinis momentum in orificia magis arietet, menſes denuò proſiliant. Julapium ſtypticum ℥iij. (acido-ſtyptico-opiatum.) *Sanguinis turgeſcentiam compeſcit, acre corrigit, vaſa claudit, fluxibus ſanguinis prodeſt.* Lavamentum Hydropicum (ſpirituoſo-aromatico-opiatum.) *Ad tumores molles, gangrænam præcavet.* Linimentum Frontale (terreo-oleoſo-opiato-aromaticum.) *Ad ſomnum conciliandum, dolores capitis ſedandos in partibus externis ſitos; ait, author ex Foreſto Obſ. 3. l. 9, in ſcholio. dolor externus eſt cum frons caleat, & pulſet multum;* cæterùm hoc adjicere licet, dolorem, nimirum, parte internâ oriundum, ſenſum ac motum aliquatenùs moleſtiâ percellere ac interturbare; quinimò, ex *Riverio*, addamus, dolorem externum vel pericranio infeſtum, ex his detegi, quod hi non poſſint ferre manuum compreſſionem, nec pilorum inverſionem; & quod dolor ad oculorum radices (uti fit in dolore interno) non pertingat. Linimentum Hæmorrhoidale (mucoſo-oleoſo-ſtyptico-fœtido-opiatum.) *Ad dolorem ſopiendum, partes tenſas conſtringendas, humores diſſipandos, ac hæmorrhoidibus cæcis finem ſtatuendum.* Linimentum Laterale (oleoſo-fœtidum.) *Ad fibras tenſas emolliendas, ſpaſmos compeſcendos, humores glutinoſos diſſipandos, inflammationi finem imponit; hinc in pleuritide externâ valet.* Linimentum Spinale (ſalſo-vinoſo-oleoſo-aromaticum.) *Humores impactos diſſipat, adhærentes exterget, rachiticis prodeſt.* Linimentum Volatile (oleoſo-volatile.) *Ad dolores compeſcendos, impactos humores diſſipandos.* Litus ad Aphthas (oleoſo-aromatico-terreus.) Litus Facialis (amaro-ſpirituoſo-acido-ſalſo-ſtyptico-mercurialis.) *Ad faciei deturpamina quæcunque; nam diſſipat, conſtringit, exterget.* Litus Joëlis (cauſtico-ſtyptico acido-amaro-dulcis.) *Ad gingivas ulceroſas, putridas, fungoſas.* Litus de Laccâ (amaro-ſtyptico-cauſtico-aromatico-dulcis.) *Ad gingivas putridas, à carie dentium, &c. ortas.*

Lohoch

Lohoch Anginoſum (terreo-acri-dulce.) Lohoch Balſamicum (balſamico mucoſo-aromaticum.) *Incidit, ſanat, pectorale calidum eſt.* Lohoch Enulatum (aromatico-ſtyptico-dulc.-opiatum.) *Ad tuſſim irritantem, ac ſimul craſſam; nam irritationem ſedat, extillationem præcavet, pituitam educit: Tuſſi, nempe, à pituitâ ſalsâ ortæ medetur.* Lohoch de Lino (oleoſo-balſamico-aromatico-mucoſo-fœtido-acre.) *Ad orthopnœam à viſcidâ ac craſsâ pituitâ adhærente.* Lohoch Lucatelli (ſtyptico-acido-balſamicum.) *Veſiculas ſanat, tubercula diſcutit, tuſſim gutturalem ſiſtit.* Lohoch Myrrhiſatum (amaro-fœtido-dulce.) *Pituitam educit, pulmones ſanat, tubercula diſſipat.* Lohoch de Olibano (balſamico-ſtyptico-acido-dulce.) *Ad fauces excoriatas ſanandas.* Lohoch Peruvianum (mucoſo-aromaticum.) Lohoch Pleuriticum (opiato-oleoſo-aromaticum.) *Dolorem lenit, expectorat.* Lohoch Puerperarum (oleoſo-balſamico-aromatico-mucoſum.) Lohoch ad Raucedinem (oleoſo-balſamico-dulce.) Lohòch Rubrum (acido-aromatico-oleoſum.) *Fauces aridas lenit.* Lohoch de Spermate Ceti (mucoſo-oleoſo-acidum) *Ad Tuſſim ubi excoriatio inducitur, quæ per pectoris teneritudinem noſcitur.* Lohoch Stypticum (mucoſo-oleoſo-ſtyptico-dulce.) *Ad vomitum & ſputum ſanguineum.* Lohoch Viride (oleoſo-ſalino-mucoſum.) *Incidit, exterget; inde eſt, quod tuſſi viſcidâ, firmiter bronchiis hærenti, opem ferat.* Lotio Camphorata (fœtido-acido-vinoſa.) *Ad faciei maculas diſſipandas, partes & tubulos capillares conſtringendos, ne extillet materia, quæ faciei tubulis inſideat.* Lotio de Ceruſsà (terreo-acido aromatica.) *Ad Inflammationes, Eryſipelas, Eruptiones.* Lotio ad Eryſipelas (ſpirituoſo-ſtyptica.) *Diſſipat & conſtringit.* Lotio Pedalis (opiato-mucoſo-ſalia.) *In febre ubi æſtus, impetus, deliria, ac inſomnia, non in Febre mali moris.* Mel Pectorale (aromatico-mucoſo-dulce) ℥ß. Miſtura Ammoniaca (fœtido dulc-aromatico-amaro-acida) ℥ß. *In difficultate ſpirandi.* Peti verò poteſt, cui orthopnϾ opem ferat? reſpondemus, tunc uſurpanda eſt, quum bronchiæ pituitâ craſsâ opplentur, quùm utique firmitèr trachææ hæret: Nam incidit, perinde atque vomitionem ciet, ac proinde utramque facit paginam, tam pulmones ir-

 ritando

ritando quam eos quatiendo. Mistura ad Arenulas ℥ß. (mucoso-oleoso-spirituoso-acris.) Mistura Asthmatica (opiato-dulc.-acido-nauseosa) ℥iv. *Asthmati stomachali (quod ab acido ventriculum, ac per consensum diaphragma & musculos expiratorios, vellicante oritur) subvenit: Pituitam educit, spasmodicam contractionem alleviat.* Mistura Balsamica (balsamico-mucoso-vinosa.) *Muriaticum delet, ulcera sanat, Gonorrhœæ confert, urinam ciet, tubercula dissipat, tusses periculosas curat, &c.* Mistura Balsamica Gileadensis (balsamico-aromatico-spirituoso-mucosa) ℥ß. *In Phthisi.* Mistura Balsamica Nephritica (balsamico-aromatico-mucoso-acris.) *Ulcera sanat, Fluorem album & Gonorrhœam; Diuretica est; calculos ex vesicâ felleâ, renibus pellit.* Mistura Balsamica Pectoralis (balsamico-aromatico mucosa) ℥iv. Mistura Balsamica Peruviana, ℥ß. (balsamico-aromatico-mucosa.) *Expectorat, sanat.* Mistura Bechica (opiato-stypticо-mucoso-aromatica.) *Ad catarrhum tenuem, incrassat, irritationes placat, Diaphoresin provocat.* Mistura de Bolo (aromatico-styptico-opiata) ℥iij. *In Diarrhœâ Symptomaticâ.* Mistura Carminativa Anodyna (mucoso-aromatico-opiata) ℥iv. vj. *Ad colicam, calculum.* Mistura ad Concretiones ℥ß. (aromatico-acido-spirituoso-terreo-oleoso-opiata) *In pleuritide incipiente, Diaphoresin accersit, effusiones præpedit, crassitiem incidit,* Mistura Corollata ℥j. (terreo-alcalino-acido-aromatica.) *Vomitiones sedat, humores immutando.* Mistura Diasulphuris (opiato-oleoso-acris.) *Ad Tussim acrem.* Mistura de Glycyrrhizâ (dulc.-aromatico-opiata) ℥ß. *In Catarrho tenui* Mistura ex Oculis Cancrorum (acido-terreo-balsamica) ℥iij. *In Febre intermittente, vagâ, in conturbationibus Hypochondriacis.* Mistura Pacifica (opiato-aromatica.) *Ad Diarrhœam.* Mistura Papaverina (aromatico-opiata.) Mistura Pleuritica (aromatico-terreo-acri-opiata) ℥ß. *Dolores sopit, tussim aufert, humores impactos rursum sanguini committit.* Mistura Puerperarum (oleoso-balsamico-aromatico-acri-opiata.) Mistura Saturnina (acri-styptico-fœtida) gtt. xv. xxx. *In Gonorrhœâ (à turgente geniturâ) pollutione nocturnâ.* Mistura de Spermate Ceti (spirituoso-oleoso-acri-terreo-dulcis) ℥vj. *In Contusis, quia sanguinem concretum solvit.* Mistura

ſtura Stomachica (aromatico-acida) gtt. xl. *Appetitum proſtratum reſtituit, vomitum ſedat.* Miſtura Terebinthinacea (amaro-acri-oleoſo-mucoſo-vinoſa) ℥iß. *Urinam ciet, & arenulas deturbat, ulcera ſanat.* Miſtura Thebaica (opiato-ſpirituoſo-acris.) Miſtura ad Tormina (aromatico-opiato-mucoſo-acri-alcalina.) *Ad Colicam, Tormina flatuoſa.* Oxymel Aſthmaticum (acri-fœtido-acido-dulce) ℥iß. *Ad Aſthma, Orthopnœam humidam.* Oxymel Chalybeatum (*vid. Oxymel ſimplex.*) Oxymel de Peto (amaro-nauſeoſo-dulc-acido-aromaticum.) *Ad Aſthma, Tuſſim à viſcido, tenaci.* Paſta Gallica (ſtyptico-cathæretico-terreo-dulcis.) *Ad Dentes expurgandos à lapide dentali, & dealbandos.* Pilulæ Antemeticæ (aromatico-alcalino-ſtyptico-opiatæ.) Pilulæ Antiphthiſicæ (ſtyptico-balſamicæ) nº iv. *vid. Tinctura Antiphthiſica.* Pilulæ Camphoratæ (fœtido-dulc.-balſamicæ.) Pil. Chalybeatæ Balſamicæ (ſtyptico-balſamico-amaro-fœtidæ) nº. v. Pil. Croceæ (fœtido-aromatico-acri-dulces) nº. ij. *Ad Pituitam educendam, Bronchias irritando.* Pil. Diacurcumæ (amaro-fœtido-acri-alcalino-aromatico-opiatæ) ℈j. ʒß. *In Ictero, Cachexiâ.* Pilulæ Ictericæ, nº. vj. (ſalſo-acido-amaro-oleoſæ.) *In Ictero, niſi adſit tumor vel obſtructio invincibilis.* Pil. Nephriticæ ʒß. (acri-amaro-ſalſo-oleoſo-balſamicæ.) *Ad ſabulum, mucumque expellendum.* Pil. Poterii (mucoſo-dulc.-balſamicæ.) *Ad tuſſim catarrhalem, ubi pituita ſalſa, at tenax.* Pil. Reſinoſæ (oleoſo-ſtyptico-fœtido-balſamicæ) ℈j. ʒß. *In urinæ ardore, fluore albo, Gonorrhœâ.* Pil. è Sale Chalybis minores (ſtyptico-fœtidæ.) Pil. ad Scrophulas (terreo-alcalino-ſtyptico-fœtido-balſamicæ) nº v. Pil. Smegmaticæ ʒj. (oleoſo-ſalino-aromaticæ.) *In Ictero, Dyſuriâ, Calculo.* Pil. Sulphureæ (amaro-balſamico-dulces.) *Ad affectus Pectorales.* Pil. è Terebinthinâ (ſtyptico-terreæ) nº vi. *Styptica ſunt.* Potio Colica (aromatico-opiato-acri-ſalino-mucoſa.) Potio Vulneraria Arcæi (amaro-nauſeoſo-ſtyptica.) Potus Vinoſus refrigerans (vinoſo-aqueo-ſpirituoſo-acidus.) *In Siti.* Pulvis Anthelminticus (terreo-ſalſo-mercurialis) gr. xv. *Ad vermes necandos.* Pulvis ad Caſum (ſtyptico-ſalſo-acris.) *vid. Decoctum Traumaticum* Pulvis Cephalicus(terreo-aromaticus ℈j. *Ad capitis dolo-*

res, ad Rabiem. Pulv. Colicus (oleoso-fœtidus.) Pulvis Dentifricius (terreo-salsus.) *Ad lapidem dentalem, dentes albandos.* Pulv. Diasulphuris ℈ij. (oleoso-salso-aromatico-dulcis.) Pulv. Halosanthinus ʒj. (oleoso-terreo-acri-salso-opiato-dulcis.) *Pro Contusis & Puerperis.* Pulv. Montagnanæ ʒj. (salso-styptico-amarus.) *Ad Incontinentiam urinæ in lecto.* Pulv. Nephriticus ℈j. ʒj. (acri-aromatico-fœtidus.) *Urinam, calculum, menses pellit.* Pulv. Nitrosus (salso-terreo-mercurialis) ʒj. *Urinam ciet, in Febribus.* Pulv. Oc. Cancror. comp. (terreo-acido-salino-alcalinus) ℈j. *Materiæ febrilis secretionem promovet.* Pulv. Pectoralis (oleoso-aromatico-dulcis.) Pulvis Puerperarum ℈ij. (salso-oleoso-amaro-fœtidus.) Pulv. Salinus major ʒſs. (salso-acido-terreo-aromaticus.) *Diureticus.* Pulv. Salivam movens (acido-salsus.) Pulv. Tartari comp. (salso-acido-stypticus.) *In anorexiâ biliosâ.* Pulv. Theriacalis (styptico-aromatico-amaro-fœtido-opiatus.) *Vid. Theriac. Androm.* Pulv. Tilingii (salso-acido-terreus) ʒß. ʒj. *Ad nephritidem, calculum.* Pulv. Uvularis (styptico-acris.) *In Uvulâ laxatâ.* Succus Hydropicus (styptico-amaro-acris) ℥iij. Suffitus ad ani procidentiam (aromatico-salso-stypticus) utrum particulæ stypticæ per ignem exhalant, opportunior dabitur dicendi locus. Suffitus ad Tenesmum (opiato-mucoso-amaro-stypticus.) Syr. Boylæanus (mucoso-stypticus.) *In Hæmoptoë.* Syr. è Sale Chalybis (styptico-aromaticus.) Syr. è Sal. Chalyb. Hystericus (fœtido-stypticus.) Syr. Theriacalis (amaro-acri-opiato-acido-aromatico-stypticus) ℥j. *Alexipharmacus.* Syr. ad Tussim convulsivam (styptico-amaro-mucosus) ℥ß. j. Tinctura dulcis (dulc.-amaro-vinos.) *Pectoralis in tussi acri.* Tinctura Japonica (styptico-amaro-spirituosa.) Tinctura Laccæ (amaro-septico-acris.) *Ad Gingivas corruptas.* Troch. Balsamici (styptico-aromatico-balsamici.) Troch. Catarrhales (dulc.-opiato-mucosi.) Troch. Pectorales nigri (balsamico-dulces.) Ung. ad Atrophiam (oleoso-acri-stypticum.) Ung. de Bismuth (oleoso-terreum.) *Ad faciei ruborem variolosum.* Ung. ad Calculum (oleoso.-acre *v. Emp. Pectorale.* Ung. Pleuriticum (oleoso-fœtido-acre.) *Inflammationes dissipat.* Ung. Podagricum (oleoso-acri-resinoso-mucosum.) *v. Emp. Arthriticum.*

ticum. Ung. Puerperarum (oleoſo-aromaticum.) *Ad rugas abdominis poſt partum.* Ung. Renale. (oleoſo-acido-opiato-fœtidum.) *Ad dolores Nephriticos.* Ung. Saponaceum (oleoſo - ſalino - terreo - acri-aromaticum.) *Ad faciei maculas, puſtulas, ſcabiem.*

Corollarium.

Electuarium Phthiſicum.

℞ Conſ. Roſar. Rub. ℥ij. Chel. Cancror. pp. Corall. r. pp. Pulv. Haly ana ʒj. cum ſ. q. Syr. Capill. Vener. m. f. Electuarium, de quo capiat quantitatem caſtaneæ mane horâ undecimâ, & veſperi ſeptimâ, & horâ decubitûs, ſuperbibendo, &c.

OBSERVATIONES.

Electuarium hocce conſtat particulis ſtypticis, abſorbentibus, necnon mucoſis ac opiatis; hinc fit, ut tuſſibus, quæ continuò irritant, opem ferat, acres humores bronchiis inſidentes obtundat, necnon extillationem ulteriorem præripiat: Hoc autem jugiter advertendum eſt, quòd prius evacuationes debitæ præmittendæ ac revulſoria prius adhibenda ſint, quam alterantia in uſum trahantur; ex eo, quòd vaſa humoribus expedienda ſunt, antequam exudatio humorum tuto præveniri poterit; quoniam, his non præmiſſis, vaſa ſanguinea paulò turgidiora ita ſtypticis ac opiatis ſuffercirentur, motu anomalo præſuppoſito ac permanente, ut aſthmata, hæmoptyſes atque alia ſymptomata dira certò ſubſequerentur, uti medico, vel parum exercitato, liquidò conſtat.

Pilulæ Alliotica.

℞ Chel. Cancror. pp. oc. Cancror. pp. ana ʒj. Pulv. Haly ʒß. cum ſ. q. Syr. de Althæâ, m. f. Pilulæ minores (obruantur pulvere oc. Cancror.) quarum ſex capiat mane quotidie & veſperi in Cochl. Julap. &c.

OBSERVATIONES.

Cum ſint abſorbentes, molles ac opiatæ, acido adverſantur, humores acres obvolvunt, tuſſibus continuò ti-

tillantibus necnon irritantibus opitulantur; dysuriis subsidio sunt; ac demum humores acidos adeò præcipitant, ut eæ per urinam decidant.

Siquidem Anglia nostra salibus vitriolicis, metallo deciduis ferreo, maximè scatet; plerunque idcirco fit, ut calculi renum vel è vesicâ execti, & ustulati, necnon in pollinem pistillo redacti, magneti admoto morem gerant, eumque insectentur: Hinc concludere liceat, particulas metallicas cum edulio nostro commistas acidique ope in lapillos congelaturas, istis alcalinis exhibitis posthac ita parum concrescere, ut per anum ferantur, ac proinde calculorum germen præcidetur exindè.

Mixtura Expectorans.

℞ Syr. de Heder. terrestr. Capillor. Vener. ana ℥iij. Oxymel. Scillitic. ℥ß. m. capiat cochl. j. vel duo, subindè, urgente Dyspnœâ.

OBSERVATIONES.

Bechica mollia in usum trahuntur, quoties tusses siccæ ægrotos infestant; vel quoties materia bronchiarum parietibus ac glandularum orificiis firmitèr adnascitur; mistura vero hujusmodi pituitæ inerti asperæ arteriæ uspiam insidenti quam optimè accommodatur, quòd per particulas acres salinasque sanguinem acuit, qui inter circulandum partes has, in bronchiarum orificia, latè dehiscentia, facile deponit, fibrasque earum adeò titillat, ut eæ fluida concreta expeditè excutiant; hinc est, quòd *tussi humidæ, asthmata, raucedinem, sibilumque introducenti* opem ferat; quæ crocum, flores benzoini, sal succini, syrupum tabaci, ac his consimilia adjiciendo multo fiet efficacior: Quoties verò *temperies adest febrilis, vel irritatio jugis* ægrotos infestat, adeò parum conferet mistura hæc, vel incidentia, ut opiatis, mollibus, ac oleosis solis fidendum sit: Nam quotiescunque *tussis à pituitâ oritur inerti*, quæ bronchiis ita segniter insidet, ut immota perstet, ibidem moram trahat, nec sursum commigret, quæque laxiùs bronchiis adhærescit; toties salia volatilia, amara, ac incidentia in usum trahenda sunt; quoties ita *firmitèr bronchiarum parietibus adhæret*, ut nisu vel maximo excuti nequeat,

oleosa

oleosa usurpentur; cum *irritatio molesta ac inanis sit*, *catarrhus tenuis sit & acris*, tum mucosa, oleosa, ac opiata introsumantur; ubi *materia purulenta* pulmonum vesiculis altius infigitur, ibi balsamica exhibeantur; quando *excoriatio* tussi superinjicitur, mollia unà cum stypticis propinentur: Ubi *tussis mista* est ex horum aliquibus, bechica ita commisceantur, ut utrique indicato repugnent; sit, verbi causâ, pituitosa ac simul irritans incidentia unà cum opiatis misceantur. Hinc erit, quòd *tussi tenui* opem ferant, Syrupus Dialthææ, Jujubinus, Violarum, Gummi Arabicum, Tragacanthum, Syrupus de Meconio, Pil. è Styrace, Laudanum, Oleum Amygdalarum dulcium, Lini recèns extractum, Butyrum insulsum, Sperma Ceti, Lactea ac similia; quod *tussi humidæ, pituitosæ, non irritanti, sibilum introducenti & Dyspnœam*, conferant Salia Volatilia Spiritus Cornu Cervini, Salis Armoniaci, Sal Volatile Oleosum, Sal Salis Armoniaci, Oleum Cornu Cervini, Oleum Guaiaci (vocatum vulgo *Balsamum Fratrum*) Balsama Peruvianum, Copaibæ, Opo-Balsamum, Syr. Terebinthinæ, Hederæ terrestris, de Erysimo, Oxymel Scilliticum, de Prassio, Pilulæ è fuligine, Pilulæ Balsamicæ, Flores Benzoini, Sal Succini & alia ejusdem farinæ; quòd *Tussi à materiâ glutinosâ ac firmiter fibrarum oribus adhærenti* subsidio veniant oleosa, ut Balsamum Lucatelli, Lac Sulphuris, floresque ejusdem, Balsamum Sulphuris Anisatum, ex Oleo Lini factum ac alia; quod *Tussi cui excoriatio adjecta est*, mucosa & styptica conducunt, qualia sunt Conserva Rosarum, Terra Japonica, ac alia; quòd *Tussis irritans* opiata præcipuè requirat, qualia sunt opium ipsummet, Laudanum, Syrupus de Meconio & alia; quod *Tussis Sicca* Convulsiva, seu Asthma convulsivum, cùm sit contractionis ac spasmi species, opiata propter irritationem, ac corticem, ob periodum, postulet; quòd *Tussis puerorum convulsiva*, mucosa, alcalina, opiata requirat: Quòd *Tussis mixta* varia medicamenta pro re natâ postulet; hinc si sit *pituitosa ac simul irritans*, uti frequentius, apud Anglos obvenire solet, salia volatilia unâ cum opiatis commisceantur; hinc fit, ut Tusses Pleuriticæ, Cysticæ, à Pure extraneo ortæ, ut Scorbuticæ, Asthmaticæ, Rheu-

maticæ, Venereæ, Empyematicæ, Hypochondriacæ, Arthriticæ, Ictericæ, ulceribus internis ortæ, Phthisi originariæ supervenientes, vel aliæ quævis remediis suprà nominatis cedere, si tamen, advertantur, præmissis evacuationibus indicatis; uti libri hujus partem primam consulentibus facilè elucescet.

In asthmatis paroxysmo suffocativo, *Riverii* mistura perquam utilis reperitur; quæ fit, nimirum, ex Aquâ Cinnamomi cum Oxymelite Scillitico mistâ; nam ista sputo suppresso exhinc fugam parat, quòd vomitionem cieat, necnon quòd, cùm ipsius portiuncula cum sanguine confundatur, expectorationem urgeat.

Pilulæ Anticolicæ.

℞ Extract. Rudii ℈j. Extract. Opii Thebaici gr. j. Ol. Carvi gtt. j. m. f. Pilul. no. iv. sumendæ quamprimum; repetantur urgente Tussi.

OBSERVATIONES.

Doloribus, qui adeò nusquam diversantur, ut nunc huc, nunc illuc desultent, prosunt pilulæ hæ; non tantum quia dolores compescunt, verum etiam quoniam humores, flatus generantes, deorsum pellunt, foras eliminant, eorumque regerminationem præcidunt. Quibus *Riverius* olim mercurium dulcem consultò adjecit: Qui medicamenti viribus multa adjungit.

Commentum, quo purgantia unà cum opiatis admiscemus, propterea utile est, quòd inversus intestinorum motus ac proinde vomitiones diræ colicis continuò comitentur; interea autem cathartica irritant, vellicant, stimulant, fibrasque intestinales ad evacuationes lacessunt, ac materiem noxiam eliminant, dum opiata statim contorsiones compescunt, earumque sequelas prævertunt. Non colicæ modo, verum iliacæ etiam, flatu pertinaci oriundæ, opem ferent; quippe quæ est tantum colica paulò contumacior: Quod si iliaca exordium sumat ab intestinis tenuibus in scrotum illapsis, methodus hæc, catharsis nimirum, adeò parum proderit, ut multum nocumenti ægrotis illaturum sit.

Quanquam *Pilulæ* audiunt *Anticolicæ*; nihilo secius aliis morbis quampluribus accommodantur; si igitur laboret quis dolore musculorum spasmodico unà cum vigiliis

iliis pertinacibus adjunctis; pilulis his, horâ somni de-
oratis, somnum accersimus, dolores sopimus, simul-
ue humores nocuos deorsum ferimus; ita ut foris a-
nandentur, corpusque istis expediamus.

Pilula Hypochondriaca.

Rhabarb. opt. Pulv. P. Rud. ana ℥j. Chalyb. cum Sulph. pp. ℈j. Croc. ℈ß. G. Ammon. ℈j. Tart. Vitriol. gr. iij. cum s. q. Elix. Prop. m. f. Pil. Min. quarum tres capt. h. somn. & tot mane quotidie.

OBSERVATIONES.

Quales effectus alterantiã, nisi notæ volatilioris sint, um purgantibus admista sortiuntur, nos certè præte- t; quippe cum irritatio humores tam festinanter de- rsum ferat, ut moles unicè citra commodum adjicia- ır; demptis autem particulis catharticorum acrimo- iam obtundentibus, necnon gummositatem, ac pro- nde adhæsionem, alterantibus. Pilulæ hæ hypochon- riacis ideo incommodantur, quia saburram in intesti- orum plicis diversantem lenitèr exhauriunt; quæ, cum bidem diutius aliquanto moram traxerit, succum ven- alem acido extraneo inquinavit, ac proinde sanguis nagis in horas usque contaminatur, donec massa effœ- , spirituum, motûs ac tandem vitæ expers evadat.

Quoties particulæ lentæ cerebri substantiæ cineritiæ ut callosæ ita insederunt, ut spirituum secretio ac motus radum exinde stiterint, ac proinde morbos soporosos, empè, lethargos & similia introduxerint; pilulæ hæ eratò exhibitæ materiam crudam, morborum hujus- nodi fomitem, subtrahunt: Quippe cum & *cruditatis* *coctionis* idea in se plenitudinem complectatur, a- horismus hic, (πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμά) m morbis chronicis quam acutis aptari potest; quem- dmodum enim de acutis hoc verum est, quòd *cocta,* *on cruda medicanda*; ita de chronicis plerunque affir- namus, quòd *cocta non, cruda medicanda* sint.

Quando sanguis sero redundat, uti combibonibus pas- n obvium est; partes membranosæ adeo flaccescunt, humorum copiæ aditum præbeant, quibus tamen ullus datur regressui locus; hinc fiet, ut spiritus par- cius

cius aliquanto fecernantur, ut cerebro ac proinde functionibus ejus damnum inferatur, ut memoriæ læfio pone fubeat; hoc in cafu, cathartica interea farcinam exhauriunt, dum aromatica, chalybeata, ac ftyptica maffam effœtam invigorant, fpiritus de novo generant, ac fibras laxatas nimis conftringunt; atque his confectis, juniores nonnulli memoriam vegetam recollegerunt.

Quanquam nervorum poruli, nobis adhuc delitefcant, tamen dehifcunt certè; ac proinde humores lenti tam intra eos quam arterias gradum ita fiftunt, ut aliquoties non ultra trudant qui paralyfes introducant; nam uti per nervos ftat, quod motus ac fenfatio ritè perficiantur; ita ipforum causâ fit, ut utervis lædatur: Læfionis gradum ex motûs ac sensûs privatione metimur, cum totalis fere fit, vel puncti haud fentiunt, ac aridura tandem coram adeft; cum cathartica tam motum progreffivum quam inteftinum adurgeant, humorefque rarefaciant; exindè fiet, ut nervorum tubulos penetrent, eofque nonnihil aperiant referentque; cæterum quî fiet, ut paralyfis citra remedia volatilia introfumpta, necnon epifpaftica admota evanefcat?

Uti hypochondriacos colliquationes affiduè infeftant, ita affectionis hypochondriacæ fudores nocturni funt comites fidi: Quemadmodum enim lac feu emulfiones in coagulum abeunt, fic, præ acido in ferum & craffamentum abit fanguis, ac proindè particulas tenuiores ac ferofas paffim deponit: Inde eft, quòd fluxus urinæ fere diabeticus, quando eæ renibus infiguntur, eveniat; quod, ubi poros invifunt, fudores effluant nocturni: Quibus tandem atrophia comitem fe adjungit: Si igitur chylum coctum crudo vel nimiùm evecto componamus, moles indigefta per poros extrufa chylo non cocto longè major erit: Ac proinde ut coagulum vifceribus non infideat, fudores nocturni nihilo fecius iftiufmodi perimerent. Hippocratem rectè quidem æmulamur, quum cathartica ideo exhibemus, ut humorum cumulum paulùm fubtrahamus; etiam extra evacuantia, alcalina eò exhibenda funt; ut concretiones generaturas antevertamus, aut genitas folvamus; demum ftyptica propterea propinanda funt, quòd pori

exinde

xindè claudantur, hoc autem vobis ſuggerere liceat, quòd chalybeata ſulphurea in cacochymiis frigidioribus, evacuantibus præmiſſis, omnem impleant paginam; ùm acidum immutent, grumos ſolvant, ſanguinis gyum in orbem inſtaurent, ac tandem uno eodemque momento poros conſtringant.

Variis de cauſis ſpirituum tumultus ac Ἀταξίαι ægrotantes infeſtant; ſpeciatim autem propter pituitæ acidæ, ſanguini præſidentis, redundantiam: Materia iſthæc vitioſa ſanguinem ac reliqua fluida tantoperè inficit, ut ductus ſecretorii, ut cerebrum exindè lædantur: Saburra hæc, quæ *copulæ exploſivæ*, à *Williſio*, titulo inſignitur, convulſiones omnigenas modo ita ineffabili introducit, ut medicos etiamnum lateat, quî natura res ſuas tunc temporis gerat: Hoc autem conſtat, quod, inſtantibus epilepſiis, paroxyſmis hyſtericis, triſmis, tremoribus, ac cæteris ſymptomatis convulſivis, nervi ac proinde muſculi ad iſtos appenſi, contrahantur, decurtentur, contractiores ac minùs longi evadant; num vero hoc fiat, quoniam ſpiritus nervorum tubulos ita ampliant ac inflant, ut curtiores ideo ſint, an quoniam nervi funis inſtar retrahantur, medicos fugit: quanquam ſententiam priorem noſmet amplectamur. Cathartica materiam vitioſam eliminando, ac humorum affluxum uberiorem retrahendo, alterantibus aditum præſtant; quæ ſunt alcalina, teſtacea, nimirum, ſalia fixa ac volatilia, cortex peruvianus, ac opiata. Quoties autem cauſa convulſionum conjuncta ventriculo inſidet, toties emetica ac cathartica mitiora iſtis finem dabunt.

Nonnullorum pori ita formas mutant, ut diametri eorum pro aëris contactu ac ſtatu vel contrahantur vel amplientur; hujus cauſâ fit, ut effluviorum exhalantium copia pororum menſuræ congruat; quando igitur pori coarctantur, eà ratione retinentur halitus, qui ſanguinem particulis ſeroſis, ſalinis ac ſulphureis adeò corrumpunt, ut luctæ, tumultus, efferveſcentiæ ac æſtus febriles idcirco in medium prodeant, ut humores copiâ ac malitiâ peccantes pulmonibus vel alicubi inſideant; ut viſcerum infarctus, obſtructiones, inflammationes tandem ſe comites præbeant. Nam ubi fluidorum retentorum ſarcinâ diſpanduntur vaſa, vel illa organis

ganis incumbunt, vel hiatum, ac proinde sibimet exitum parant; hinc fit, ut pulmones non humores tantum sibi ascifcant, verum etiam istos copiosius secernant, ac proindè irritationi, tussi, catarrho, & similibus ansam præbeant. Vasorum repletio cathartica ostendit; cum pilulæ autem hæ chalybem ac tartarum vitriolatum contineant, haud ideo conveniunt, quia propter stypticitatem ac irritationem, tam respirationem introducerent anhelam, quam tussim vehementiorem. Adhæc epispastica, setacea, epispastica perpetua, fonticuli, venæ sectio necnon aliæ evacuationes in usum trahantur; irritatio deinceps continua ac defluxio opiata ac incrassantia requirunt; cæterum ubi tussis asthmatica est, nec irritatione magnâ stipatur, evacuantibus præmissis, incidentia exhibenda sunt.

Perspirabili aliquandiu retento, vasa non possunt non pleniora fieri; ex quo fiet, ut particulæ tenuiores extra vasa diffluant, quæ partes sensiles ac membranosas tantoperè fodicant, ut capitis, maxillarum, dentiumve dolores introducant: Quando vasorum hiatus exiguus est ac modicè dehiscit arteria; demptâ per catharticum repletione meatus apertus statim, imo ultro, occluditur; ac dolor mox silet: Hinc erit, quòd dolor ischiadicus cathartico haud raro cedat.

Lumbrici adeò à catharticis abhorrent, ut iis exhibitis semet in muco contegant, ac vel ipsa intestina citiùs erodent, quam extrudentur: Prius igitur amaris, mercurialibus, corallina ac consimilibus enecentur, quàm catharticis expellantur, uti fusius alibi explicuimus.

Arnoldus Bootius in libello observationum *de affectibus omissis, cap.* 10. *p. m.* 30. *De labro-sulcio* (seu potius sulcato) seu cheilocace (à χεῖλ⊙ κακὸν) olim meminit, hoc in morbo, uti ipse regerit, " Labra admo-" dum tumescunt, tumore duro & nonnihil rubicun-" do, sed nequaquam fervido aut inflammatorio, & " qui nunquam suppuretur aut caput fœdet; vergit au-" tem aliquanto magis introrsum, quam ad exterio-" rem partem: Unde labia à gingivis & dentibus ab-" scedunt longius & foras aliquatenus replicantur, " magnâ cum deformitate. Eam etiamnum conspe-" ctiorem reddunt foveolæ binæ in utroque labio, unæ

" in

" unæ in latere oris dextro, alteræ in finiftro quæ ipfum " labii corpus angufto quidem, fed profundo fulco di- " vidunt, in parte folum interiore, inde à gingivis aut " gingivarum confinio, ad ufque extimam labii oram; " ulterius tamen non procedunt, nec exteriorem par- " tem unquam invadunt. Hi fulci femper aut fanie " madent, aut craffo pure obfiti funt; interdum quo- " que cruftulæ in iis fuccrefcunt. Malum hoc quan- " doque utrumque labium inceffit, utplurimum tamen " fuperius duntaxat eo afficitur; & quando ambo fi- " mul hæc labes obfidet, longè tamen deterior femper " eft fuperioris quam inferioris labii conditio. Ut- " plurimum, ac fere femper hunc morbum comitan- " tur aphthæ i. e. ulcufcula oris, in palato, linguâ, " buccis, labiis, gingivis; quanquam infinitus eft in- " fantium numerus, qui aphthas patiuntur, abfque eò " ut in cheilocacen incidant; ficuti rurfus non raro " accidit, ut idoneis remediis adhibitis aphthæ abole- " antur, cheilocace fuperftite. Morbus hic fatis eft frequens, & ad fcrophulam referri debet; victus craf- fior ac coctu difficilis morbo huic anfam præbet, qui idcirco citra evacuationes, catharfin, nimirum, humo- rum attenuationem, necnon topica diffipantia non fa- natur; quamobrem author catharticum tertio vel quar- to quoque die aliquandiu exhibet, fontanellas fecat, & decoctum ftyptico-attenuans adhibet, quibus *Cheilocace* locum dabit.

Quoties igitur humorum plenitudo inteftinis, fan- guini vel nervis incumbit, evacuationi eò ufque im- morandum eft, donec humores fatis eliminantur; quo- circa vobis, uti opinamur, elucefcit, quòd *morbus gra- vis nunquam aliquem aggrediatur, quin* PLENITUDO *pura vel cacochymica iftum infeftet*; hinc fit, ut cathar- tica femper ferè præmittenda fint, quam alterantia ino- lefcant: Cavendum autem eft nobis, ne evacuantia inconfultò exhibeamus; quocirca libri hujus partem primam confulatis. Sententia hæc ita vero confenta- nea eft, ut febres citra evacuantia vix aut ne vix de- belli poterint, five in initio, augmento, five declina- tionis ftadio; hinc eft, quod *Riverius Obf.* 87. *Cent.* 2. Cathartica mitiora in febris malignæ declinatione præ-

 coniis

coniis efferat; nam ineunte febre, vaſa propter luctam intumeſcunt, quæ in horas ad augmentum uſque invaleſcit; conquieſcente luctâ verò, & inclinante febre, materia putrida ad imum fertur; ex quibus fit, ut evacuationes nunquam non febricitantibus, modò res noſtras prudenter geramus, conveniant.

Gargariſma.

℞ Decoct. Pectoral. ℔j. Syr. Diamor. ℥j. m. f. Gargariſma ſæpiùs ſyringâ injiciendum.

OBSERVATIONES.

Quandoquidem gargariſmata cauſæ accommodari debent; idcirco faucibus, gurguleone, glandulis tumefactis aut inflammatis, ac adeo tenſis, ut inflexilia exindè fiant, emollientia tùm ideo requiruntur, quia fibras rigidas retendunt; diſcutientia eò admoveantur, ut humores infixi evaporentur, vel ſanguini denuò committantur; demum hoc *in partibus laxis* notandum eſt, quòd *ſtyptica cum cæteris jugiter admiſcenda ſint*; exhinc nimirum, quòd citra ſtyptica tonus partis primævus raro revertatur.

Quoties itaque puſtulæ, in variolis, faucibus incommodant, ita ut deglutitioni impedimento ſint, tantiſper dum inflammantur, gargariſma hoc perutile erit, propterea quod fibras emolliat, & quòd eas relaxatas conſtringat: quæ verò, cùm maturantur, alia requirunt.

Miſtura Balſamica.

℞ Syr. de Symphyto. Syr. Capillor. Vener. ana ℥ij. Syr. de Mecon. ℥iv. Syr. Balſam. Tolutan. ℥j. Aq. Lact. Alexiter. Ceraſ. nigror. ana ℥iß. Aq. Cinnam. hordeat. ℥ß. m. f. mixtura de qua capiat cochl. unum vel duo, urgente tuſſi.

OBSERVATIONES.

Miſtura hæc medicamenta excipit inter ſe longè diſſidentia; quùm alia expuitionem proritent, alia illam præpediant: Siquidem autem variis intentionibus faciet ſatis, perutilis erit. Nam ut ad rem propius accedamus nec longè abeamus, tuſſium curatio cauſarum indagini prorſus innititur: Quoties igitur catarrho mixto

to laborat quis, miſtura hæc in uſum trahi poterit; verbi causâ, nonnullorum ſanguis, qui victu veſcuntur craſſo ac ſalino, *pituitâ* ſcatet *ſalsâ*, uti *Galeno* videtur; hujuſmodi ſanguis pulmonum glandulas, propter lentorem ac pondus, tantoperè oppilat, ut *tubercula* generet: Quandocunque alicubi ſubſiſtit, ut facilè fieri poteſt, particulæ ſalinæ & aculeatæ bronchiarum fibras membranaceas, ac proindè ſenſiles valdè, iteratò fodicant, ac tantoperè percellunt, ut identidem eò tuſſiant, ut materiam ſibi moleſtam excutiant: Hinc fit, ut humores hùc tam ubertim accerſantur; ut, materiâ ſalsâ continuò affluente, irritatio tamdiu duret; neque prius conquieſceret, quàm opiata eò ingererentur, ut acrimonia obtundatur, ut irritatio compeſcatur, ac tuſſis pacetur; ita ut interea particulæ miſturæ hujus volatiles lentorem incîdant, ſanguinem & reliqua fluida in orbem pellant, vel ſaltem expuitionem proritent, dum particulæ ejus ramoſæ ac opiatæ moleſtiam præſcindant, tuſſitionem inaniter iteratam præripiant, ac proindè tam affluxum quam effluxum prævertant; ex his fiet, ut irritationi inani finis adfuerit, ut expectorationi autem indulſerimus. Hâc ipsâ miſturâ tuſſi, ulcere pulmonum ortæ, ideo occurretur; quia, cùm ulcus ſanari recuſet, expuitioni à nobis favendum eſt, ac ſub idem tempus ſomno & titillationi jugi finem ſtatuamus, oportet; aſt conſulatis, quæ obſervavimus, *p.* 316.

Bolus Febrifugus.

℞ Cort. Peruvian. ſubtiliſſim. Pulveris. ℈ij. Syr. de Mecon. q. ſ. m. f. Bolus, tertiâ vel quartâ quâque horâ ſumendus, ad decem vices.

OBSERVATIONES.

Miſtura hæc eſt *amaro-ſtyptico-opiata*; quæ cùm conflatur ex cortice unà cum Theriacâ Andromachi miſto eoſdem cum præſenti ſortitur effectus: Cortex equidem in pulverem redactus ſeu decoctus ac introſumptus maximè erit efficaciſſimus. Quando itaque nonnullorum alvum ſubducere comperitur, cum opiato commiſcendus eſt; hâc igitur de causâ eſt, quòd miſtura hæc tum erit utilis. Quoties igitur diarrhœa febri comitatur

tatur remittenti, toties cortex periodo, opiata vero fluxui finem imponunt. Notandum autem eſt, quòd, ſi corpus ſit humoribus refertum, viribus valeat, & vigeat, necnon diarrhœâ laboret ægrotans bilioſâ, nobis pauliſper cunctandum ſit; exhinc enim fiet, ut unico naturæ molimine plenitudo iſta ſubtrahatur; quæ cæteroquin evacuantibus tentanda eſſet: Videmus igitur, ut vel naturâ vel arte plenitudo exhauriatur; quâ haud demptâ, cortex vix tutò exhiberi poteſt.

Quanquam experientiâ unicè erudiamur, corticem periodos auferre, iſtius tamen phænomeni cauſa nos ferè præterit, propterea quòd corticis cum ſanguine commiſtionem medici hactenus oſcitantèr nimis exprobraverunt: Siquidem verò ſanguinem, ſuper tincturam ex cortice conflatam, emiſſum adeò parum concreſcere patet, ut fluidus aliquandiu permaneat, affirmare licet, quòd particulas putridas ſimul ſanguini adunet, & præcipitet, adeo ut ſanguis more ſolito in poſterum, citra exacerbationum periculum, in gyrum flectatur: Hincque forſan erit, quòd morbi periodicè recurrentes, hæmoptyſes, nimirum, epilepſiæ, paroxyſmi hyſterici ac conſimilia, ex *periodo* pendentes, corticis ope certò depellantur: Quando igitur morbi infeſtant periodici, ſedulò inquirendum eſt, utrum *periodus* à ſanguinis vitio in vaſa concluſi, an extra effuſi oritur: His enim perpenſis, conjecturam certiorem de corticis efficaciâ faciemus: Nam ſi periodi cauſa ſit intra vaſa poſita, cortici periodus facillimè, ſi temporiùs exhibeatur, cedit; quod ſi extra vaſa deliteſcat paroxyſmi cauſa, quæ tamen propterea exacerbationem introducit, quòd in vaſa ſe denuò recipiat, quod plerunque fit in ulcere pulmonum febrim hecticam invehente; non majus emolumenti laborantes accipiunt, quam ut periodum tantiſper alleviet, dum ulceris particulæ putridæ de novo ſanguini affunduntur; cum ulcus autem ſit inſanabile, periodi continuò revertentur.

Egregius vir *Fullerus* alicubi corticis exhibitionem, Lochiis fluentibus, abſolutè vituperat; corticem particulas in ſe continere ſtypticas libentèr annuimus, noſmet autem ab uſu ejus tùnc, modò requiratur, non magis contineamus, quàm ipſemet ab opiatis, inter

lochiorum

lochiorum fluxum, abhorrebat: Nam quoties febris remittens, lochiorum profluvio perſtante, affligit, toties cortex remiſſionem auferet, quinimo propterea requiritur, quòd febris alioquin in malignam tranſiret. Particulas terreſtres præ fixis tam parcè cortex in ſe continet, ut eæ fixarum non ſint centeſima pars, quocirca non mirum eſt, ſi opiata cum cortice in diarrhœâ febrili commiſceantur; ni enim ita eſſet, febris adeo parùm cortici cederet, ut unà cum bile ac humoribus acribus per anum deturbaretur, ſpiritus exhaurirentur, & ſymptomata propter inſcitiam accerſiremus dira: Quo igitur pacto in ſtypticorum cenſum cortex ita redigeretur, ut hæmoptyſi frænum injicere, præ ſtypticitate unâ, reputetur? Cùm verendum eſt, ne diarrhœam magis urgeret. Quando verò litem hanc fuſiùs jam compoſuimus, manum de tabulâ ſubtrahamus. Cæterùm ut nodum hunc clariùs adhuc expediamus, quando cortex ita exhiberi poteſt, ut nullas in ſe particulas amplectatur ſtypticas, tunc lochiorum profluvio moras haud injiciet, proinde febrim remittentem auferet, nec tamen lochiis oberit: Siqui igitur morbo laborent ullo, cui cortex præ ſtypticitate pernicioſus erit; neceſſe non eſt, noſmet ab ejus uſu temperemus, propterea quòd ita per infuſionem parari poſſit, ut impunè vel in aſthmate humido propinari queat: Nam ſicuti aſthmate laborantes humido à corticis in pollinem redacti exhibitione magis idcirco fiunt anheli; quòd, glandularum orificiis, citra humorum ubertim affluentium antiſpaſin, contractis, affluxus effluxum longè præeat, atque id propter vaſa diſtenduntur, nec tamen exinaniuntur, per expuitionem ſolitam; ita quando infuſione partes amaræ in liquorem unicè erogantur, febris remittens ſeu morbus quivis periodicus unà cum aſthmate junctus facilè depelli poteſt, nec aſthmatis tamen medeiæ vel impedimento vel incommodo ullatenùs erit.

Ex D^ni^ *Tauvry* ſententiâ corticis exhibitionem hydrops à tergo propterea ſequitur, quòd ſanguis corticis ope tenuatus, ad exudationem ſeu extillationem magis præceps evadat; non videmus autem, ut attenuantia hydropi ſint incommodo, cùm omnis ævi medici uno

ore jugiter exclamârint, attenuantia hypropi quam optimè ideo accommodari, quia ferum in fanguine redundans per urinam foris amandant, quia fluidis principia activa paffivorum vice fuppeditant, ac hydropis caufæ adverfantur: Quando igitur corticem, non ptifanas fuas gulosè devoratas, probri hujus arguunt; *non caufam pro causâ*, uti philofophi aiunt, nobis reverà obtrudunt. Argumentum hoc memoriam hydropicæ cujufdam refricat, quæ febre laborabat; aquam hordei avidè exhaufit, hydrops afcites à tergo fecutus eft.

Cautelæ fequentes obfervandæ funt circa corticis exhibitionem, nimirum, neque lecto interim affigantur, dum affumitur, neque in paroxyfmo exhibeatur, neque in febris ardentis vigore; nam quando effectus fuos falium fixorum vel volatilium ope fortitur, quando periodi ab humore aliquatenùs lento oriuntur; quid eft, cur motui jam nimirùm intenfo motum fuperinjiceremus? Hinc enim fieret, ut particulæ lentiores in arteriolas ita truderentur, ut nullus eis daretur regreffui locus: Inde eft igitur, quòd in febre continuâ & malignâ cortex evitandus fit; neque porrò rheumatifmo nec doloribus rheumaticis omnino confert; quoniam fanguinis compage nimiùm laxâ, mafsâ ejus nimiùm tenuatâ, perfpirabilium copia nimia excluditur, ac proinde particulis magis aqueis privatur fanguis: exhinc fit, ut lentior evadat, ut dolores initium faciant. Cortex infuper, corpore non depleto, nec plenitudine demptâ, non eft ideo exhibendus, quia vel particulæ ejus terreftres materiam noxiam vifceribus infidentem figunt, vel particulæ ejus activæ tantoperè fluidorum molem adaugent, ut vaforum difruptionem introducant; quamobrem in deliriis, peripneumoniis, pleuritidibus, aliifque ejufmodi morbis, à cortice nofmet ideo contineamus, quià iftis adeo non finem imponit, ut ii magis exindè ferociant.

Nonnulli, *Jones* nimirum & *Dekkers*, corticem unà cum catharticis commiftum exhibere folent; nulli enim dubitamus, quin poffint aliquandò, raro autem, coftendi; Quifquis autem fecum perpendet, ut fermentum febrile, corticis ope devictum, denuò, cathartico

propinato,

propinato, in medium prodeat, ac proinde febrim rursum accersat; nobiscum profitebitur, corticem cum cathartico commiscere, esset imcomptè præscribere.

Febribus eruptivis, variolis, nempè, morbillis, scarlatinis, laborantibus corticem ideo perperam exhibent medici; quià licèt materiam noxiam paulisper reprimamus, non magis tamen istiusmodi emolumento sumus, quam elephantiasis utilitati consulimus, cùm istam repellamus; quoniam uti elephantiasi retropulsâ visceribus materia incumbet noxia, quæ diaphoreticorum & alexipharmacorum ope rursùm extrudenda est; ita eruptione, corticis ope repressâ, deliria & symptomata dira ponè subeunt.

Sydenhamius ac *Mortonus* corticem in doloribus rheumaticis vituperant; quòd si dolores unà cum febre remittente quosvis affligant; tametsi dolores exinde increbrescerent, febris tamen ideo abigenda est; quià febres dolores periculo longè præcedunt: Febre enim depulsâ, sat vacui temporis habemus, ut materiam morbidam, dolores introducentem, posthac eliminemus: Nam si febris tantoperè posthabeatur, ut in continuam transeat, conquiescant dolores, febri laborantes nihilosecius peribunt; primùm igitur in febris, quam dolorum depulsione excubandum est: Quando igitur cortex periodo soli accommodatur; perpendendum est nobis, utrum remedia, simul ostensa, interim exhiberi possint, necne; nam quoties alterantia requisita corticis exhibitioni non repugnant, toties alterantia unà cum cortice introsumantur; cùm vero remedia cortici repugnent, *Galeni* normam imitemur, qui ait, *præcedat sanatio ejus, quod magis urget.*

Nulli ambigimus, quin cortex olim magis fuerit genuinus, quam est nunc dierum; quoniam usus ipsius frequentior interpolationem incitat; cùm porrò non febribus modò, sed morbis periodicis etiam conferre reperiatur, minùs adhuc genuinus erit; quamobrem in corticis electione cauti admodum simus, oportet; *color* igitur sit cinnamomi instar; sapor ipsius sit gratè amarus & stypticus; *odoris* sit mucidi; sit recens, non annosus; striæ argenteæ, cortice in longum fracto,

fili

fili ſerici inſtar appareant. Rami etiam minores optimi feruntur.

Nuperrima de cortice experientia iſti ſuperioris ævi longè præit, hinc erit, quod citra *Barbetti* contumeliam carthartica, ante vel poſt corticis exhibitionem, repudianda ſint: Quippe cum catharſis à cortice febrim reduplicet; quando cortice eliminato, febris typus revertitur: Quod ſi febris per dies quatuordecim evanuerit, ac idcirco metus recidivæ præteriit, porrò ubi ructus, nauſeæ, borborygmi infeſtant, cathartica neceſſariò ideò oſtenduntur, quia febre depulsâ plenitudo de facili auferri poteſt, quinimò debet.

Noſmet frequentiùs experti ſumus, corticis repetitionem inutilem fore; dummodò ubertim exhibeatur, quùm febris confligat; ſi igitur corticis uncia febrim depelleret; qui quâque ſyzygiâ eò repetendus foret, ut recidivam præcideremus; ita ut febris citra uncias tres partitim exhibitas, reverteretur; neceſſe non eſt, aliud agamus, quam ut corticis uncias duas vel tres alternis & partitis vicibus exhibeamus; ac proinde febris ſine magno labore citra recidivæ diſcrimen abigetur. Quando itaque ex *Hippocratis Epidem l.* 6. §. 3. *Quæ facta ſunt liberant; ſi ante fiant prohibent*; exhinc patet, ut cortex parciùs aliquantò exhibitus febrim in valetudinem nonnihil adverſam transformet, ut recidiva iiſdem præcidatur remediis, quibus febris ſanatur: Anticipatio enim & morbi medela, ſunt individua diverſa ſub eâdem ſpecie comprehenſa.

In adultis methodus *Helvetii* parum equidem confert; quando infantes verò febre laborant remittente, ad enemata cum cortice conflata tanquam ad anchoram ſacram confugiendum eſt; verum equidem eſt *Baglivium*, *Fullerumque* cum *Helvetio* hâc de re conſentire, ex eò, quòd, cùm nonnulla adſint in inteſtino colo lactea, liquor tam propter nutritionem quam fluidorum immutationem in iſta penetrare poſſit; quocirca ubi adſunt nauſeæ, & vomitiones, nec id propter aſſumpta retineri queunt, corticis injectio per anum febrim, licet lentiùs aliquantò, domabit.

Quoties febris eſt lenta ac ſimul remittens, cortex oſtenditur,

tenditur, unà cum ſerpentariæ virginianæ radice; inc fit, ut D. *Wainwright* hanc radicem, *Bataum* ſeutus, ubi cortex cum radice hâc miſtus vocatur *Pulvis febrifugus certus*, valdè deprædicet.

Quando hemicraniæ periodicæ tam à ſanguinis ſtatu er bilem vel ſalia acuta vitiato, quam effervefcentiam ebrilem oriuntur; per ſpatium breve cerebri membrais vel pericranio inſident, morbiſque membranoſis anam præbent; ex eo, nimirum, quòd particulæ bilioſæ æpenumerò effervefcant, atque adeò vaſa dilatent, ut ec pro more ſolito in gyrum flectantur, neque idcirco d cor reditum maturent; quin alicubi pauliſper defixis, x improvisò particulæ ſubſiſtentes, ſui juris factæ, inter e prælium committant ac contendant; deindè foris mandantur, ac proinde paroxyſmus evaneſcit: Nam ùm, quod immotum perſtiterat, moveatur; ab impula externo hoc fiat, oportet: quandò verò fluida ultrò edunt; propterea locum dant, quòd motûs reſiſtentiæ b appulsûs momentis proſternantur; pari quidem ritu rs, naturæ veſtigia æmulans, humores priùs attenuanos eſſe edocet, quàm foras eliminentur, quam ij deuò in orbem pellantur: Cæterùm ineptiunt ſanè, qui orticem hoc in caſu, nec venæ ſectione nec catharſi ræmiſſis, exhibent, quippe quòd humores impacti priùm parti affectæ firmiter inſidebunt, deindè quòd ſanuis in orbem flexus tantoperè turgeſcet, atque ita paum intra vaſorum parietes coerceri poterit, ut extra aſa proſilierit, ut hæmorrhagias, ut enchymoſes & alia uamplurima introduxerit. Jampridem dolore inter capulas periodico quàm atrociſſimo laboravimus, qui b horâ quartâ matutinâ ad octavam uſque tam immaitèr ferociit, ut vix deliria contineremus: Catharſin c venæ ſectionem præmiſimus, ac deinceps ſpem mnem in cortice collocavimus, incaſsùm verò; nam audano liquido, unà cum ſale volatili oleoſo, horâ prinâ nocturnâ ſumpto, intra tres ſeptimanas tantummodo eſſit: Dolorem hunc eximius D^nus *Pitts* in *actis philoophicis* nº 208. *p. m.* 58. *Rheumatiſmi convulſivi* titulo nſignivit, quem D^nus *Michael Flatum furioſum* apellat.

Morbi

Morbi nonnulli, propterea quòd in ſingulos annos revertantur, annui vocantur; ii ſunt catarrhi, defluxiones, elephantiaſes, arthritides, & ſimilia; quoties res nonnaturales vel non-neceſſariæ ita parum nobis fuerunt ſolicitudini, ut vitam temerè ac inconſultò traduxerimus, ſanguinis maſſa tantoperè particulis ſcatet heterogeneis, ut irritationes, obſtructiones, inflammationes, acrimoniæ omnigenæ, introducantur: Ex quo fit, ut, ex *Hippocrate*, ritè res noſtras gerere cenſeamur, ſi evacuationes pro quantitatis offendentis modulo inſtituamus; hiſce affatim celebratis, corticis exhibitio *Periodo* emolumento erit: Hoc autem advertendum eſt, quòd nec elephantiaſes nec arthritides à corticis uſu omninò adjutantur: Quantum ad *elephantiaſin*, eximius vir *Carolus Leigh M. D. In Hiſtoriâ Lancaſtriæ naturali*, jampridem aſſeruit, elephantiacos à remediis parum allevamenti recepturos fore, niſi à carnibus ſe contineant, ac ſub idem tempus acidulas ubertim hauriant, necnon ψυχρολουσίαν (ſeu immerſionem in aquâ frigidâ) adhibeant: Nam quando ſalium affatim ſepticorum ſanguini præſunt, diluatur maſſa, ſalia ab invicem ſejungantur, neceſſe erit; quòd ſi lepra ipſa homines infeſtaret, quam ſanguinis indolem eximius *Waldſchmidius cancroſam* jure merito indigitavit, iſta neutiquam remediis vel maximè pompoſis omnino cedet, quin mox revertatur: Quoties enim catharticis exhibitis ſarcina intus reprimitur, *colicæ, peripneumoniæ, ſymptomata nervoſa* preſſiùs à tergo ſequuntur: Neque quicquid remedii, uſque adhuc orbi literario patefacti, hilum iſtiuſmodi prodeſſe reperitur. Nec aliquid pro certo de transfuſione proferre poſſumus.

Miſtura Antemetica.

℞ Sal Abſinth. ℈j. Succi Limonum ℥j. m. f. Hauſtus hodiè, veſperi ſumendus.

OBSERVATIONES.

Miſtura hæc à *Riverio* deſumitur, quam ipſe contra vomitionem maximè deprædicat: Quandò verò variæ exiſtunt vomitionis cauſæ, non alienum erit, ſi paululùm de circumſtantiis, in quibus miſtura hæc utilis erit, verba faciamus.

Stomachi parietes interdùm excoriantur, quod plerunque combibonibus obtingere solet: Quoniam, quæ fibras inflammant, ea etiam cuticulam tandem abradere possunt; hoc in casu, cùm salia ulcuscula eroderent, doloresque concitarent, vomitionem immaniter urgerent, hâc de causâ erit, quòd mistura hæcce adeò non utilis esset, ut vomentes in salebras conjiceret. Quantum ad vomitionem ab hystericarum, hypochondriacorum, ac scorbuticorum massâ, ex eo quod acida sit valdè, prognatam; cùm liquores secreti sanguinis indolem sapiant; necesse erit, ventriculi fermentum sit exinde acutatum, quòd sanguis ipse sit acido-acris: Hinc certè fiet, ut ventriculi parietes fodicentur, ut musculi abdominales convellantur, ut ingesta, quinimò mucus ipse, egerantur, ut vomitus ponè subeat: hic advertendum est, quòd saburra in sanguinis sinu diversans tam sursum quam deorsum primùm eliminetur; deinde *martiata* eò introsumantur, ut acidum immutetur, ut sanguis ad statum naturalem ac primævum reducatur, *armoniacalem* nempe; hinc eveniet, ut vomitio conquiescat: quòd si *Antemetica* præproperè nimis exhibeantur in hujusmodi, ita parum emolumenti istis conferrent, ut vel Diarrhœæ, vel colicæ, vel similia symptomata dira introducerentur. De vomitione eventuali, itinerando productâ; mos invaluit, ut remedia istiusmodi lenientia eò porrigantur, ut humores succussando refixi, ventriculique parietes fodicantes, per anum deturbentur; hinc *Schola Salernitana p. m.* 147. hæc habet.

> Nausea non poterit hæc quem vexare marina,
> *Undam* cum vino mixtam, qui sumpserit ante.

Cùm per τὸ *undam*, salum subaudiamus; quandò porrò muria hæc humores sursum ac deorsum efferre comperitur; ab re non erit, si vomentibus, ex eo quod per mare vel per terram iter faciant, *unda* porrigatur. Vomitiones frequenter à spirituum Ἀταξίᾳ seu tumultu exoriuntur, exhinc, nempe, quòd nervis contractis, musculi appensi contrahantur, ac, proinde vomitiones presso insequantur pede, necesse erit: Quùm igitur spirituum tumultus enormes quenquam infestant,

ii sunt vomitiones, convulsiones, epilepsiæ & similia; tum symptomata hæc citra opiata compesci nequeunt. Demum, ut alia multa silentio prætereamus, vomitiones febre malignâ oriundæ, seu à sale alcalino excitatæ, misturam hanc vel aliam sibi consimilem propterea requirunt, quòd salia, ex acidi quantitate magnâ, alcalini verò pauxillo conflata, sint *acido-salsa*; ac proinde sali alcalico repugnant, adeò ut ista vomitio quiescat, necesse sit: Mistura autem hæc causæ ultimæ, ex *Riverio*, unicè accommodari videtur.

Partis alterius finis.



ACCES-




ACCESSORIUM.

DE

Opiatis, Lacte, Aquis Chalybeatis, Thermis, Immersione, & Infusione.

Art. I.

De Opiatis.



QUUM de *flexilibus* suprà verba fecimus, de opiatis clanculùm ac tacitè etiam tractavimus; nam opiata sunt maximam partem ex *flexilibus* conflata particulis; quî verò opii granum, vel oleorum uncias viribus longè præpolleret; alibi dabitur opportunior differendi, locus. Opiatorum idcirco virtutes paulò fusius hìc perpendamus.

Corollarium.

Haustus Paregoricus.

℞ Aq. Cerasor. nig. ℥ß. Pæon. compos. ʒiß. Extract. Opii Thebaic. gr. jß. Sacchari parum; m. f. Haustus sumend. horâ decubitûs.

OBSERVATIONES.

Extractum Opii Thebaici fit, solvendo opium in quantitate sufficienti Aquæ Papaveris, filtretur solutio, evaporetur ad extracti consistentiam.

Opiatorum vires vel à tironibus manifestò deprehensæ sunt; nam liquidò constat, ea dolores placare, somnum accersere, convulsiones compescere, flatus reprimere, fluxus frænare, irritationes alleviâre; hincque fit, ut Ἀγαξίας hystericis supremas adjiciant manus: è contrariò autem nunquam omninò impunè exhibentur, quoties propinantur in languidis, in frigidiori temperamento, in doloribus criticis (partu, arthritide, &c.) in orthopnœis, seu asthmatibus humidis, ubi pituita bronchias opplet, in phthiseos stadio ultimo (ulcerationis, z.) ubi bronchiæ pure extraneo gravantur; in febribus malignis, in pleuritidis crisi, ubi sputum copiosè, bene coloratum, facilè ejicitur; in capitis doloribus chronicis, neque in satyriasi (uti *Sachio Ephem. German. Ann.* 2. *Obs.* 69. videtur) propinantur; nam quà spirituum turbas ac motus efferos compescunt, eatenus morbis hujusmodi adversantur: Quantum verò ad satyriasin, quatenus consequentia à chronologiâ unâ petitur, non adeò firmo stat argumentum talo, ut, opiatis introsumptis, *hastæ* jugiter *erigantur* exindè: Quando enim *Priapismus* variis pendet à causis; non est quòd opiata adeò severè prohibeantur, ut nunquam in isto exhibeantur: Juvenis quidam jamdudum, anno nimirum 1700. ad Novicastri portum *Londino* appulit, qui, spiritu vini gallici inebriatus priapismo dolorifico conflictatus expergiscebatur; Quamplurimos eò consuluit medicos, tam seorsim quam conjunctim, ut morbum hunc insuetum ac rarum depellerent. Quisque pro suopte ingenio, ac methodo propriâ, laboranti opem

opem ferre molitus eſt: Cæterùm tantum abfuit, ut vel minimum indè emolumenti receperit, ut morbus indies invaluerit ac gravior factus fuerit; hic enim morbum convulſionem fuiſſe autumans, antiſpaſmodica calidiora ipſi porrexit; ille ſeminis redundantiam, manuſtuprationem, juvenculæ cujuſdam ope perpetrandam, parum chriſtianè, at perfrictâ fronte, juſſit; alius luem ſuſpicatus, ipſi cathartica, ac aphrodiſiaca exhibuit: Alius prælii turcarum ad *Leventz* commiſſi memor, opiata, propter inſomnia propinata, quam maximè defamavit: Chirurgi balnea parant: Quid de miſero fit? Propterea medicis, chirurgis, ac *oppido* valedixit, quòd paulo poſt è vitâ migraturus cenſeretur; rhedam conſcendit, ut domum iret, ut iſtic dulcem redderet animam; nos cum eo in curru eodem iter facientes ex eo præcipuè conſuluit, quòd ſubaudiviſſet, nos anatomiæ prælectiones in Chirurgorum Theatro publicè non ita pridem habuiſſe: Pene nudato, & probè luſtrato, proſtatarum tumor inflammatorius ſe in conſpectum dedit, qui cepis ſub cineribus toſtis cum ſpiritu vini rectificato miſtis & ſub cataplaſmatis formâ admotis, biſque quotidie renovatis, ſine magno labore intra dies ſex ceſſit, ac hunc in modum priapiſmus ad diem trigeſimum & tertium uſque permanens evanuit: Obſervationem hanc paulò accuratiùs ideo illuſtravimus, quia unus è medicis, *Jabez Cay M. D.* in *Actis Philoſophicis* rem alitèr longè, quinimò perfidè, exhibuit.

Porro opiata non exhibentur in ipſius criſeos ſtadio; hinc eſt, quòd in variolarum apparatu prohibeantur, ex eo quòd eruptionem, morbo à naturâ inſitam, præpediant; cum quietem luctæ vice concilient: Inde fit, ut *Winclerus* iſta in vigiliis criticis, ſeu criſin præcedentibus vetet. Ineptè præſcribuntur in tuſſi humidâ, ubi irritatio exigua eſt, quoniam expuitionem præpedient utilem: Infantes ea frequentius iterata haud idcirco ferunt, quòd ingenia eorum hebetent nimis, uti jamdudum probè advertit *Mercurialis:* Opium vires ſuas per horas ſex exerere experimur; in infantibus autem opiatorum doſis per horas duodecim valet: Opii verò effectus in temperamentis variis ita diſcrepat, ut

praxi solâ hæc ipsius indoles detegi possit: Nam nobis compertum est, opium à tussi irritante per horas viginti quatuor inducias dare; quo temporis spatio percurso, redit tussis vehementèr ac constantèr irritans. Ubi passio iliaca adest, dolore fixo stipata, opiata adeò parum conferunt, ut noxam idcirco inferant, quòd, cùm dolor iste ab inflammatione exordium sumat, in gangrænam statim abeat. Affectione hypochondriacâ vel hystericâ laborantes opiata malè tulisse jamdudum advertimus, nisi cum medicamentis volatilibus, vel fœtidis commisceantur; hoc forsitan exinde fit, quia ventriculi acido non retuso, pylori sphincter adeo constipatur, ut ne vel remedii tantillum in sanguinem iter instituat, saltem ita propter acidum vires ipsius infringuntur, ut opium eà de causâ energiâ suâ cadat; vel demum acido propter opium paulo diutius in ventriculo incarcerato tumultus, inquietudines ac insomnia insequuntur: Volatilibus autem unà cum opiatis exhibitis acidum tantoperè castratur, ut opium quàm maximè valeat, viresque suas plenè exerat. Phrenitidi damno sunt, nisi cum evacuationes, plenitudini accommodatæ, præcesserint; febrisque aliquatenus deferbuerit: quoniam quies stationi æquiparatur, ex eo quòd, ubi vasa fluidis sufferciuntur, opiata lentorem ac proinde obstructionem, quinimo aliquoties inflammationem introducant.

Sudores cæterasque evacuationes, à sanguinis motu ortas, proritant; è contrario verò evacuationes cunctas, irritatione cretas, diarrhœas nimirum, tusses, & similia, efficaciter alleviant.

Ubi in variolarum apparatu sanguis tam immaniter effervescit, ut vigiliæ, deliria, subsultus ac alia symptomata mali moris superinjiciantur; opiata, cautè exhibita, ideo ægrotis commodo sunt, quia affectuum istorum ferias paciscuntur. Asthmati conducunt sicco, propterea quòd nervis, tensis nimis, subsidio sint; istis laxati, inspiratio ritè peragetur; quandò asthma autem hoc non ex simplici pendeat causâ, verum *nervorum tensioni plenitudo* necnon *periodus* simul adjiciuntur, opiata non adeo omnem implent paginam, quin venæ sectiones, cathartica leniora, necnon epispastica requirantur,

quirantur, quin corticis exhibitio etiam iſtiuſmodi opem ferat, quæ, pro re natâ, largâ diſtribuenda ſunt manu. In dyſenteriis laudani grana tria, quinimo quinque, propterea exhibenda ſunt, quòd dolorum atrocitas, quòd irritatio immanis, quòd evacuationes ſanguinis profuſæ opiata ubertim introſumenda oſtendat.

Catarrhis itaque, tuſſibus acribus, irritantibus, titillantibus, tenuibus, ſiccis, phthiſeos ſtadio primo, teneſmis, diarrhœis, dyſenteriis, tuſſibus gravidarum ſiccis, phrenitidi, maniæ, epilepſiæ, palpitationi, ſingultibus, puſtulis variolarum inflammatis & dolentibus, vigiliis; quinimo doloribus quibuſvis immanibus (vel pleuritidis initio) profluviis, ſpirituum Ἀταξίαις (vel vertigini) quam maximè auxilio ſunt; ex hoc, nimirum, quòd, ſpirituum furore pacato, irritationi cuivis finis adfuerit.

Num camphorâ exhibitâ quicquid ab opiati doſi propterea ſubtrahendum eſt, quòd camphora vices ipſius gerat, quam maximè animo vacillamus? cum camphora ſit ſal volatile oleoſum, opium non item, uti liquidò poſthac demonſtrabimus, neque concludendum eſt, opium idcirco calidum eſſe, quòd *in regione calidiori, opii doſis parte dimidiâ minor ſat ſit*: De his vero dabitur in *Pharmacomathiâ* opportunior diſputandi locus.

Hauſtus Hypnoticus.

℞ Aq. Lactis Alex. ℥iß. Cinnam. hord. Mirab. ana ʒiij. Confect. Fracaſtor. ſine Melle ʒj. m. f. Hauſtus ſumendus horâ ſomni poſt purgationem.

OBSERVATIONES.

Hauſtus hicce æque ſpiritus erigit, ac hypercatharſin reprimit, quoties itaque catharticum tumultus cievit, ſpiritus exinanivit, ac vigilias introducturum eſt, toties hauſtus hic vel alius ſibi conſimilis propinetur.

Pilulæ Catarrhales.

℞ M. Pilul. de Styrac. Gum. Arabic. ana ʒj. cum q. ſ. Syr. Balſam. Tolutan. m. f. Pilul. nº. xviij. quarum duas vel tres capiat horâ decubitûs, quotidie, &c.

OBSER-

OBSERVATIONES.

Suprà advertimus, quòd, uti repellentia evacuationibus posthabitis non admovenda sunt, ita nec opiata prius exhibenda sunt, quam plethorâ generali ac individuâ antè exhauriantur: Nam quicquid sit opiatorum energiæ immediatæ aut proximæ, nihilo minus quotidianâ evincimur experientiâ, remotos ipsorum effectus istius esse generis, ut *humores inspissent, ut eos in organis defigant, ac proinde morbos, lentore, ac subsistentiâ prognatos, jugiter introducant.* Quos eò certiùs anticipamus, quò evacuationes ostensæ constantiùs ipsorum exhibitioni præmittuntur: Cæterùm, ut argumentum hoc meliusculè capiatur, sequentia acriùs expendamus. Esto, medicum ptyalismum instituisse, qui eo mensuræ, quinimo mantissæ, pervenerit, ut amygdalæ aliæque glandulæ laryngem vel pharyngem circumdantes tantoperè inflentur ac intumescant, ut inflammatione phlegmonode vel œdematode decumbentes, suffocationis periculum inferente, conflictentur: In phlegmone genuinâ venæ sectiones reiteratæ priùs celebrandæ sunt, in phlegmone vero œdematode cathartica necnon enemata priùs exhibenda sunt, quam gargarismata styptica in usum trahantur, quam sulphuris flores introsumantur: Nam ausis hujusmodi omnino posthabitis, repellentia vel intercipientia, quæ humorum influxùm præscindunt uberiorem, adeò parùm conferrent, ut nos in vitæ discrimen compingerent: Quòd, cùm ii alibi devocentur, partesque in tonum primævum redigantur, tùm remedia styptica fibras laxatas nimis constringant, particulæ sulphureæ mercurium figant, ac ptyalismus tandem aliquando tutò conquiescit. Chirurgi artis suæ periti, non ulcera cicatrice priùs obducunt, quam labia probè digesta fuerint, quam carne sanâ ita repleta fuerint, ut ulcerum labia cuti ferè complanentur: Ni hæc ita essent, quid fieret de ulcere? non dubiùm est, quin repullularet. Denique in *catarrho*, humorum affluxus in pulmones immanis, eos ultra tonum stativum longè ampliat; quâ de causâ fit, ut in morbis pulmonicis venæ sectiones, cathartica, epispastica, setacea, fontanellæ & similia necessariò requirantur

rantur, non solùm eò ut pulmonum parenchyma sarcinâ hâc molestâ expediatur, sed insuper etiam ut motus vitiosus aliò trahatur: Quando itaque tam humorum redundantia demitur, quam ab impetu eorum quicquid alieni subtrahitur; prope adest, quum opiata eò exhibenda sunt, ut affluxus uberior præcidatur, ut irritatio molesta pacetur, ut Ἀταξίαι compescantur, ut tussis demum abigatur: Opiatis aliquandiu exhibitis, astringentia deinceps propterea in usum trahantur, quòd affluxu præciso, irritatione sedatâ, meatus apertus occludendus fit, cæteroquin humores pro appulsûs more etiamnum exudarent.

Gummi arabicum præscripto adjecit vir eximius, ex eo quòd acrimoniam emendet obtundatque; irritatione enim solâ sedatâ, acrimonia nihilominus fibras insidiosè eroderet.

Quoties opiata requiruntur, hæc à lectoribus adverti volumus, quòd *Opii dosis instituti adeo compos fiat, ut nil ultra desideretur*; quòd, *si ista opii dosis quæ scopo proposito summum imposuit fastigium, officio paulò post defuerit suo, propterea quòd isti insuevimus, opiatum in auctiori dosi usque exhibeatur, quoad metam attingamus propositam.* Quorsum enim remedia introsumuntur, nisi, ut opus cœptum ad extremum prosequamur?

Laudani compositiones apud authores variæ sunt; nos cuivis suum velle haud invidemus: Siquidem vero opiatum sequens prospero pater meus eventu quamplurimis in morbis usurpavit, quod à D^ni^ D^ris^ *Pippi* Professoris Pataviensis dictaminibus mutuò accepit, istud divulgare non gravamur.

℞ *Tintura di opium (cavata primo con Aceto destillato, & quale Aceto si evapora, & poi si getta sopra lo Spirito di vino, & così se ne cava la Tintura perfetta) extratto di Zefferano fatto con Spirito di vino ana un oncia, Magisterio ò Sal di Perle & di Coralli ana mezz' oncia; Tintura di Spetie di Diambra drachm. Sette; Ambra grysea drachm. una. mesci & coagola, con calor lento di Bagno, & Serba per serve Pilule. Dos.* gr. *tre, &c.*

Pilulis

Pilulis hisce hunc in modum confectis medicamenta aliquot adjecit paulò selectiora, & massam in formam lapidis compegit: Quæ in pulverem redacta *pulveris Comitis de Derwentwater* titulo insigniebatur; ex eo, nimirum, quòd Comiti isti, Comitis securi, eheu! percussi, avo, quam maximè subsidio venerit.

Pilulæ Sedativæ.

℞ M. P. è Styrac. ℈ij. Marg. pp^t. ℈j. Ol. Cinnam. q. s. m. f. Pilul. n°. xii. quarum duas capiat horâ somni, bis vel ter in septimanâ, si fuerit inquietus.

OBSERVATIONES.

Pilulæ styracinæ tussibus ideo allevamento sunt, quia irritationem molestam, comitem plerunque earum assiduum, compescunt: Quoties autem pituita tenax bronchias ita suffercit, ut ægroti in suffocationis discrimen exinde conjiciantur; toties *Balsamica*, *Salia Volatilia*, *Sal Succini Volatile*, *Flores Benzoini*, *Syrupus è succo Hederæ terrestris*, *Oxymel Scilliticum* & similia propterea exhibenda sunt, quòd fibras pituitâ redundante expediant, quam opiata defigunt.

Ubi diarrhœa asthma excipit, bechica incidentia asthmatis causâ unà cum opiatis ob diarrhœam propterea usui sunt, quòd persistente diarrhœâ expuitio deficit; incidentibus posthabitis, spiratio invalescit anhela; utrobique igitur in mortis discrimen conjicimur, quâ de causâ opiata ac incidentia non seorsim, sed conjunctim exhibenda sunt. Pari etiam ritu colica unà cum asthmate concurrere potest; tùm opiata cum pectoralibus eò commiscenda sunt, ut compescatur dolor, & pituita sursum pellatur.

Quanquam pilulæ hæ pleuritidi sub initium, vel ubi primùm in medium pleuritis se confert, commodo sint; sunt tamen inutiles, quinimo perniciosæ, simul ut expectoratio in conspectum exierit: Quoniam pleuritide incipiente motum anticipant intestinum & tumultus; hinc fieret, ut, venæ sectionibus debitè præmissis, inflammatio non ultrà increbresceret, propterea quòd ipsius subtraheretur pabulum: Quod si ista usque

que eò invaluerit, ut anacatharsis liberalitèr progrediatur; opiata ideo damno erunt, quià cùm evacuatio hæc critica sit, atque adeo materia ejiciatur noxia, morbi causa proxima exhauritur; ac proinde quicunque hosti huic commeatum intercluderet, is planè desiperet.

Asthmata hysterica citra opiatorum usum raró felicitèr ad exitum perducuntur; cæterum, evacuationibus requisitis non præmissis, necnon alterantibus remediis posthabitis, venæ sectione, nimirum, uberiori, catharticis, epispasticis, enematibus, cortice, anti-acidis non usurpatis nec in usum tractis, fit *metastasis*; nam morbo ἀμεθόδως sublato, organum, cui infestus fuerit, cito expeditur, cùm causa ipsius autem etiamnum intus delitescat, neque resecetur, aliò se conferunt particulæ noxiæ & morbificæ, tum symptomata longè alia atque alia se in aspectum dant & inolescunt; ptyalismus sudorum profusorum vices gerit, diabetes ptyalismum à tergo excipit; quinimo non evanescit morbus, verùm à symptomate in symptomata usque commeatur; neque priùs morbo, quam vitæ finis adest.

Dolores nocturni, venerei, atrocissimi ex *Dekkero*, practico felici, misturæ ex gummi guaiacino, antimonio diaphoretico & diascordio seu opio mox cedere observantur; quinimo emplastrum cinnabarinum, parti dolenti admotum, necnon opium introsumptum doloribus istiusmodi maximopere prosunt: Quoniam vel modicum materiæ extruditur, vel dissipatur, cujus residuum ita parùm incommodat, ut opiatis cedat: Notandum autem est, nos hic de doloribus, carie vel spinâ ventosâ ortis, omnino reticere; qui non possunt, apertione non factâ, auferri; quinimò quoties caries articulos obsidet, toties vel ipsa apertio modicum affert emolumenti; quoniam ad os pertingere nequimus tendinibus non penitùs scissis; porrò quemadmodum articulorum ossa sunt porosa ac cellulis plena, vix vel ne vix caries talis citra ustionem evanescet; spiritus autem, ut hæc agimus, tantoperè exhaurientur, ut laborantes paulo post, quinimò postridie aliquoties, quam atrocia id genus perpetrata sunt, extremam agant

gant animam, ac proinde iſtis antè cum prognoſtico diro valedicendum eſt.

Hauſtus Anodynus.

℞ Aq. Lact. Alex. ℥ij. Pæon. comp. ℥ſs. Syr. de Mecon. ℥j. Extract. Opii Thebaic. gr. iß. m. f. Hauſtus horâ ſomni ſumendus.

OBSERVATIONES.

Cùm hauſtus hicce ſit paulo fortior, valet in doloribus vehementibus uſquam ſitis, & etiam in fluxu ſanguinis vel humorum quovis. Cavendum autem eſt, ne in colicis inflammatoriis exhibeatur unquam: Quoniam opiata, humores in partibus defigendo, iſtorum motui circulari obſtaculo ſunt: Quod ſi venam tundamus, oleoſa ac flexilia per os exhibeamus, enemata emollientia injiciamus, fotus emollientes ac diſſipantes adhibeamus, colicæ fixæ ac inflammatoriæ finem imponemus.

Chordapſo ſeu *paſſione iliacâ* laborantes cautè remediis fatigandi ſunt ambiguis; quoniam, hiſce exhibitis, factum poſtmodo aliquoties dolemus: Inde eſt, quòd opiatorum energiam aliquandiu veris attentiùs rationibus priùs expendamus, oportebit, quam iſta in iliacâ exhibeamus: Quippe quæ non modo humores organis defigunt, ſed motui etiam periſtaltico tantoperè officiunt, ut fæcum excluſioni adeò impedimento ſint, quo minus ejiciantur, ut inteſtinis firmiter adnaſcantur: Nam ſi ad rationem revocemus, quàm valdè fæcum, in ſtatu naturali, decenſui motus antiperiſtalticus ſeſe opponit, cui moræ etiam inteſtinorum conſtrictio, necnon motus, præ opiatis, repreſſus accedunt; quî fiet, ut itineri fæcum intercluſo, ut impedimento ac remoræ huic, vel remediorum fortiſſimorum ope efficacitèr occurratur? Adhæc cùm fæces inteſtinis paulò preſſius adhæreſcant, gangrænam ex improviso, in ætate provectis, citra ullius inflammationis veſtigium, pone ſubiiſſe meminimus: Uti plerunque ſenio confectis evenire ſolet: Hi enim leviſſimâ de causâ, quemadmodum authores necnon experientia teſtantur quotidiana, gan-

grænâ,

grænâ, in partibus externis, membrorumque extremis corripiuntur; nec mirum, fonte deficcato rivulos deesse, spiritibus exinanitis gangrænas adesse.

Hoc à vobis seriò adverti volumus, opiata, nimirum dolores omnimodos ita compescere, ut mox paulisper evanescant; verum enimvero doloris amotionem aliquoties adeo parum conferre experimur, ut humores partibus insidentes ibidem defigant, ut moram trahendo, tandem humores isti in pus & abscessum abeant, ut mortem ideo præproperè accersant.

Quoties necesse est, humores in pus evehantur; uti in morbis quibusdam debent: Toties opiata luctam huic instituto pernecessariam adeo præpediunt, ut nequaquam vel tardius solito fiat.

Cephalalgiæ rarò opiatis cedunt; eorum enim usui comata, lethargi, & his similia fermè comitantur: Hoc autem solummodo de dolore, ab humorum lentore orto, à solidisque partibus valdè læsis prognato, affirmamus: Hisce enim in casibus, cùm humores magis ab opiatorum assumptione in dies figantur; necesse est, fiat accumulatio tanta, ut ibidem jam inde & in perpetuum cursum sustineant: Quocircà satius esse ducimus, plenitudinem propemodum demere; quantulum enim hic agendum superest?

Opiata febri variolarum secundariæ & putridæ propterea subsidio veniunt, quòd inquietudinibus, anxietatibus, vigiliis, commotioni, cæterísque luctam nimis evectam commonstrantibus per ista ex facili occurratur: Quòd si dira hæc symptomata à spirituum penuriâ aut motu sanguinis retardato vel debilitèr propulso initium facerent; tantum abest, ut ægrotis emolumento sint, ut ipsorum vitas exinde convellamus: Nam hoc in rerum statu tam alexipharmaca generosiora exhibenda, quàm epispastica eò adhibenda sunt, ut spiritus exhausti, ac inaniti quamprimùm renoventur. *Sydenhamius*, vir iste egregius, opiatorum exhibitioni venæ sectionem præmittere jubet, nec immeritò; quoniam aliàs evacuatione non celebratâ, modò requiratur, ægroti ex opiatorum usu valdè hebetantur.

Revulsionum normæ ita sunt à nobis advertendæ, ut istis probè vel malè institutis, salus vel interitus presso insequatur

4

insequatur pede: Nam plenitudine nullatenus demptâ, sive ex naturæ molimine sive ex artis regulis; emeticis, nimirùm, catharticis, diaphoreticis, diureticis, venæ sectione, & similibus haud præmissis; saltem sudoribus, sedibus aliisque à naturâ attentatis non prægressis; *opiata* ineptè exhibentur: Hinc fit, ut phrenitidi non sint prius auxilio, quàm febris paulum deferbuerit; quàm inflammationis vigor imminuta fuerit, quàm ipsa demùm nonnihil inveteraverit, ac diuturnior fuerit.

Maniæ impetum furibundum & audaciam domant & compescunt opiata hora somni propinata; si tamen venæ sectio primum satis celebretur, emetica & cathartica eò exhibeantur, ut tam humores exhauriantur, quam spiritus inaniantur: Citra ista enim, remedia nitrosa vel serum lactis parum valent; quinimo flagellatio, juscula avenacea, lectus stramineus, nec camera obscura, opio posthabito, hilum proderunt.

Nonnulli opiata jampridem in hydrope deprædicaverunt; ast immerito: Nam cùm laxent, ac proinde vasa rupta magis reddant flexilia ac mollia; ista id propter fluidorum momento faciliùs deinceps cedent: Quoties autem hydropibus dolores atrociores comitantur, uti videre est in *Horstio*, opiata omninò eò requiruntur, ut dolores isti compescantur; alioquin è vitâ quamprimum migrandum est hydropicis.

Apud Turcas & Indos invaluit mos, ut opiata eò introsumant, ut coitum protrahant; ut *Ettmullerus* his verbis nobis jampridem indigitavit, " Mulieres sanè " Indæ sunt admodum voluptuosæ, & quæ non tam " sæpius repetitum, quam unâ vice longius continua-" tum optant actum venereum: Cui desiderio ut me-" lius satisfiat, opio prius se muniunt mariti, utpote " quorum impetus, alias in citâ seminis spirituosi & " fervidi, in calidioribus istis climatibus, eruptione præ-" curritur seu retardatur.

Enema Quietans.

℞ Decoct. alb. ℔ß. Theriac. Androm. ℥ß. ovi vitellum unum. m. f. Enema statim injiciendum.

OBSER-

OBSERVATIONES.

Quotiescunque *Diarrhœa* humorum acrium, in intestinis defixorum, irritationem excepit, toties cathartica, ex rhei drachmâ cum Syrupo è Rosis solutivis in Bolum confectâ, quoque diluculo alterno sumenda, ad tres usque vices, propinentur; hoc confecto, hauriant ad libitum Tincturam Rosarum vel Decoctum album; demúmque haustus hypnoticos, ex Aquæ Lactucæ ℥ij. Fl. Paralys. ℥j. Fl. Papav. ℥ß. Syr. de Mecon. ʒvi. conflatos, sumant; quos horâ somni præcipuè devorent: Et enema hoc subinde repetatur.

In *Dysenteriâ*, quando gradu solùm à *Diarrhœâ* dissidet; remedia majori in dosi, vel magis efficacia, exhibenda sunt: Hinc est, quòd cathartica ex rheo, vel etiam, ex nobili *Boylæo*, ex mercurio dulci cum gummi tragacantho misto, propinanda sint, quòd tam sanguinis profluvium quam tormina opiata auctiori in dosi requirant, quòd enemata cum opii quantitate sat magnâ prius injicienda sint, quam dysenteria de viâ decesserit: Huic autem morbo atrocissimo finem imponit lignum (an radix ?) ab insulâ *Cayenne* dictâ per R. P. *Montigny* anno 1710. asportatum quàm ocyssimè & felicissimè, uti sæpius experti sumus, & uti jampridem orbi literario patefecimus.

Emplastrum Anodynum.

℞ Theriac. Venet. partes duas, Mithridatii partem unam. m. f. Emplastrum parti dolenti applicandum.

OBSERVATIONES.

Quanquam eximius vir *Fullerus* sub *Emplastro Anodyno subdubitet, utrum opium externè applicatum, sit verè anodynum necne, namque,* inquit, *sale abundat volatili igne & sulphure graviter* fœtido : *Inflammabile est, amarum, acre, & eo usque calidum, ut vel in primâ discutientium classe meritò ponatur, & fermè causticum existimetur. Atque hac propter malè comparatum mihi videtur ad constituendum anodynum:* Sed cùm istud particulis oleosis scateat, volatilium autem copia isti desit; necesse est, magis emolliat, quam dissipet; magis

mitiget, dulcificet, leniat, relaxet, discingat, quàm fervorem concitet, ac proinde inter anodynorum censum meritò ordinandum est: Litis cardo, quæ nobis manifestanda superest, in hoc versatur; quî, nempè, fieri potest, ut unum olei granum, in opio residentis, unciam olei alterius cujusvis, nobis adhuc patefacti, virtute longè præiret: Operæ certè pretium esset, hâc super re longè latéque expatiari, quum verò scribendi finem facturi sumus, non par arbitramur, neque convenit nobis, ultrà hic profari; in aliud igitur tempus hunc laborem rejiciemus, eóque impræsentiarum supersedebimus: Cùm itaque praxi quotidianâ ratum sit, opiata dolores, vel externè admota, compescere, non potest indè non consequi, *anodyna* tam intùs quam foris usurpata, opiata jure nuncupanda esse. Hinc spirituum furores passim pacant, nervos, ob humorum affluxum uberiorem, tensos nimis laxant, musculorum, nervis appensorum, fibras retendunt, ac proindè tumores producturos sanguinis residentiâ, fibrarumque crispatione orituros, præscindunt, doloresque quamprimum exindè subsecuturos antevertunt. Emplastris hujusmodi admotis, mox somnum placidum obrepsisse advertimus, ac proinde phrenitides, venæ sectione debitè præmissâ, abstulimus: Quî hoc fieret, paucis expediemus verbis: Quando opiata sunt ex particulis oleosis potissimum conflata, fibras laxant, easque longiores & latiores conficiunt; his undiquáque ampliatis, longè magis flexiles evadunt, adeò ut sanguinis momento facilè cedant, fluida ad partes, quibus opiata admoventur, appellentia, istas nullo cum negotio introeunt, subeuntque; eâ autem ratione, quâ partes flexiles factas fluida subintrant, revulsio, aversio, diversio, derivatio, fieri solent; indè erit, quòd spiritus ferocientes aliò devocentur, quòd ii sopiantur, quòd demùm phrenitides, sanguinis cursum velociorem ad cerebrum usque commonstrantes, auferantur. In opiatis autem solis, externè admotis, fiduciam omnem reponere, tam eorum interno usu posthabito; quam aliis, febris stadio idoneis, ineptum esset. In odontalgiis, usus inolevit opiata prope partem affectam, quinimo super istam, admovere; hinc fit, ut opium in pilulam

redactum, syndonique inclusum denti cavo & dolenti intrudamus: Exhinc, nempè, quòd, cùm doloris causa sit nervorum tensio, particulis aculeatis nervos stimulantibus orta, opii particulæ oleosæ nervos retendant, sensionem compescant molestam, ac dolori finem imponant: Nam causâ doloris conjunctâ amotâ, aufertur dolor; Qui denuò tamen sine dubio, nisi causæ remotæ rationem diligenter habeamus, pedem referet. Suprà notavimus *Horstium de morb. mulier. observ.* 23. Historiam, de muliere hydropicâ insignem, narrâsse; cujus hydropi dolores abdominis atrociores comitabantur, qui catharticis nequaquam omnino cesserunt: In *Actis Philosophicis* n° 157. p. 537. sermo fit de hydrope tunicæ uteri externi doloribus stipato: *Aicholtzius* itidem de peritonæi hydrope verba facit, qui propter dolores atrocissimos vigilias pertinacissimas introduxit. Quemadmodum autem *Horstius* cataplasma admovit anodynum; ita nec aliud remedium cæteris emolumento esse poterit; nam aperto cadavere, vesiculæ, *Hydatides* dictæ, integram peritonæi membranam undequáque obsedisse visæ sunt. Dolores brachii ex *Ballonii cons.* 41. *l.* 1. opiatis etiam cedunt; nam ipse *Aquam vitæ* cum *Theriacâ vetere* hoc in dolore eò miscet, ut dolore sopito, parte affectâ retensâ, humoris residuum dissipetur: Quibus posthabitis dolores hujusmodi in abscessus abirent. Eximius *Nic. Chesneau* opiata admoveri jubet, quoties convulsiones, ab humoribus acribus valdè, in partibus extremis sitis, initium faciunt: Quoniam hunc in modum nervo ibidem tenso, semel relaxato, convulsioni finis aderit. Quoties sterni dolores, ex eo quòd ligno, mensæ, vel duro cuivis inter scribendum incubuerint, uti à studiosis fieri solet, quosvis adoriuntur; toties venæ sectione ac catharsi miti præmissis, emplastra opiata eò admovenda sunt, ut fibræ compressæ, semel retensæ, in primævum revertantur tonum. Opiata tandem profluvio omni, colliquationibusque (ea sunt diarrhœæ, vomitus, &c.) ac irritationibus cunctis prosunt. Quando verò sputi expectorationem reprimunt, & partes dolore tensas retendunt; non videmus, ut neoterici quidam opium

 particu-

particularum volatilium ope tantùm operari, etiamnum affirmare perfiſtant.

Huic Claſſi ſequentia referuntur.

Ex Pharmacopœïâ Londinenſi. Aqua Papaveris albi. Aqua Papaveris Rhœados. Aqua Papaveris compoſita. Aqua Paralyſeos. Aqua Theriacalis. Aqua Theriacalis per infuſionem. Diacodium. Diacodium tabulatum. Diaſcordium. Laudanum. Lohoch de Papavere. Mithridatium. Nepenthes opiatum. Oleum Hyoſcyami. Oleum Papaveris. Philonium Magiſtrale. Philonium Perſicum. Philonium Romanum. Pilulæ de Cynogloſſo. Pilulæ de Styrace. Pulvis Haly. Species Diatragacanthi frigidi. Syrupus de Meconio. *vid. Diacodium.* Syrupus de Payavere Erratico. Theriaca Andromachi. Theriaca Londinenſis.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Extractum Paregoricum. *In catarrhis, doloribus, vigiliis.* Laudanum liquidum cydoniatum. *Dolores ſedat, Phrenitides compeſcit, odontalgiam tollit.* Laudanum liquidum Tartariſatum. *v. Laud. liq. Cydon.* Laudanum ſine Opio, an eadem, atque opiata perficit, ſubdubitamus. Laudanum Starkii. *v. Pil. Matthæi.* Pilulæ Matthæi (ſive *Starkii*) ℈ß. ℈j. *In catarrhis, doloribus, profluviis, &c.* Pilulæ Pacificæ. *v. Pil. Matthæi.* Syr. de Croco ʒj. iij. & *ultra.* Tinctura Bezoartica ʒiij. ℥j. (*eſt etiam Cardiaca*) Extractum Hypnoticum. D. G Syr. Hypnoticus D. G. Syr. Hypnotic. Balſam. D. G. Tinctur. Opii D. G. Ung. Hæmorrhoidale D. G.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Externa, Cataplaſma Papaverinum. *Reſtringit, dolores ſedat.* Lintea Somnifera. *Somnum accerſunt.* Decoctum Pacificum ℥iij. iv. *Somnum urget.* Emulſio Pacifica ℥iv. *Spiritus compeſcit, ſomnum urget.* Enema Somniferum. *In Phrenitide, vigiliis; caute injiciatur.*

ART. II.

De Lacte.

Quantum ad lac, in *mollium* censum ascribi debet; verùm quoniam *lac*, præcipue *asininum*, aliquandiu exhibemus, id propter *regimen* ipsi idoneum mox delineabimus.

Atrophiæ essentiali primariæ, temperamentis salinis, hecticis ideo usui est, quia salium quorumvis aculeos efficaciter obvolvit, ac proinde morbis sale cujusvis speciei ortis subsidio erit. Empyemati præsto est, quippe quod hecticam alleviet: *Prackelius* jampridem advertit *Rutenos* & *Scythas* nunquam propterea leprâ conflictari, quod lacte fere solo vescantur. *Hippocrates Aphor.* 64. *Sect.* 5. Lactis usum in *febre lentá hecticá, & emaciatis deprædicat*, ex eo quòd tam refrigeret, quam nutrimentum suppeditet.

Non autem tantopere proderit *lac*, ut non subinde ægrotis incommodo sit: Nam ex *Lucæ Tozzi* observatione, ubi pulmones pituitæ vel puris sarcinâ gravantur, ubi ventriculi adest aciditas, ubi vasorum chyliferorum obturatione affliguntur laborantes, tantum abest, ut prosit, ut istos anhelos reddat, ut in ventriculo in grumos caseosos abeat, ut demum vasa magis suffarciat: Lac, asininum præcipuè, diarrhœis nocumento est, ex eo quòd, cum acidum diarrhœæ fermè causa sit; lacte coagulato, serum motui intestinorum peristaltico concitatiori obedit, ac deorsum fertur: Hinc fit, ut hypochondriacis, ac Phthisi, acido vel pituitâ oriundæ, noxæ sit; etiam ob eandem rationem nempe, quia sedes movet ex *Hippocratis Aphor.* 64. *Sect.* 5. [a] *Lac dare capite dolentibus, malum; malum verò etiam febricitantibus, & quibus hypochondria elevata sunt murmu-*

[a] Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν. κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι. κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες, καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι.

rantia & siticulosis. Malum autem & quibus dejectiones biliosæ, & qui in acutis sunt febribus.

Propinandum est lac asininum horis medicis, ventriculo jejuno, nempe vel vacuo; neque comedere usque eò licet, dum ventriculum tranaverit: Ab unciis octo inchoandum est, & quantitas in dies usque augeatur, quoad heminam unam & alterius dimidium devorent: Tepidiusculum sumatur, sive id ab asinâ ipsâmet aliquantò antè emulgeatur, sive in *Balneo Mariæ* tepefactum sit: Per mensis vel sex hebdomadarum spatium hauriatur: Quòd si in ventriculo acescat, uti ex *ructibus acidis* vel *diarrhœâ* palam fit, cum sacchari pauxillo, vel cum pulveribus testaceis exhibeatur; vel in ejus vicem serum lactis vel chinæ decoctum substituantur: Inter ejus usum vina & acida evitanda sunt: Exercitium, pro euphoriæ modulo, vel sit modicum vel nullum: Hinc ei vel superdormiendum vel nobis à motu interim abstinendum est: ab omnibus remediis, testaceis & opiatis demptis, nos interea dum contineamus: Prandendum est, at parcè ab eo cœnandum est.

Art. III.

De Aquis Chalybeatis.

Sect. I.

De Acidulis.

Discrimen inter Acidulas seu Spadanas, & Aquas atramentosas hoc est; cùm ambæ nempe sale martis scaturiant; atramentosæ tamen non salis istius tantum copiâ fruuntur uberiori, verum particulis quamplurimis metalli ipsius redundant; cùm Acidulæ sale gaudeant esurino extra martis sal, quod *vitriolum* est ipsum *martis*, modicum etiam *metalli* comprehendunt eæ. His præibatis ad *Acidularum* vires properandum est nobis.

Acidulæ igitur ex particulis aqueis, acidis, & vitriolicis præcipuè constant; ea propter fit, ut *appetitum prostratum* rursus acuant; quoniam acidum esurinum fluidis

fluidis ſuppeditant; *vomitioni* ideo auxilio ſunt, quia particulas alcalino-acres immutant: *Hecticis* adſunt, ex hoc quòd ſalium aculeos retundant, quod iſta diſgregando diluant; hincque eſt, quòd *ſcorbuto, malo hypochondriaco*, fervidis ſubſidio ſint; *arenulas* foris amandant, quippe cùm levitèr irritent, ſerumque ſanguini ſuppeditent; *ulceribus renum* opitulantur, ex *Hildani* ſententiâ, nam quando particulæ vitriolicæ ſunt ſtypticæ, meatus ulcerum apertos occludunt; verum non uſque in ulceribus conducunt, quoad pus excretum ſit laudabile, & quàm maximè puris excreti minuatur quantitas; huic ſententiæ *N. Tulpius l.* 2. *Obſ.* 53. aſtipulatur, nam hæc habet, *quibus (in ſordido veſicæ ulcere*, terebinthinâ, ligno nephritico, chalybe, aquâ mulsâ, &c.) *tamen omnibus, parum aut nihil proficientibus, confugit tandem ad aquam fontis ſpadani: Cujus certè continuo uſu, debellavit tam felicitèr deploratum illud veſicæ ulcus: Ut ſummè obſtupuerint, quibus id videbatur, habere certam deſperationem. Cephalalgiis* proſunt *bilioſis*, quippe quæ ſalia ferocia obvolvunt, diluunt, eaque foris per urinam eliminant; ex quo fiet, ut aculei, longis ſpatiis interjectis, ſegregati & divulſi non ultra irritare, vellicare, ſtimulare, organis inſidere, infigíve queant. Eximius vir *Baglivius* omnem ex medicorum animis ſcrupulum ſuſtulit, quo pacto obſtructiones à fibris criſpatis, corrugatis, diſtortis initium faciunt: quandò itaque fibras humectant, eaſque diſcingunt; abeſſe non poteſt, quin ſanguis, qui ad tempus ſubſtiterat, denuò pergat ac more ſolito in orbem pellatur: Hinc erit, quòd hydropi anaſarcæ ſubindè & in quibuſdam circumſtantiis opem ferant Acidulæ. Siquidem *flatus* ſunt materiæ cujuſvis colluctantis ſoboles, fieri non poteſt, quin *carminantia* magnoperè inter ſe diſcrepent; nam *flatus* exordium ſumentes à ſaburræ pituitoſæ, ſeroſæ, vel tartareæ luctâ, ſunt *frigidi*; hi autem à carminantibus aromaticis, amaris, fœtidis, acribus ſublevantur: *Flátus* verò, qui propter certamen, inter particulas bilioſas, acres, fixas, volatiles, aromaticas, amaras, acidaſque volatiles, factum, laborantes immaniter diſcruciare ſolent, carminantibus aqueis, tartareis

tareis plerunque cedunt; nam, ut *ſeni* divino morem geramus, *contrarietas remedio eſt.*

Cùm ſecundum adagium, *nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem*; Acidulæ non adeò ſunt emolumento, quin ſubinde improbentur: Quinimo pulmonum ulceribus ita ſunt damno, ut ulcerum labia propter copiam diſtrahant, ut ſudores accerſant colliquativos, ut diarrhœas introducant, ut crura mox advocent œdematoſa, ut demum extremum phthiſeos actum peragant. *Choleræ* ſunt incommodo, quoniam ſal vitriolicum nauſeam accerſit, nauſeâ autem vomitioni atroci adjectâ, laborantes in diſcrimen conjicimus extremum. *Aſthmati humido* exitio ideò ſunt, quia ſtyptica expuitioni criticæ impedimento ſunt, & aquea pituitam augent; hinc fit, ut, cacochymiâ per aquea auctâ, expuitione per ſtyptica repreſsâ, cauſæ tam remotæ quam proximæ immane quantum adjiciatur. *Profluvio mulierum menſtruo* perniciei ſunt, quia, cùm aſtringant ac ſimul refrigerent, periodum retardant: Quòd ſi gravidæ morbo laborarent bilioſo, non dubium eſt, quin iſtiuſmodi prodeſſent, quando ſalium ferociam retunderent, ea ſejungerent, fervorem reprimerent, iiſque id propter ſubſidio eſſent. *Chloroſi* cladi ſunt, quoniam uti chloroticarum ſanguis ſeroſis retundat particulis, ita aquea hauriendo morbo fomitem ſuperinjiceremus. *Ballonius l.* 3. *annot.* 1. *conſ.* 82. Aquarum chalybeatarum uſum in iis, qui ptyaliſmum experti ſunt, vituperat, his in verbis, " Iis, qui hydrargyroſin paſſi ſunt, " nocet aquarum naturalium uſus; ratio eſt, quod o-" dium intervenit calcantho, quo illæ aquæ imbuun-" tur, & argento vivo, quod à calcantho dicunt cogi, " coërceri & colligi, unde poſtea id argentum vivum " magis vires exercet in partes & eas corrumpit. Num verò inter calcanthum vel vitriolum ullum & hydrargyrum ſit aliqua diſſenſio, in *Pharmacomathiâ* erit opportunior dicendi locus.

Nobilis *Boylæus* in *obſerv. medicis & chymicis*, methodum nobis delineat, quâ *aquas Tunbrigenſes* exactè imitemur; nempè limaturæ martis unam accipit partem, aceti deſtillati decem partes; miſturam in Balneo

Mariæ

Mariæ aliquandiù, uſque nimirum, quoad colorem acquirit aureum, digerit; decapulat; dein unciis aquæ fontanæ octo, tincturæ hujus guttas quatuor affundit; tum habetis, inquit, aquam chalybeatam, acidulam, aquas *Tunbrigenſes* ſapore & viribus exactè æmulantem. *Schroderus* autem aquam chalybeatam hunc in modum per artis normas conficit; ſumit, nempè, limaturam martis, cui affundit *Clyſſum Antimonii*, & Balnei Mariæ ope fit tinctura, aquæ fontanæ injicienda: *Clyſſus Antimonii* ex *Libavii* & *Tenzilii* ſententiis fit, hunc in modum, ℞ *Antimonii crudi, Salis Nitri, Sulphuris ana p. æ. pulveriſentur, detonentur, & in aquam recipiantur*; quam *evaporate, & habetis* SPIRITUM ANTIMONII ACIDUM. F. *Platerus l.* 3. *obſ. p.* 610. *Tincturam Martis*, ex Limaturâ Martis & Aceto conficit.

Quandoquidem hydropotas erudire nobis ſupereſt, quî aquas minerales haurire debent; rem hanc paucis expediemus. 1. Alvus ſemel in die reſpondeat, ſaltem *pilulis maſtichinis* aliiſve lenibus proritetur. 2. Quoties in corpore moram trahunt; vel enemata vel cathartica, vel diuretica exhibeantur, nam evacuantia pro re natâ varianda ſunt. 3. Alterantia per totum potationis tempus propinanda ſunt. 4. Caveant, ne nimiùm genio inter uſum indulgeant. 5. Hemina una primùm haurienda eſt, deinde ſenſim ad heminas ſex uſque aſcendant; demum ſenſim ad heminam unam denuò deſcendant. 6. Cathartica priùs exhibeantur, quam earum aggrediamur uſum. 7. Inter potandum ſpatia eò conficiamus, ut per renes foris amandentur. 8. Cœna prandio, ex *Loſſii Conſ.* 5. lautior ſit. 9. Providendum eſt, ne inter uſum frigus ſuſcipiant potatores. 10. Diarrhœæ necnon cæteris ſymptomatis per remedia idonea occurrendum eſt.

Spadanæ inſigniores hæ ſunt; Geronſter, Pauhont, Savinir, Tonnelet (prope Leodium.) Greiſbach, Petrin, Antegaſt, Ribelſaw, Geberſwel, Schwalbach, Egran, Niderac, Deinach, Federan, Trevirenſes, Hornhauſen, *Pyrmont*. *In Angliâ*, Iſlingtonienſes, Tunbrigenſes, Ipſvicenſes, &c.

SECT. II.

De Aquis Atramentosis.

Quandò tam metallo ſcaturiunt Aquæ Martiatæ fortiores, quam vitriolo, id propter ſanguinem calefaciunt; appetitum proſtratum rurſum inſtaurant, propter ſal, quo gaudent, eſurinum; quatenùs diluunt, particulas viſceribus inſidentes noxias abſtergunt, calculumque per renes foris eliminant: Nervorum obſtructiones reſerant, ex eo quòd eæ particulis ponderoſis optimè cedere ſoleant. Ulceribus veſicæ, renum & oris opem ferunt, propterea quòd particulis abundent ſtypticis ulcerum labia occludentibus. Quoniam ſanguinis motum invigorant, necnon particulas illi adjiciunt agiles, chloroſi ſubſidio veniunt. Anaſarcis & fluori opitulantur albo, exhinc, nempe, quòd fibras laxas nimis tendant, necnon maſſam exagitent ſanguineam.

Arthritidi autem incommodo ſunt, & aſthmati; ex hoc quòd in primo caſu fluxum humorum criticum aliò devocent; deinde quod ſtypticitate ſuâ ſputum reprimant.

Eodem hauriuntur modo, quo ſuprà in Acidulis delineatum eſt à nobis.

ART. III.

De Thermis.

De Thermis eruditè ſcripſerunt *Blondel*, *Guido*, *Pierce*, *Liſterus*, & *Oliver*. *Liſterus* aſſerit Thermas noſtrates aquas, nempe, *Bathonienſes*, continere *Sal Calcareum*, *Sal Commune*, *Ochram*, & *Lapidem Calcareum*. Quî verò continuò fervidæ ſunt, alibi dicendum eſt; nos enim hic præcipuè earum energias explicaturi ſumus.

Proſunt igitur *externè*, *conceptionem* promovendo; nam quando propter calorem earum actualem vaſa maximè afficiunt, obſtructiones efficacitèr reſerant, præcipue

uè si statim à mensium periodo emensâ Balneo huic
iatent. *Morbis frigidis* opem ferunt, *Paralysi*, nem-
, *doloribus fixis*, *colicis flatulentis*, *articulis contractis*,
tibus, *ventriculis* à compotatione *laxatis*, *chlorosi*,
ori albo, *abortuique*; quoniam particulas viscidas in
nguine, succo nervoso, vel uspiam latitantes attenu-
t, inciduntque. *Calculo* opitulantur, ex eo quod per-
de calor atque aquæ *bituminosæ* quantitas ureteres
tant, ampliantque. Thermarum *lutum*, ex *Riverio*,
rrbis propterea aderit, quòd æquè dissipet ac emol-
t. *Sennertus* Thermarum aquas per enematis modum
anum injectas in *dysenteriis* deprædicat; ex hoc,
mpè, quòd & particulæ ipsarum molles salia septica
luant, & leniant, & particulæ ipsarum detersivæ hu-
orum descensum leniter proritent. Membra dolore
o laborantia antliæ ope vigesies, centies vel millies
irrigant, ut & caloris & percussionis vi humores im-
cti denuò in motum urgeantur; hincque fiet, ut
usa ipsorum proxima amoveatur.

Prosunt internè, in *morbis frigidis* & *chronicis* quibus-
inque, *colicis*, nempe, *Paralysibus*, *fluore albo*, *men-
um suppressione*, *obstructionibus*, *Hydropibus recentibus*,
chexiis, *sterilitate* & similibus quæ initium faciunt ab
imoribus viscidis, & acido-salinis, ex eo quod *acri-
oniam* diluant *frigidam*, uti *Sylvius* advertit; hincque
t, quòd scorbuto frigido, passioni hystericæ, malo
ypochondriaco, arthritidi, phthisi frigidæ, colicis, &
uptionibus quibusdam ac subinde siti subsidio veniant.
Verzasch in observationum libro, Thermas, ad pul-
onum vomicam maturandam ac proindè rumpen-
im, deprædicat. *Scholtzius* eas in vesicæ ulceribus
æconiis effert: *Ettmullerus* eas in diarrhœis diuturnis
udat; *Riverius* etiam illas in diarrhœis ab intestino-
im ulceribus ortis commendatas habet; *Guaynerius*
as in calculo elogiis celebrat. Quando enim diluunt,
etergent, luctam cient, motumque invigorant, quan-
o etiam meatus leniter occludunt; nil mirum, si in-
ntionibus variis faciant satis.

Nocent externè, in *Hæmoptysi*, *Asthmatis paroxysmo*,
hthisibus humoribus acribus ortis, *alvo* propter hu-
iores acres *constipatâ*; neque *renum ulceribus* ante

conferunt,

conferunt, quàm ea probè detergeantur; homines eis diutius aliquantò innatantibus torpidos reddunt: Nam uti tenuant, calefaciunt, evaporant, motumque instaurant, quinimò nimis urgent; vasa disrumpunt, sanguinem, pro usûs modulo, vel tenuem vel lentum efficiunt.

Nocent internè, in *Hæmoptysi*, vel quovis *sanguinis fluxu*, *Epilepsiis*, *Convulsionibus* cunctis, *sanguine fervidiori*, *spiritibus mobilibus* nimis; in omni *evacuatione* per per anum, vomitum, urinam vel sudorem: In pulmonum morbis frigidiuscula hauriantur.

Hunc in modum hauriantur: 1. Ab horâ sextâ matutinâ ad nonam vel decimam antepomeridianam usque bibantur. 2. Heminæ dimidium primùm hauriant; sensimque ad tres sextarios usque ascendant. 3. Potatio per hebdomadas sex duret. 4. Cyathos aliquot in pastu cum vino ebibant. 5. Ab eorum usu paulisper circumambulent, præcipuè ubi torpidi vel somnolenti fiunt. 6. Præmittantur cathartica vel venæ sectio, priusquam in usum trahantur. 7. Alterantia idonea per totum potationis tempus sedulò exhibeantur. 8. Cibus non est usque sumendus, dum urinæ color redeat naturalis citrina, dumque foris per urinam amandentur. 9. Cœna prandio multò sit lautior. 10. Quoties retinentur & in intestinorum ductu moras trahunt, toties per enemata foris eliminentur. 11. Alvus vel sponte vel stimulantibus semel in die, præcipuè diluculo, respondeat. 12. Quo temperatiores sunt, eò diutiùs in earum persistendum est usu. 13. Vomitionibus indè natis enematum, catharticorum lenium opiatorumque usu opem ferimus, vel parumper eis desuescamus. 14. *Appetitui prostrato* inde prognato, *Hypercatharsi*, *Ægritudini*, vel alteri *cuivis symptomati*, non aliis methodis, atque eis, quibus aliis temporibus utimur, obviam imus. 15. *Somnolentiæ* frictionum ope, ambulando, ex *Lossio*, occurritur.

Quantum ad *Thermolusian*, seu Balneationem: hæc advertenda sunt. 1. Prius venæ sectio & cathartica in usum trahantur, quam laventur. 2. Inter balneandum, frigus vel error quivis in sex rebus non-naturalibus vel etiam in non-necessariis sedulò evitetur. 3. Balneum

jejuni

jejuni intremus. Cœna prandio sit largior. 4. Balneatione finitâ, psychrolusian usurpent. 5. Sanguinem incrassant, refrigerantque, dummodo paulò diutius eis immoremur; ex eo quòd fluida tenuando & evaporando, residuum erit lentius. 6. Sanguinem calefaciunt, si tamen per tempus breve (minuta duo, tria) eis immoremur & à pastu balneemur. 7. Inter balneandum cyathum unum vel alterum hauriant. 8. Se in Thermis magis temperatis primùm balneent; deinde calidissimas introeant.

ART. V.

De Psychrolusiâ.

Immersionem in aquâ frigidâ primus commemoravit *Corn. Celsus l. 5. c. 27.* quam denuò *Floyerus* & *Baynard* in usum receperunt.

Morbis variis, iisque à causis contrariis initium facientibus opem feret: Nam pro eo ac usurpatur, vel *refrigerat* vel *calefacit*: Ut paradoxon hoc melius capiatur, paulisper attendite.

Quatenùs fibras contrahit fluidorum propulsio eò vehementiùs peragetur; quando fibræ igitur magis in directum exindè ponuntur, etiam quando magis in angustum coguntur; fieri non poteſt, ut, cùm fibrarum diametri minuantur, & vasa fluidis turgescant, liquores non multò ocyùs circumpellantur; motu invigorato, & accelerato, augescit calor, sanguis tenuatur, secretionum ductus reserantur, primævum & nativum demum redit fluidorum & solidorum temperamentum. Quoties è contrariò aquæ frigidæ paulò diutiùs immoramur, toties fibris, præ fontis frigiditate, nimium compressis, & sanguine, præ aquæ contactu, densato, morbi frigidi mox exordium exinde sumunt: Quocirca pro eo ut usurpatur immersio, quod demonstrandum erat, sanguis vel friget, vel calet: Hinc si ante pastum aquam ingrediamur, & ad brevè tempus ei immoremur, nos calefaciet, è contrariò vero, si à pastu & diutius usurpetur, corpus refrigerat. Tam hecticis itaque, &

ſtatui ſanguinis præfervido, quam melancholiæ aderit frigidæ; obſtructionibus finem imponit; cephalalgiis, ophthalmiis in declinatione, melancholiæ, ex *Lucâ Tozzi*, pervigiliis, ex *Dolæo* maniæ, *hydrophobiæ*, eruptionibus leproſis, ſtuporibus, epilepſiis, colicis, vigiliis & quamplurimis aliis morbis opem feret; hoc tamen obiter notandum eſt, quòd inflammationibus, languentibus, morbis contumacibus nimis, ſchirris, nempè, phthiſi, cæteriſque ubi fibrarum tonus ultra modum læditur, nocumento eſt: De cæteris *Floyeri* librum conſulatis.

Quando *variolæ* per annos aliquot præteritos magis malignæ & lethiferæ, quàm antehàc fuerunt, in mentem venit, pſychroluſian aliquâ ex parte huic cædi anſam præbuiſſe; nam, uti frequentiùs nunc quam antè immerſioni conſulunt medici, ac uti cutis fibras paſſim aqua indurat, ſic ſiquis mox ab immerſione variolis corriperetur, fieri vix poterit, ut iſte non morte præmaturâ intercipiatur: Exemplum nobis propè inſtat, amici, nempè cujuſdam filioli natum ibant, eorum alter ſubmerſus eſt, alter variolis è veſtigio correptus eſt, quibus ἀνομάλως erumpentibus, puſtulæ maturationi nequaquam omnino pares erant, cæterum mictus ſanguineus ſe in conſpectum dedit, deliria infeſtabant, pulſus myurus & formicans erat, ſymptomatis variis lethalibus ita premebatur ægrotulus, ut quaſi præfocatus extremam emiſerit animam. Exhinc inferre licet, variolas nunquam paſſos caute immergendos eſſe.

ART. VI.

De Infuſione.

Medicamenta ſubinde vaſis infunduntur, uti ab authoribus traditum eſt; ex quo fit, ut effectus ſuos paulò maturiùs edant. In *Actis Philoſophicis* n°. 459. Sermo fit de milite, cui medicamentum catharticum venis infundebatur, quod pro voto operabatur, nodumque auferebat; *Ettmullerus* ait catharticum *Dantiſci* injectum fuiſſe, quod ex ſcammonii granis ſeptem ſoluti

luti in essentiæ guaiaci drachmis tribus constabat; idem ibidem asserit diætetica voto non cedere, cæterum cathartica raro spem fallere; ipse quoque jubet, ut medicamenta injecta affectui ex diametro contrarientur, *p.* 236. *In Chirurg. Infusor.* *Joh. Dolæus* laudat opiata in pervigilio injecta, *p.* 68. Salium volatilium in catalepsi injectionem, *p.* 75. Salium volatilium opio maritatorum in epilepsiâ injectionem, *p.* 101. Tincturam martis rustici cujusdam venis cum eventu prospero in melancholiâ immisit, *p.* 40. Antiparalytica in paralysi fœlici injecit exitu, *p.* 126.

Quando verò hâc de re non experti loquimur, cuique integrum sit, quod ipsi videbitur, de infusione proferre.

Num variolarum immissio seu inoculatio perinde nobis atque Turcis adesset, nos fugit; timendum autem est, ne calor climatis nostri sit impedimento, quo minùs vota cedere, at consulatis *Act. Phil.* à D^no^ *Pilarino* communicata.

Art. VII.

Axiomata de Monitis Localibus 'Αφορισικά.

Sat abundè de evacuationum, alterantium, infusionis methodis egimus; nunc superest, ut de *monitis localibus* etiam in posterum agamus. *Contrarietas* & *mediocritas* medicis cordi sint; his enim posthabitis, strages, non salus petitur. Quocirca sequentia observentur,

In Capite.

Topica medullæ spinali admoveantur.

Remedia cephalica ex vegetabilium regno plerunque petuntur.

Somnambuli dormiant in cubiculo probè clauso; cœna paucior sit; non somno statim à cœnâ indulgeant. *H. Regius.* non tam medicamentis quam mentis informatione sanantur; nec *diutius* objecto uni mens affigatur, verum omnia ritè examinent. *F. Sylvius, p.* 477.

In *incubo*, vitetur somnus statim à cibo. *Nic. Piso.*

In *capitis laxitate* vocis conducit exercitatio. *Baglivius.*

Capiti confert equitatio. *Baglivius.*

In *spasmo cynico* sternutatoria valent. *N. Piso. Valesc. de Tarenta.*

In *motus impotentiâ à frigore*, aquâ frigidâ laventur, & igni non appropinquent. *R. Boyle.*

In melancholiâ hypochondriacâ venus modica prodest. *Heir. Mercurial. consult.* 22. *p.* 55.

In pervigilio usque vigilent, quoad stare nequeunt. *Galenus.* Coitus prodest modicus, *ex Paulo.* Vigiliæ & coitus. *Th. Craanen.*

In *epilepsia* & *motibus convulsivis*, membra non sunt coërcenda tempore paroxysmi; quia hæc cohibitio est violenta, unde major musculi contentio erit. *N. Chesneau l. obs. c.* 2. *de epilepsiâ.*

In *hydrope cerebri*, postura eò sit prona, ut lympha in infundibulum ruat; alioqui si sit supina in medullam spinalem profluet. *Lower de corde.*

In Oculis.

Repellentia potissimum in usu sint.

Maturationem promoventia evitanda sunt.

Mucilaginosa quàm optime conducunt.

Perspicilla citra urgentem necessitatem non sunt usurpanda. *Ex Duditio.*

Post medicamentorum instillationem supini jaceant.

Postquam collyria instillantur, circumrotentur oculi.

Remedia oculis spongiæ ope optimè admoventur. *H. Ridley.*

In Auribus.

Roborantia plerunque admovenda sunt, ex eo quòd eæ quam sæpissimè relaxantur.

Topica tepidè instillentur, postquam meatum à sorde seu cerumine mundavistis.

Guttæ tres vel quatuor pro unicâ vice sufficiunt.

In aurem contrariam aliquandiu à remedii usu jaceant.

Quoties pus extrahendum est, auris ulcerata prona sit.

Medicamento instillato, obturentur aures.

In Ore.

Tumor in ore *schirrhosus*, ligaturâ, si possit, curatur. *Baldvinus Ronsæus Epist.* 7. *Miscellan. Medicinal.*

In *Odontalgiâ* à dente cavo, adeò tegatur terebinthinâ coctâ, vel plumbo laminato, ut aër non ingrediatur.

Dentes sine ferro extrahere. Pastinacâ marinâ. *Matthiolus.* Capsulis ex gumm. arboris mori oculis vitis albæ. *Montuus.* Radice asparagi siccatâ *Mizaldus.* Colocynthide sylvestri coctâ. *Bayrus.* Helleborastro. ast fides sit penes authores. Oleo vitrioli subindè instillato & iterato.

In *Siti*, masticatoria salivam evocant. Sitim cohibet, os claudere, tacere, ventum cum potu frigido inspirando fortiter trahere. *Hippoc. l. Epid.* 6. *Sect.* 3.

Oscitationes assiduas, longa inspiratio sanat. *Hippocrat. Epidem. l.* 2. *Sect.* 3. Aph. 9.

In Larynge.

In *Deglutitione læsâ*, clysteribus nutritivis utantur, cucurbitula colli vertebris admoveatur. *G. Harris de Anginâ.* Injiciatur nutrimentum per gutturnium cum syringâ. *T. Willis.* Laryngotomia seu bronchotomia celebretur. *La Charriere, &c.*

In Naso.

In Sternutatione, attractione & retractione validâ spiritûs. *Sennert. de Sternutatione.* Frictione oculi juvatur. *Dekkers p.* 38. *&* 42. *ex Cassio.*

In Hæmorrhagiâ, cucurbitulæ admoveantur nuchæ; epithemata cordi, fronti, testibus, mammis, nuchæ; turundæ intrudantur naribus; acetum destillatum auri instilletur; cucurbitulæ hypochondriis applicentur; à lecto se contineant, nisi languidi valdè sint. *Willis.*

In Gulâ.

In Paralysi Gulæ, instrumentum ex pinnâ cetaceâ cum spongiâ (fibulâ apici hujus virgulæ affixâ) cibum detrudit. *Willis de Paralysi.*

In Sinu frontali.

Medicamenta illùc suffiendo convehuntur; quando autem sanies ad nares descenderit, ste nutatoria foris illud amandant.

In Capillis.

Ut *Crispi* fiant, laventur in decocto, radicum ebuli, vel cornu cervini, cum oleo olivarum primùm inuncti. *A. Schmitzius.*

Capillos Aureos facere, coquatur radix alcannæ in vino; capilli cum hoc liquore laventur; tum utamini pectine eburneo; *A. Lusitan. c.* 3. *curat.* 59. *Ballon. l.* 2. *c.* 74. vel lupinis cum nitro & aquâ tritis fricentur. *Hollerius.*

Capillos rufos facere, decocto buxi laventur.

Crines nigrore tinguntur, caustico lunari in aquâ soluto; fuligine è fumo candelæ, cereæ præcipuè, in patinâ chinensi receptâ, & affrictâ; cum aquâ capitelli lythargyri, & calce vivâ, ut formam luti mollis recipiat, fricentur; cutis non tangenda verum capilli tantum. *Cardanus de sanitate tuendâ, c.* 15. *l.* 4. Pice liquidâ oleo mistâ. *Hollerius in Perioch.*

In Collo.

Strumæ, si non possint discuti, maturari, detergeri, vel extirpari, tactu curentur regio. *Barbette. Wiseman.*

In Ventriculo.

Relaxantia non nimiùm in usum trahantur.

Pulveres citra diluentium vel salium fixorum usum non in usum nimis vocentur.

Medicamentorum farrago evitanda est.

Roborantia vacuo ventriculo exhibeantur.

Lenis deambulatio ventriculo convenit. *Baglivius.*

Quando adsunt *flatus melancholici*, stricte ligetur ventriculus, ut impediantur ii, & melius fiat concoctio. *N. Piso de melancholiâ.* Compressio igitur coctionem uti neoterici affirmant, juvat.

In *Vomitu*, adhibeantur clysteres, cucurbitulæ supra ventriculum; solida potius quam liquida exhibeantur. *J. Wald*

J. Waldschmidt. p. 205. Tegumentorum ope & pondere usque utantur, dum sudor promanet, in *peste* ubi adest *vomitus. T. Sydenham.* In infantibus ubi lac evomunt, mulieres Hispanicæ hydrargyri grana tria vel quatuor exhibent. *Joh. Baptista Zapata Secret. Med. c.* 5. Ubi *Pylori* adest *Schirrhus*, liquida sola propinanda sunt. *Vomentes*, in balneo sedeant, interea dum medicamenta sumunt; immergantur manus ex improvisò in aquam frigidam; clysteres injiciantur opiati; parum comedant unicâ vice.

In *Singultu*, ligatura dolorosa partium extremarum, spiritûs compressio, vociferatio, deambulatio, gestatio, equitatio, conducunt; venter, abdomen nempè, comprimatur. *N. Piso, l.* 3. *c.* 7. Sternutatio convenit, *Riverius.* Terror, gaudium, *Sennertus, c.* 10. Sternutamenta prosunt. *Duret. in Holler. p.* 256. *ab Hippoc. Aph.* 19. *l.* 6.

In *Fastidio*, cogendi sunt minis & omnibus quæ valere possunt. *Ferdinand. Mena c.* 15. *de medendâ febre.*

In *Colicâ*, cingulo constringantur laborantes.

In Intestinis.

In *Colicâ*, itineratio convenit. *Baglivius.*

In *Vermibus*, spongia lacte dulci illita, est glans optima. *Fred. Dekkers.*

In *Diarrhœâ*, tegumentorum pondere usque onerentur ægroti in *peste*, donec sudor profluat. *T. Sydenham.* Cibos assos potius quam elixos usurpent. *J. Dolæus p.* 299. Saltatio nocet. *J. Dolæus p.* 300. Scortatio impudens valet. *L. Riverius.*

In *Vermibus*, remedia jejuni capiant; non statim ab usu cibandum est, sæpius pro aliis mutentur; vehementiora evitanda sunt.

In *Herniâ Intestinali* chalybem internè, & magnetem pulverisatum, cum unguento apostolorum mistum, externè inguini illitum deprædicavit olim *J. Riolanus*; hodiernâ autem experientiâ edocti sumus, magnetem pulverisatum non omnino chalybem ad se trahere. *J. Rohault. Physique.*

Morbi *in Intestinis Crassis*, cum remediis injectis sanantur. In *Tenuibus*, cum assumptis. *Valesc. de Taren-*

ta: Cùm ambo laborent, cum injectis & assumptis simul. *Id. Ibid.*

In alvo astrictâ, deambulent in pavimento. *Sennertus*; frigido lapide insidentes vel pavimentum calcantes, Diarrhœà corripiuntur. *J. Dolæus*, p. 299.

In Ano.

Sanguis in *Hæmorrhoidibus* per sanguisugas extractus hoc modo promanare cogatur; sedeat, nempe, super solium aquæ tepidæ, fervidæ, cui vasculum subjiciatur pro sanguinis receptione. *J. Horne Microtechn.*

Ano remedia admoventur, per glandes, fotus, insessus, suffitus; alvo constipati non mingant nisi vesica sit plena, tumque simul irritabitur anus. *Ettmuller.* p. 14. *T.* 1. §. 7.

Sanguinem sistit & dysenteriam sanat, si fæces purulentæ super alumen vitrioli rejiciantur. *Ettmuller.* p. 51.

In Liene.

Dulcia istis damno sunt. (τὰ δ' γλυκέα βλαβερά.) Sed an quia acescunt, luctamque cient, an quia humorum viscidorum cumulo aliquid adjiciunt, non litem componimus.

Hypochondriacorum alvus semel quotidie respondeat. *Mercurial.* p. 7. *Consult.* 12.

In Mesenterio.

Equitatio morbis Mesenterii prodest. *Baglivius.*

In Renibus.

In Calculo, & Renibus laxis, globulorum usus prodest. *Baglivius.*

Nephritici non mingant super prunas. *Ettmuller.* p. 51.

Topica lumbis admovenda sunt.

In Utero.

In partu laborioso, coitus usurpetur. *Riverius reform.* &c.

Mensium in vetulis fluxus deficiens, venæ sectione, catharsi, aliisque evacuationibus suppletur. *H. Ridley.*

In *Suffocatione Uteri*, evitanda dulcia, acida, frigida, suaveolentia, ira, terror. *J. Waldschmidt. p.* 252.

Ubi fœtus mortuus in utero fuit, pulmones eorum, quumprimum nati sunt, aquæ fundum petunt. *Ettmuller. p.* 42. *T.* 1.

Utero remedia per mentrenchyton, suffitus, &c. convehuntur.

Menses non sunt in gravidis, infantibus, vetulis, nuptis, lactantibus, emaciatis proritandi.

Menses promovendi non sunt; nisi recens & nuper suppressi, præter certè quam ubi periodus usitata instat.

Remedia conceptum roborantia non exhibenda sunt, nisi emenso secundo conceptionis mense.

Purgantia inter menstruandum, citra urgentiam, evitanda sunt.

Parturientes non somno priùs indulgeant, quàm horæ aliquot elapsæ sunt.

Inter puerperium motus, frigus, terrores, ingluvies evitentur.

Fœtus non ante excludatur, quàm postura sit naturalis (z. caput vel pedes se in conspectum dant,) & quàm colliquamentum posuerit.

Carnes, quicquid obstetrices contrà garriunt, non antè comedendæ sunt, quam dies quintus vel septimus elapsus est.

In Hepate.

In Hepate obstructo, succussus, emetica conducunt.

In Vesicâ.

Ischuria à Calculo, insufflando in vesicam, & digitorum ope in anum intrusorum extrudi potest calculus. *Groenvelt. Mayerne.*

In *Delirio*, cimices in urethram intrudantur. *Riolanus.*

Ischuria à quâcunque causâ superabili, per pedum immersionem improvisam in aquam fervidam sanatur. *Ettmuller. p.* 383.

Germanus

Germanus quidam calculum instrumento quodam fregit, quod nulli impertivit. *N. Chesneau, p.* 346.

Injectiones optimè pelluntur in vesicam catheteris ope.

In *Calculo Vesicæ*, ubi calculus non potest ullo modo excludi, vomitus, præcipuè in mulieribus, convenit. *Ettmuller. p.* 376. *Poterius c.* 3. *cap.* 74.

In Pulmonibus.

In *Pulmonum morbis*, evitemus venerem, iram, aërem austrinum, vespertinum, loca subterranea, templa, flumina. *J. Waldschmidt. de Phthisi.*

Sagittatio pulmonibus & thoraci prodest. *Baglivius.*

In *Pulmonum morbis à laxitate, pituitâ*, vocis exercitatio prodest. *Georg. Baglivius.*

In *Pulmonibus infarctis*, emetica prosunt.

In *Asthmate*, caput sublime sit; exiguum potûs exhibeatur; unicâ vice paululum hauriatur; fugiant cœnam. *Nic. Piso.* Pectus sit nudum, vel leviter tectum, aër ad frigiditatem vergat. *Sennert.* Iracundia evitetur. *Hippoc. Epidem.* 6. §. 4. (*In Anhelis* 2.) Evitentur loca fumo repleta, situs sit erectus, domus in aprico sita sit. *J. Floyer.*

In *Tussi Convulsivâ*, ponatur infans in frumenti receptaculum. *Th. Willis.*

In *Tussi Infantum*, penna vel digitus oleo illita & faucibus intrusa expectorationem provocant. *Ettmuller. p.* 637.

In *Pleuritide rupturâ*, sternutatio, vomitus, loquela intenta, tussitio, volutatio de latere in latus conducunt. *Sennertus, c.* 16. *l.* 2. Consanguineus noster *Johannes Strother*, Vir qui tam *Polyphemo* staturâ, quam *Atlanti* viribus haud impar forsan erat, perpotationi deditus, in pleuritidem incidit, quæ malè, propter venæ sectionis omissionem, judicata fuit; cùm per annum ferè tussi siccâ, respiratione anhelâ à motu, cruribus œdematosis laborasset, & per totum tempus strenuè cyathis, vino, vel spiritu vini Gallici diffluentibus, incubuisset, tandem famuli ipsius jucunditate, qui heri sui animum, tam morionem quam cybisteres agendo, recreare conatus omnes adhibuit, propter risum *vomica* disrupta est,

ſt, pus uberrimè non ſine ſuffocationis diſcrimine proſiliit, &, à methodis alibi inculcandis, in priſtinam valetudinem ex morbo hoc gravi aſſurrexit.

Pulmones à frigore tueri, fumigent petum, maſticentur volatilia, uvis paſſulis in ſpiritu aniſi maceratis vecantur. *Ettmuller*, p. 402.

In *Tuſſi Siccâ*, ab aëre vel potu frigidis, expiratione compreſsâ juvatur. *F. Sylvius. l.* 1. *c.* 23.

In *Phthiſi*, tria vitam conſervant, legitimus, nempe, uſus lactis, uſus traumaticorum, & mutatio aëris. *Ettmuller. p.* 283.

Medicus nequaquam tuſſim excitet, ſed eam tantum promoveat. *J. Wallæus Method. medend. p.* 243.

In Pene.

In *Pollutione nocturnâ*, dormitum iturus liget filum ad collum & virgæ collum ſtrictè; erecto membro dolor virgæ iſtum expergefaciet. *Pet. Foreſt. l.* 26. *obſ.* 17.

In Corde.

In *Syncope*, 1°. Nares & os comprimantur; fricetur os ventriculi & jubete ut evomant; aſpergantur aquâ roſarum, &c. 2°. Decubitus ſupinus, ſternutantia, naſo admovendo panem calidum; vociferatio, concuſſio, contorſio digitorum, crinium vulſio, frictio, ligatura, cucurbitulæ. *N. Piſo. Riverius.* Lingua fricetur aquâ cinnamomi, *Sennertus.* Si à genu flexione, ubi inteſtina, præ poſturâ, arteriam premunt aortam ac motui circulari ad partes inferiores moras injiciunt; ex quo fit, ut cor ſanguine ſuperfluo redundet, poſtura mox mutetur, &c.

In Cute.

In *Scabie retropulsâ*, contagium renovetur per contubernalem ſcabioſum. *Ettmuller.* urticentur.

Fotus cuti in veſicâ bubulâ ſemiplenâ admoveantur, *F. Sylvius. l.* 1. *c.* 40.

In *Ulceribus ſuppreſſis*, vel *parcè fluentibus*, fontanellæ prope locum aperiantur, veſicatoria admoveantur. *Morton. Phthiſiolog.*

In

In Variolis & Morbillis.

Ad *præveniendas variolas, vel morbillos malignos,* seca venam umbilicalem, & finatur sanguis effluere pro viribus, & postea non tentabitur homo vel puellus variolis nisi salubribus. *Nic. Chesneau. J. Riolan. l. 4. c. 5. De Variolis & Morbillis.*

In Mammis.

Lac attrahunt ad Mammas cucurbitulæ, caniculus nondum dentatus. *Ettmullerus.*

In Idiosyncrasiâ.

Vini odium infert, rana viridis in eo infusa inquit *Gesner. l 4. Histor. Animal. Aquatic. p.* 953.

In Peste.

Bombardarum explosiones frequentes, utiles sunt; *Joh. Doleus, p.* 549. Saliva non deglutienda est. *Id. p.* 558.

De Oeconomiâ ægrotantium.

Sudores provocantur, si corio insuantur ægroti utrinque aperto, & ad summitatem infundatur aqua calida; item folli, in quo globulus ignitus figatur, exuffla, sudores invitantur. *Joh. Horne Microtechn. p.* 164.

In imbecillitate à febre &c. inductâ, nutriantur ex cyatho cum syphone annexâ, mingant ex matulâ vitreâ. *D. G.*

In *Longis Morbis,* terram mutare confert. *Hippoc. Epidem. l. 6. Sect.* 5. 19.

Si mulier elaterium aut cucumerem sylvestrem comederit, etiam puer purgatur. *Hippoc. l. Epid. 6. Sect.* 5. § 33.

Increscentes morbos, coitus exasperat. *Hippoc. l. Epid. 6. Sect.* 5. §. 25.

Articulis & *Carnibus* labor confert; *visceribus* verò, cibus & somnus; *Animæ,* deambulatio; cogitatio, *Hominibus. Hippoc. l. Epid. 6. Sect.* 5. §. 9.

Iis, qui non bibunt, vel ne, vix quidem, brevis spiratio plurimum confert. *Hippoc. l. Epid. 2. Sect.* 3.

In

In difficultate clysterem injiciendi in hæmorrhoidibus dolentibus vel ulceratis, obvolvatur fistula pulli intestinulo. *River. Reformat.*

De Partium Consensu.

Pedes cum alvo consentiunt; quia deambulatio in pavimento laxat eam; mammæ cum utero; quia titillatis uterus prurit; caput cum utero, quia dolor frigidus capitis exinde sæpè nascitur. *Ettmuller. T.* 1. *p.* 8. §. 24.

De Methodo Remedia ad partes convehendi.

Suffituum ope, naso, utero, ori, sinui frontali, pulmonibus, uvulæ, auribus, ano advehuntur.

Injectionum ope, naso, utero, ori, peni, ano, *auribus.*

Turundarum ope, naso, ano; *Candelarum ope*, peni.

Pulverum insufflatorum ope, naso, ori.

Epithemata, cordi, fronti, nuchæ, testibus, mammis admota, hæmorrhagiæ prosunt.

Pessorum ope, uteri vaginæ; *Nastalium vero ope*, si virgines sint.

In suppressâ urinâ, catheter, candela cerea, haustus largiores prosunt si sit *à Calculo Renum*; pronum caput sit aliquandiu, ubi sit *à Calculo Vesicæ*; ubi autem ab inflamatione & ischuria sit vera, puncturâ in perinæo & cannulâ educitur urina. *Le Crerc.*

De Mortuis Renunciatio.

An submersi sunt, & an vivi in aquas præcipitabantur; tum tota alvus aquâ intumescit; à naribus mucosa, ex ore spumosa defluunt; extremi digiti excoriari censentur. *A. Schmitz.*

An infans suffocatus est, anteà perbellè se habuit; os, nares, spumâ madent; pulmones secti spumosi sunt. *A. Schmitz.*

An quis vulneratus, mortuus an vivus fuit, quando vulnera recepit; si vivus, labra vulneris rubra, cruenta, tumida & in ambitu livida sunt. *A. Schmitz.*

An mortui fulmine icti fuerunt; sulphureum spirat corpus odorem; canes illud tangere recusant; ossa sunt contrita sub parte integrâ & vulneratâ; vulnus est

 nigrum

nigrum; in partem ictam cadit corpus; si vigilans ictus fuit, oculi clauduntur; si verò dormiens, aperiuntur. *A. Schmitz. Bohnius.*

Num infans recens enixus mortuus fuit in utero, an post partum occisus; si natus mortuus sit, pulmones execti & in aquam immersi ad imum subsident; si occisus, emergunt.

Quanquam axiomatum horum ætiologia in promptu sit, sed lectoribus nostris labore nimio tædium non afferemus; quocirca hic plura desint.

APPENDIX.



UT institutum hoc sit omnibus numeris absolutum, nobis animus est, emetica, cathartica enemata & suppositoria in parte hujus libri primâ omissa hic subjungere: Quocirca emeticis, &c. adjiciantur sequentia.

EMETICA.

Mitiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Acetum Scillitic. Aq. Iugland composit. Aq. Nicotian. Mel Scillitic. Oxymel. Scillitic. Mel Scillitic. comp. Vitriol. alb.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Decoct. Digital. Pilulæ Vomitoriæ Ꝺiv. v. Serum Aluminatum.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. v. p. 79, 80.

Fortiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Croc. Metallor. Merc. Vitæ, Oleum Nicotianæ, Turpethum Minerale. Vinum Antimoniale. Vinum Benedictum.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Antimon. resuscitat. Apozem. potenter expectorans cochl. iij. vij. Aq. Fornicar. cochl. j. Decoct. Reguli. Extract. Petic. ℈ij. Magister. Git. gr. x. ʒß. Merc. præcip. per se gr. iij. vj. Merc. præcip. rub. Oxysacchar. Emetic. ℥j. & ultra. Panacea aurea. Pilul. Antimonial. ℈ß. ʒj. Sp. Tabac. ʒj. iij. Sulph. Antimon. gr. v. x. Sulph. Antim. combustibile, gr. v. x. Tabul. Emetic. gr. xvj. lx. Tartar. Antimon. ℈j. ʒß. Tart. Emetic. gr. iij. Tinctur. Antimon, Emetic. gtt. x.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri, v. Edition. quintæ p. 80. 81. ubi jubet tirones, ut adeò famæ suæ consulant, ut fortiora jugiter evitent Emetica.

CATHARTICA.

Mitiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Cassia extra sine sennâ. Cassia extract. cum Senn. Catholicon. Decoct. Amar. Decoct. Senn. Gereon. Diacassia cum Mannâ. Diaprun. Laxativ. Diaprun. Solutiv. Elect. de Citro Solutiv. Elect. Lenitiv. Elect. è Succ. Rosar. Elix. Prop. Hier. cum Agaric. Hier. Picra simp. Mel Rosar. Solutiv. Pilul. de Aloe lotâ, Aloephang. de Cret. Palmarii, Diambræ, de Eupator. maj. Hieræ cum Agaric. Imperiales. Macri. Mastichin. Ruffi. Stomachic. Stomachic. cum Gummi. de Succino. Tartar. ex Tribus. Vaticanæ. Pulv. Senn. comp. maj. & min. Syr. de Cichor. cum Rheo de Rhabarb. Rosac. Solutiv. Solutiv. cum agaric. Syr. Ros. Sol. cum Senn. Troch. de Rhabarb.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Dec. Amar. ℥iv. Dec. Polychrest. ℥iv. viii. Dec. ad Strum. ℥iij. iv. Infus. Benedict. ℥iv. vj. Mixtur. Anticolic. ℥iiß. Nit. Cathart. ℈j. ʒß. Pil. de Ammon. Magist. ℈j. ʒß. P. Angel. ʒß. P. Marocostin. ℈j. ʒj. P. Pavii. no. x. xx. P. Tartar. Bontii. ℈ß ʒß. Potio alb. Ptisan. Cathart. ℥viij. Sal. Mart. Cathart. gr. xii. Tinct. Asthmatic. coch. ij.

h. f. iij. m. Tinct. Cathart. Ridgleii. cochl. ij. iij. iv. Tinct. Scorbut. ℥ij. ij. Vin. Arthrit. purg. ℥iv.

Balf. Tartar. ʒß. Dec. Rhabarb. ℥iv. Elix. Salut. coch. j. ii. h. f. & iij. iv. m. Ol. Aloetic. *externè umbilico illinatur.* Passul. Laxativ. Sacch. Persicor. Sal. Polychrest. ʒj. iij. Tart. Laxativ. gr. xv. ʒß. Tinct. Hier. ℥ij. iv. Tinct. Propriet. *v. Elix. Prop.* Tinct. Rhabarb. cochl. ij. iij. iv. Tinct. Stomachic. cochl. j. ij. iij. ante pastum, ℥iij. mane.

Ex Pharmacopœiâ Fulleri. Bol. de Cassiâ. Bol. Luteus. Cerevis. purg. ℔j. Cerevis. scorb. cal. Dec. Agaric. Dec. Cachect. ℥v. Decoct. Copragog. Dec. Cathart. Dec. Cort. Jugland. purg. Dec. purg. com. Dec. Sanct. purg. Dec. Tart. purg. Elect. Corinth. El. Laxans. El. de Mannâ. E. de Rhab. E. Tamarind. E. Tartar. Infus. Purg. Inf. Rhab. c. Mistur. Tereb. Ol. Rhabarb. Passul. Antihelmint. P. Laxativ. P. Purg. Pil. Ammon. Stom. P. Benedict. P. Cachect. P. Cephalic. P. Chal. purg. P. de Guaiaco. P. de Rheo. P. Sanctæ. P. Stom. purg. Potio de Ammon. P. Lenitiv. P. Purg. Nephrit. P. de Rhabarb. Pulv. Laxans. P. Rhab. Serum Deoppil. Tinct. Purg. Cephal. T. Rhab. Vin. Amar. Cathart. Vin. Cathartic. *Quantum ad doses authorem consulite.*

Fortiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Benedicta Laxativa. Caryocostinum. Confect. Hamech. Decoct. Epithymi. Diacartham. Diagrydium. Diaphœnic. Diaturb. cum Rhab. Elaterium. Elect. Amar. minus. Elect. Magistral. majus. Ellebor. Nig. pp. Esul. pp. Fæcul. Ari Bryon. Irid. Hier. Diacolocynthid. Hier. Logad. Lap. Lazul. Laureol. Mel Elleborat. Merc. sublim. dulc. Mezereon. Pil. de Agaric. Aggregativ. Aureæ. coch. maj. coch. min. ex duobus Fœtidæ. de Gutt. Gamand. de Hermodact. de Lap. Lazuli Mechoacann. de opoponac. Rudii. sine quibus. Pulvis Diasennæ. Hollandicus. Warwicens. Resin. Jalap. Syr. de Pom. Magistral. de Spin. Cervin. (Rhamno.) Syr. Rosac. cum Ellebor. Troch. Alhand. Tryphera solutiva. Ung. de Arthanit.

Ex

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Cathart. Cæsar. ʒj. ij. Cerevis. Catapsor. ℔j. Cerevis. Vernal. Diatartar. ℈j. iv. Emuls. Cathartic. Ext. Alhand. gr. v. xv. Ext. Drastic. ℈ß. ʒß. Ext. Fell. ℈j. ʒß. Ext. Melampod. ℈ßj. Lac Scammon. ℥ß. Mag. Tartar. ℈ß. j. Merc. præc. alb. Merc. vitæ purg. gr. vj. xij. Panacea Cathartic. gr. v. viii. &c. Pil. Balsamic. P. Crapular. ℈j. P. Hydropic. ℈ij. P. Melanogog. ℈ß j. P. de Sagapen. ℈ß. P. Vatican. ℈j. ʒß. Potio Hydropic. ℥vj. ʒj. Pulv. Arthritic. Tartar. ℈j. ʒj. Pulv. Asthmatic. ʒj. Pulv. Basilic. ℈j. ʒj. Pulv. Cornachin. ʒß. ℈ij. P. Coronat. ℈iv. P. Hermodact. comp. ʒj. Scammon. Cydon. ℈j. ℈j. gr. v. Scam. Limon. & Scam. Rosat. ℈j. Syr. Benedict. cochl. j. ij. Syr. de Scammon. ℥ß. ℥iß. Tab. Cathartic. Tinct. Antim. purg. gtt. ix. x. Tinct. Aurea ʒij. ℥iß. Vin. Hydropic. ℥iij. Ung. ad Lumbricos.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Bol. purg. comm. Cerevis. purg. Hydrop. Decoct. Cort. Jugland. purg. Elect. Hydrop. Elect. purg. Elix. Cathart. Emuls. Cathart. Essent. Citrin. Haust. è Diagryd. H. Hydragog. Oxymel de Peto. Pil. Cathol. P. Colic. P. Hydragog. P. Luteæ. P. de Merc. d. P. de Scammon. Potio purg. Hydrop. P. Sancta. Potio Warwicens. Pulv. Cathartic. Pulv. Catholic. Pulv. Panchymagog. Syr. Diagryd. Tinct. Purg. Vin. Hydrop. ij. Quod ad doses authorem consulatis, oportet.

ENEMATA.

Mitiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Nulla.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Enema Urinosum.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Enema Amar. ℥viß. Enema Commun. ℔j. Enem. Emolliens ℔j. Enem. pro infantibus ℥iv. Enem. Laxans ℔j.

Fortiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Nulla.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Enema Colicum. Enema Terebinthinatum.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Enem. Apoplectic. ℔j. Enem. Apoplectic. ℔j. Enem. Oleosum Amarum. Enem. Purg. ℔j. Enem. Terebinthinat.

SUPPOSITORIA.

Mitiora.

Ex Pharmacopœïâ Londinensi. Nulla.

Ex Pharmacopœïâ Bateanâ. Suppositoria Aluminosa.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Suppositoria.

Fortiora.

Ex Pharmacepœïâ Londinensi. Nulla.

Ex Pharmacopæïâ Bateanâ. Nulla.

Ex Pharmacopœïâ Fulleri. Nulla.

Tandem, lectores benevoli, aliquando opusculum hocce exegimus; erroribus Typographicis veniam date: Ecquid incomptè protulimus? cæcuite: Mentis nostræ lapsus & vitia æquo fertote animo: In medendi scientiâ pergite: Atque de labore nostro vobis ex imo pectore & animo gratulamur.

F I N I S.





Index Capitum.

PARS PRIMA.

Index Capitum.

PARS ALTERA.

Index

INDEX Rerum,

IN PARTE PRIMA.

F.

G.

H.

I.

L.

Linguæ

 Dentium

INDEX, Partis alterius.

A.

Diapho-

pancre-

FINIS.



